

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

A standard linear barcode consisting of vertical black lines of varying widths on a white background.

3 1761 00357137 9

10
RY



CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

31879
20/12/93

CODINUS CUROPALATES.

Vol 16.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIX.

DF

503

C6

v.16

UNIVERSITY LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
1970

CODINI CUROPALATAE

DE OFFICIALIBUS PALATII CPOLITANI

ET DE OFFICIIS MAGNAE ECCLESIAE LIBER.

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE

IMPENSIS E.D. WEBERI

M D C C C G X X X I X .

EMINENTISSIMO S. R. E. PRINCIPI
MICHAELI MAZARINO,
AQUENSIUM ARCHIEPISCOPO.

Quanto magis aemula Graecarum Gallia literarum, Eminentissime Cardinalis, primaeva non inferior pietate, imperii dignitate nunc potior, tanto sibi Graecia pristinae eruditio religionis maiestatis memor quaerit ardentius Galliae praesidium; et quo vehementius Galli proceres sapientiae Athenaeum ambiunt, eo maiori gestit ubertate gaudiorum Codinus *σοφωτάτου* nomen adeptus suum hoc de Officiis ecclesiasticis et palatinis opus a Gallis aeterna consecratione dedicari. extra patriam, licet non ignotus, errare videretur, ni patrios suos ecclesiasticos proceres in sacrarium Tuum reciperet, aulicos in palatium induceret, in quo avitae religioni, simul ac regiae maiestati sedem pararet. albicantis sub Tua purpura vestis candore perspecto, intimum animi Tui candorem coniecit nec imparem eminentiae nobilitatem; patriarchamque suum cum ecclesiae magnae optimatibus modo, cum nec luget nec ieunat illa, candido colore fulgentem, modo, si luctum vel ieunium indixerit, purpureo coruscum, in sacris Tuis aedibus Te colere; imperatorem vero curiali suo comitatu stipatum, auseum quamvis et purpureum undeaque, si maiestatem nullo maerore obnubilatam proferat, candidis contra vestibus amictum, si luctum testetur, Te venerari et in musei Tui secretiore penetrali Tuis pedibus advolvi exoptat, et nunc amisso imperio, ad felicitatis reparandae omen, priusquam iterato se proferat, in Tuo nomine apparere postulat. id sane Codini opus est, quod non crediderit merito quispiam tot dicandum hominibus quot Officia percensuit,

sed ei soli vovendum quem plurima respiciunt Officia, et cuius in fronte praefixum nomen pars libri sit potissima. sic est profecto, Cardinalis Eminentissime: per Te Codinus mirum in modum augetur, nempe qui non Officia solum enumerat magnae ecclesiae et aulae Cpolitanae, sed etiam ampliores, quas in Te colligis, utriusque palatii Regii et Vaticani dignitates videtur expressius repraesentare. quapropter auctorem hunc Tuo nomine consignasse sincere et sine fuco profiteor praeципiam ex meis ad eum notis. ita non foret iste meus, nisi Tuus. utinam olim Codino datum Tuo frui conspectu: unus ei fuisses satis ad novam Officiorum bene longam seriem contexendam. quam luculentas in illum nunc commentationes ederem! quam ingens implerent volumen, ubi circa singula, quibus perfundet es, munera, quanta Te gessisses in unoquoque prudentia integritate laude, curiosius annotassem! at quid vana mentis oblectatione deludor? quasi vero notis indigeat quod omnibus notum? neminem hoc fugere potuit. Te quotusquisque facile suspiciendum habuit, quem decora virtutum ante purpuram ubique statuerunt Eminentissimum. Te talem purpurae fulgor invenit, non fecit. nihil ad veritatem addo: sic apud me supremum aeterni numinis in Te consilium, non desultoria cogitatione sed accurato mentis examine, soleo pensitare. Te, fausto prorsus omne, decrevit adlectum in praedicatorum familiam, in qua meritorum suffragio vere fores purpurae candidatus. Te natum in salutem huius imperii voluit ad doctoratus gradum promoveri, quae laurea non obscure lauros alias adumbraret; et quod antiquitas fabulosum cecinit, veritatis prae-nuntium ac praeconium posteritas comprobaret, Palladem e Iovis cerebro natam, laureatis armis instructam, Athenarum ac scientiarum omnium sibi comparasse praesidium, ac subinde ad oleam pacis argumentum Athenis plantandam atque pacem ipsam in orbem universum propagandam animum convertisse. quem caelum designabat proregem, Ordo provinciale renuntiavit: sacri palatii magistrum prius instituit pontifex quam regum supremus Gallici ministrum. virtuti proclive per descensum gradatim ascendere. quod deinde bonum contigit Aquensibus, ardebant toti Praedicatorum ordini in comitiis Genuensibus Galli et Itali, quorum iudicium vel ex eo sapiens comprobatum est, quod unum e multis Te Gallia censuerit universa dignum qui principem referres, cui nescit orbis aequalem. prudenter haud dubie tibi tum Roma purpuram obtulit, cum regem

esses exhibiturns; sed quam probe Te novit, tam verecunde in hoc ipso purpurae dono novum ac ampliorem fatetur accepisse splendorem. illum velut admirantis turbae unus (cuius enim animum tantus fulgor non alliceret aut exhilararet), deposito non amisso pudore, vicinior intueri sum ausus, quo meo labore et operi lucis plurimum affulgeat. levidense offero Tibi munus, sed affectu grande; meritis impar, verum in quo cunctis ceu congestis in acervum dignitatibus, quantum illa sibi iure deposcerent, bono in lumine pono. hoc igitur observantiae in Te meae monimentum velim excipias, et oculis quibus meum rapuisti pridem animum, benigne inspice. vale et vive ecclesiae ad utilitatem, Galliae ad omne genus felicitatis, Ordini nostro ad ornamentum, Tibi ad beatam gloriam. ita votet summissi animi

Eminentiae Tuae

E conventu tuo Parisiensi
S. Mariae annunciate.

deditissimus servus
F. IACOBUS GOAR ord. Praedic.

P. IACOBI GRETSERI

PROOEMIUM.

Ante viginti, et quod excurrit, annos libenter et diligenter legebam libellum Georgii Codini de *Officiis et Officialibus magnae ecclesiae et aulae Cpolitanae.* testimonio esse possunt notae ad secundum tomum de S. Cruce, et notae ad Codinum cum Ethicis Mureti publicatae, et Facula Codino accensa, evulgata cum eiusdem Mureti in Tacitum Commentariis, consultis et cum editione Iuniana collatis tribus calamo exaratis exemplaribus, duobus nimirum Boicae bibliothecae, tertio Lautherianae.

Saepe a me petierunt viri docti ut Codinum de integro interpretarer. paruissem iam dudum, si per alias occupationes, qua publicas in scholis qua privatas domi, licuisset. nunc cum perpetuus capit is totiusque corporis languor sat luculentum otium mihi pepererit, Codinum, ne plane otiosus essem, in manus sumpsi, verti, commentaria adieci, errores gravissimos Iunii detexi, utique id aut non facturus aut parce facturus, quamvis innumeros eius errores dissimulaverim, nisi Iunius homo arrogantissimi supercilii et catholicae fidei immanissimus hostis fuisset; qui cum a suis haberetur et venditaretur omniscius, perspicue ostendit edito Codino sibi hac opinione et fama fieri iniuriam, si tamen volenti fieri potest iniuria, quia Iunius hanc de se opinionem et famam volebat et fovebat, qui Europalatam primo edidit anno redemptoris 1588 ex bibliotheca Iulii Pacii, suppresso suo nomine, vel potius in Iudaicum commutato: *Nadabus enim Agmonius* senatui Francofortensi Codinum dedicabat; et ne non satis dedicatus esset, eundem Pacius dedicavit Hippolyto a Collibus, suo in practorio Heidelbergensi collegae. postea

nactus Iunius a Marquardo Frehero integriora exemplaria, adiectis priori editioni aliquot pagellis, quibus lacunas nonnullas explevit, nomen suum professus est, Codinumque Frehero inscripsit, ita ut Cuperlata iam tribus patronis stipatus in publicum venerit. merito tamen culpandus est Iunius, quod novam editionem non adornarit et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit adiutus codicibus bibliothecae Palatinae et Raphaëlis Seileri exemplari, quod erat apographum optimi codicis Augustani: nam Codinum olim fuisse in biblioteca inclytæ rei publicae Augustanae testis est Wolfius præfatione ad Nicetam et ipse Seilerus, qui inde Graece descriptis et Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire nunquam permisit. dico olim fuisse: iam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex amplissimo domino Marco Welsero II viro Augustano intellexi: nescitur cuius negligentia vel fraude perierit. tot ergo subsidiis instructus Iunius, præsertim translatione Seiliana, debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. verum nihil horum præstitit, nisi quod, ut antea dictum, pauculas pagellas primæ ac mendosissimæ suæ editioni assuit, mutato titulo, addito novo patrono appositoque suo nomine. quo ipso fucum lectoribus fecit, quasi novam editionem promeret, anno 1596, cum non fuerit nova sed prima, illa nimirum ipsa quæ anno 1588 prodierat.

De mea editione et commentariis non habeo quod dicam. aequos lectores laboris mei arbitros esse volo. aequos inquam: nam iniquos non moror. si quid mutatum sit, cuius ratio in commentariis non redditur, noveris id aut ex duobus Boicis et Lautheriano codicibus aut ex perspicua ratione petitum. vale feliciter, mi lector. Ingolstadii anno salutis 1620.

P. IACOBUS GOAR LECTORI.

Quod usu solet evenire illis qui inter expurganda diritorum aedificiorum rudera veteres offendunt et effodiunt nummos, illud idem hactenus Codiniani operis interpretibus contigisse neminem, qui legerit, infitias iturum puto, illi siquidem ubi praeter ornem spem in aliquod numisma incidere, se locupletes existimant; unde facto impetu irruunt, et quasi foret reconditi thesauri argumentum, maiori conamine terram hinc inde eruunt, gaudent, mirantur, sperant, et quodnam sit metalli genus aut monetae species unusquisque, prout menti occurrit, interpretatur. me Hercule, si non felices omnino, si non divites illi, beata numismata quae in illorum devenere manus, quarum opera contractam amittunt rubiginem, et quicquid squalidum adhaeserat deponunt, ita ut si non pristinum valorem, restitutum saltem ex aliqua parte recipiunt splendorem. fossores vero nec ditiores nec feliciores appello, si pretium nullum sit, si cuius principis inscriptionem numisma ferat aut imaginem repraesentet ignorent. exesos rubigine characteres perlustrant; ac nisi vaticinari noverint aut aliunde acceperint quid literae vel figurae significant, non explanabunt. verumtamen quod ad Codini opus attinet, etiamsi prae vetustate non sit rancidum, prae novitate tamen, quae maiorem lucem ut plurimum deberet promittere, inventur obscurum. de nupera namque solum Graecia Codinus agit, non vocibus tantum novis, sed, quod mirum est, iam obsoletis. usus quippe, qui recentiores ritus mores officia vestes, integrum denique Graeciae statum invexit, Orientis everso imperio funditus interiit; et sub ipsis Cpolis ruinis, quae ante ducentos tantum annos in ea vigebant consuetudines, quia ferme novo et ignoto loquendi genere expressae, iacent misere conseptulæ. paucos ea de causa reperire est qui aspectu primo non demirentur, quamvis rari sint qui proprius inspicientes literas auctoris ac eius scribendi characterem vel evolverint vel penetrarint. quam infeliciter Iunius in elucidanda verborum, quibus usus est Codinus, obscuritate de-

sudaverit, Meursii pluribus in locis demonstrat emendatio et instituta per Gretserum versio ac in amplis disertisque commentariis eiusdem Codini illustratio; sed cum ea qua Gretserus aetate verte-
bat, voces illae neotericae Graeciae nondum in Occiduas partes
essent allatae, propterea *venia dignus est vir sane de re literaria
bene meritus, cuius scripta multam doctrinam continent, doctrina
pietatem sapit et ad sanctitatem accedit pietas, si aliorum mentem
secutus in eorum munda prolapsus impegerit.* non enim ille solus
est qui ad scopulos quos Meursii Glossarium ex potiori parte
όλοβάρβαρον exponit allidat: is enim cum germanam Graecarum
ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus soveam
fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Graecanicae lin-
guac bene perito corrigatur illustretur ac infinitis propemodum,
quae possunt addi, dictionibus augeatur, facilem adhuc secuturis
praebebit lapsus occasionem. fateor Gretserum eruta metalla ex-
aminasse, a plerisque situm et squalorem detersisse, in exponendis
emblematibus Oedipi gessisse personam, et characterum, qui vix
dignoscabantur, reconditam significationem investigasse: sed cum
omnino sit impossibile vel nihil ignorare vel omnium votis satis-
facere, complures et egregii quidem viri aliquid praeter eius labo-
rem, quo labor ipsem amplificatus excresceret, exspectabant. illa
me desideria moverunt ut multa illustrarem, explanarem alia, de
meo nonnulla conferrem: utinam homine Gallo monstrante viam,
nemo in posterum etiam aliunde natus in Graecia peregrinus
aberret. in alienam messem non adeo falcem quam ubiores sege-
tes immitto. Gretsero sua sarta tecta reliqui, et velut data ex
tripode responsa sum veneratus. superest ut quae mea sunt et
iuris publici facienda paucis proponam, accuratam scilicet Codiniani
textus cum alterutro vel simil cum duobus Regiae bibliothecae
exemplaribus collationem. textum ipsum non ad abundantioris
doctrinae ostentationem sed ad utilitatem respiciens emendavi: emen-
dationem vel lectionum varietatem in marginem reieci. ubi cum
utroque Regio minus convenire comperi, locos hoc indice *utr. Reg.* *)
designavi: ubi vero unum illorum a textus lectione discrepat, pri-
mum numeralis character Arabicus 1 indigitat, ac 2 alterum **).

*) nunc AB.

**) nunc A et B.

et si quando defectu alicuius notae laboraveris, lector, ad praecedentem, quae vices eius supplebit, recurre.

Et ne quis putet me data opera Gretseri censorem agere, ipsum inter et me quemlibet statuamus arbitrum, qui de feliciori textus expositione dijudicet. et quamvis in Gretseri favorem feratur sententia, non debui perceptum a me novum sensum praetermittere, quem qui Codinianum textum legerit emendatum, non longius requiret, cum oculis subsit in versionis margine.

Parum sane, licet nonnihil, splendoris Codino contulisse, si in solo textu vel eius versione restituenda tempus impendisset: debui, quod operaे pretium erat et operis erit utilitas et oblectamentum, ut ignotos recentiorum Graecorum mores, ita Codinianae dictionis abstrusos et reconditos sensus elucidare, catalogos de ecclesiae vel palati Officialibus ex Regiae vel illustris Mazarinae bibliothecae codicibus mss alios ac omnino diversos proferre, ritus istos velut regulas factis et exemplis confirmare, de meo referre pauca vel ferme nihil, a me relata cuncta vel Graecis scriptoribus vel iis qui viva voce docuerunt ascribere. quodsi mihi fidem non faciat quae fide laborare Graecia præsumitur, si meum testimonium in suspicionem veniat, qui fieri potest ut tam multi auctores in notis ad singula capita adiectis catervatim prolati fide vacent, aut quis eorum suffragia voluerit in dubium vocare?

Unum restat quod moneam, primum caput de Officialibus magnae ecclesiae non mihi videri Codini. cuius sententiae rationem subiungo, nimirum catalogum in quo Officialium nomina recensentur, a reliquis Codini capitibus saepius in Regiis mss distinctum reperiri. et integrum opus absque catalogo in sua recto ordine capita videre est distributum; quod et ipsi quibus usus est Gretserus comprobant codices. cum tamen in Codinum scriptorem plerique referant, quin Codinum agnoscat parentem non invideo *). alios ipso ampliores inter notas adiungo. ipsas etiam notas utrisque ac toti Codini operi volui connexas, ut auctoris arridente textu eius expositio nullam tibi relinquat animo dubietatem. Codinum igitur plenius ac integre magis explanatum suscipe, et integerrime vale.

*) cf. Gretser. commentar. 1 1 extr.

O K O Y P O Π A Λ A T H Σ.



ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ P 1
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΑΛΙΩΝ
ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.
ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ ΤΗΣ
ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

SAPIENTISSIMI CUROPALATAE
DE OFFICIALIBUS
PALATII CONSTANTINOPOLITANI
ET DE OFFICIIS MAGNAE ECCLESIAE,
ET PRIMUM DE OFFICIIS MAGNAE ECCLESIAE,
IACOBO GRETZERO INTERPRETE.

INDEX CAPITUM HUIUS LIBRI.

Caput 1. catalogus officiorum et officialium magnae ecclesiae.
2. nomina officialium palatii. 3. de tegumentis capitis seu pileis et
indumentis officialium, ac primum de pileo despotae. 4. de gestaminib;
magni domestici et reliquorum principum. 5. ministeria unius-
cuiusque officialium. 6. feriae quae in palatio feriari solent; et pri-
mum de festo nativitatis domini. 7. de mensa imperatoris. 8. festum
epiphaniae. 9. festum adorationis S. crucis. 10. festum palmarum.
11. de modo agendi si imperator versetur in luctu. 12. officium
magnae hebdomadae. 13. horae magnae paraseues et officium magni
sabbati. 14. matutinum magnae dominicae paschalis. 15. de aliis
diversis festis, quibus imperator procedere solet, si Cpoli moretur.
16. de magni domestici, magni drungarii vigiliarum, praefecti exerci-
tus et magni adnumiastae officiis in fossato. 17. de coronatione im-
peratoris. 18. de creatione despotae. 19. de creatione sebastocra-
toris et Caesaris. 20. de electione et inauguratione patriarchae.
21. de lugubribus imperatoris gestaminibus. 22. de futura sposa et
imperatrice.

Κ ε φ ἄ λ α τ ο ν ἀ .

Tὰ ἐκκλησιαστικὰ δρφέκια ἔχοντων οὗτως.

P 2

‘Η πούτη πεντάς. ὁ μέγας οἰκορόμος, κρατῶν πάντα τὰ C
κτήματα τῆς ἐκκλησίας καὶ πᾶν τὸ ἐξοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν. καὶ
4 εἰσοδιαζόμενον καὶ ἐξοδιαζόμενον L (i. e. codex Leonis Allatii)

Caput 1.

Ecclesiastica officia sic habent.

Primus quinarius. magnus oeconomus, qui sua in potestate omnes
ecclesiae facultates omnesque in illis redditus tenet, et tam patriarchae

οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. ὁ μέγας σακελλάριος,
κρατῶν τὰ ἀνδρῶν καὶ γυναικεῖα μοναστήρια, ἔχων ὑπουργὸν εἰς
τοῦτο τὸν ὄφοντα τῶν μοναστηρίων. ὁ μέγας σκευοφύλαξ,
κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. ὁ χαροφύλαξ, κρατῶν τὰ
D ἐκκλησιαστικὰ χρητῶν δικαιώματα, κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων
τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις, ἀλλὰ καὶ ἐν
ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσεσιν ἔκδικος ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιε-
ρέως χείρ. ὁ σακελλάριος, κρατῶν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας
καὶ τὸ σακέλιν. ὁ πρωτέκτικος εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοὺς
αἰχμαλώτους, καὶ κριτὴς τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων. 10

Οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ Θείᾳ καὶ ἕρῃ συνόδῳ μετὰ τοῦ
ἀρχιερέως.

P 3 Η δευτέρα πεντάς. ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῶν ἔξωκατα-
κοῖλων, καὶ εἰς τὰ πιττάκια. ὁ λογοθέτης εἰς τὸ λογογρα-
φεῖν, καὶ εἰς τὰς δημιοσιακὰς καὶ ὄφοντικὰς ὑποθέσεις λογογο-
φεῖν. ὁ κανστρίσιος εἰς τὸ κανστρόν καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν
τὸν ἀρχιερέα. ὁ ὁρεφερενδάριος εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὸν
βασιλέα καὶ εἰς μέγαν ὄφοντα. ὁ ὑπομηματογράφων εἰς τὸ
γράφειν τὰ ὑπομνήματα.

16 καστρίνσιος L, κανστρήνσιος alii

quam ecclesiae hac in re dispensator est. magnus sacellarius habet
sua in potestate virorum et mulierum monasteria, et ad hoc ministro
seu adiutore utitur praefecto monasteriorum. magnus sceuophylax
seu vasorum custos sua in potestate habet ecclesiae vasa seu supelle-
ctilem. chartophylax tabulas habet chartaceas ad iura ecclesiastica
pertinentes (hoc est, literas quibus privilegia et alia iura ecclesiae
continentur) et est index omnium causarum ecclesiasticarum, et contro-
versiis matrimonialibus cognoscendis ad dirimendis praesidet. quin et
in ceteris clericorum litibus iudex est, tanquam dextera patriarchae
manus. praefectus sacelli sua in potestate habet catholicas eccl-
esiias et sacellum. protecdici munus ad curam captivorum extendi-
tur; et est simul iudex omnium querimoniarum, quae ad forum defe-
runtur.

Isti sedent in sacra concione cum patriarcha.

Secundus quinarius. protonotarius ostium est et aditus ad exoca-
tacoelos, praeestque pittaciis conficiendis. logotheta praeest discu-
tiendis et conscribendis rationibus, tam quas reddunt qui ex plebe quam
qui ex ordine ecclesiastico principali. canstrisius canistro prae-
fetus est, et patriarchae, dum vestibus sacris induitur, servit. refe-
rendarii munus est ut mittatur ad imperatorem et ad magnum prin-
cipem. qui a commentariis est, scribendis commentariis sive memo-
rialibus vacat.

Η τοίτη πεντάς. ὁ ιερομνήμων εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὅπισθεν τοῦ ἀρχιερέως, κρατῶν τὸν ἐνθρονιασμὸν καὶ τὸ ποντά-
κιον τῆς χειροτονίας. ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων, κρατῶν τὸ ἐπιγο-
νάτιον τοῦ ἀρχιερέως. ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων ἀπέρχεται εἰς τὸν
5 βασιλέα ὑπὲρ τῶν ἀδικονυμένων. ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων εἰς τὸν
πιάνειν τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν. ὁ ἐπὶ τῆς ιερᾶς καταστάσεως
εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν ἐντὸς τοῦ βίματος.

Η τετάρτη πεντάς. ὁ ὑπομνημόσων εἰς τὸ ἐνθυμιᾶσιν C
τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς. ὁ διδάσκαλος τοῦ εὐαγγελίου, ἔρμη-
10 γεύων αὐτόν. ὁ διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου, ἔρμηνεύων αὐτόν.
ὁ διδάσκαλος τοῦ ψαλτηρίου εἰς τὸ ἔρμηνεύειν αὐτόν. ὁ ὄγητωρ
εἰς τὸ ἔρμηνεύειν τὰς γραφάς.

Η πέμπτη πεντάς. ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, ἔχων μετὰ
τοῦ μεγάλου συκελλαρίου τὴν τῶν μοναστηρίων ἐνοχήν. ὁ ἄρ- D
15 χων τῶν ἐκκλησιῶν, ἔχων τὴν ἐνοχὴν τῶν ἐκκλησιῶν μετὰ τοῦ συ-
κελλίου. ὁ ἄρχων τοῦ εὐαγγελίου εἰς τὸ κρατεῖν τοῦτο εἰς τὰς
λιτάς. ὁ ἄρχων τῶν φάτων, ἔχων τὴν ἐνοχὴν τῶν νεοφω-
τίστων. ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμηνοίων, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομέ-
νους εἰς τὴν ἀγίαν μετάληψιν.

20 **Η ἕκτη πεντάς.** ὁ πρώτος ὀστιάριος, κρατῶν τὰς θύ-
ρας εἰς τὰς χειροτονίας. ὁ δεύτερος ὀστιάριος, κρατῶν τὸ P 4

3 κρεμῶν P (i. e. editio Parisiensis), κρατῶν margo

Tertius quinarius. hieromnemonis munus est pone patriarcham pre-
ces inspicere; habetque sua in potestate enthroniasmum et contacium
seu librum ordinationis. qui a genibus est, sua in potestate habet
supergenuale patriarchae. praefectus supplicum precibus, pro illis
qui iniuria afficiuntur, ad imperatorem accedit. eius qui secreto
praestet munus est ut, dum iudicia habentur, populum in officio conti-
neat. praefectus sacrae stationis (qui moderandis moribus praeest)
curat ut intra sacrum tribunal, seu intra altare, debitus et conveniens
ordo observetur.

Quartus quinarius. monitor seu suggestor ad hoc constitutus est ut
patriarchae tacite suggerat et in memoriam revocet. doctor evan-
geli, qui interpretatur illud. doctor apostoli, qui illius interpres
est. doctor psalterii psalterio explanando destinatus. rhetoris
munus est scripturas interpretari.

Quintus quinarius. praefectus monasteriis gerit cum magno sacel-
lario monasteriorum curam. praefectus ecclesiis ecclesiarum curam
gerit cum curatore sacelli. praefectus evangelio tenet illud ad pro-
cessiones ac litanias. praefectus luminibus curam habet eorum qui
nuper illuminati, hoc est baptizati, sunt. praefectus antimensiis
eos qui sanctam communionem percipere volunt introducit.

Sextus quinarius. primus ostiarius portas custodit, dum ordinatio-
nes peraguntur. secundus ostiarius tenet monampulum. proto-

μονοβάμβουλον. ὁ πρωτοπαπᾶς, ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ βῆματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως. ὁ δευτερεύων τῶν ἱερέων, εἰσοδεύων τὸν ἱερεῖς καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ πρωτοπαπᾶ. ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων πρῶτος τῶν κοινῶν διακόνων, καὶ εἰσοδεύων τὸν διακόνους.

B Ἡ ἑβδόμη πεντάς. ὁ πρωτοψάλτης. οἱ δύο δομέστικοι, τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου χοροῦ. ὁ λαυρενάκτης. ὁ πριμικήριος τῶν ταβουλαρίων. ὁ ἄρχων τῶν κοντακίων.

Ἡ δεύτη πεντάς. ὁ πριμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν. ὁ

C νομικός. ὁ πρωτοκανόνιαρχος. ὁ ἔξιαρχος. ὁ ἐκκλησιάρχης.

Ἡ ἑννάτη πεντάς. οἱ δομέστικοι τῶν θυρῶν. ὁ χαρτολάριος. ὁ δεποτάτος. ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας.

Καὶ ταῦτα τὰ ὀφθίκια τὰ ἐκκλησιαστικά.

P 17

K e φ á λ a i o v β.

15

Τὰ τῶν ὀφθικιαλῶν τοῦ παλατίου τῆς Κωνσταντινούπολεως ὄνόματα.

Δεσπότης. σημείωσαι διτὶ οἱ τοῦ βασιλέως υἱοὶ οἱ δεσπόται προΐστανται τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν γαμβρῶν τοῦ βασιλέως, δεσπότῶν καὶ αὐτῶν ὄντων.

1 μονάρχου P

8 νοταρίων AB

13 δεποτάτος L

papas defensor et primus in loco altaris; secundas a patriarcha obtinens. secundus sacerdotum introducit (ad altare seu sacram mensam) sacerdotes, et secundas a protopapa tenet. secundarius ex diaconis primus est inter communes diaconos, et introducit (ad altare) diaconos.

Septimus quinarius. protopsaltes. duo domestici, primi et secundi chori. qui populum convocat. primicerius tabulariorum. praefectus contaciis.

Octavus quinarius. primicerius lectorum. nomicus. protocanarcha. exarchus. ecclesiarcha.

Nonus quinarius. domesticus ostiorum. chartularius. deputatus. praefectus pavimenti (caudarius).

Et haec sunt officia ecclesiastica.

C a p u t 2.

Nomina officialium palatii Cpolitani.

Despota. observa hic filios imperatoris, si sint despotae, praecedere fratres et generos imperatoris, licet ipsi quoque sint despotae.

σεβαστοκράτωρ. Ιστέον δτι μέχρι τῆς βασιλείας Ἀλέξιον τοῦ Κομνητοῦ τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος ἀξίωμα οὐκ ἦν, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὸν βασιλέα πρῶτον πάντων ἦν τὸ τοῦ Καίσαρος. οὗτος δὲ ἐπεὶ τὸν Μελισσηγὸν Νικηφόρον τὸ τοῦ Καίσαρος ἀξίωμα τετί-
5 μηκεν, ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ πρῶτος κατὰ τὸν
χρόνον, ὁ Κομνητὸς Ἰσαάκιος, ἐχογῆν δὲ τοῦτον μεῖζον τιμῆτηναι
ἀξίωματι, ἔτερον δὲ ἀξίωμα οὐκ ἦν, ὡς ἐφθημεν εἰπόντες, πλὴν
τὸ τοῦ Καίσαρος, ὧνοματοποίησε δὲ νέον ἀξίωμα, συνθεὶς αὐτὸν
ἀπὸ τοῦ σεβαστοῦ καὶ τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ἐφημούσοτο τῷ
10 ἀδελφῷ, τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος δῆλαδὴ ὄνομα, δεύτερον οίονεὶ
βασιλέα τούτον πεποιηώς, καὶ ὑπεβίβασε τούτου τὸν Καίσαρα,
καὶ μετὰ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος εὐφημίαν ἀναγορεύεσθαι ἀπη-
ριθμήσατο.

Καῖσαρ.

15 **μέγις δομέστικος.**

C

δ πανυπερσέμιστος. καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἀξίωμα οὐκ ἦν,
ἀλλ' ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀλέξιος πρῶτος ἐπινεόηκε. Θέλων γὰρ
ώσαντως τιμῆσαι καὶ τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμιθρὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ τὸν
Ταρωνίτην, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἴσοστάσιον καὶ σύνθρονον τῷ
20 Καίσαρι, μήτε ὑποβιβάσαις αὐτὸν τούτου μήτε ἀναβιβάσαις. ὁ
καὶ μέχρι τινὸς οὕτως ἐπεκράτησεν, ἕως τῆς βασιλείας τοῦ δευ-
τέρου Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου. οὗτος γὰρ δὴ ὁ βασιλεὺς
καὶ ὁ πάπιος αὐτοῦ, τιμήσας τὸν Καντακούζην τὸν Ιωάννην, ὃς

4 ἐπὶ P 8 δὲ] τε?

16 articulam δ ante officialium no-
mina ubique om AB

Sebastocrator. sciendum sebastocratoris dignitatem usque ad imperium Alexii Comneni non fuisse, sed post imperatorem, primas tenuisse Caesarem. iste Caesaris dignitate Nicephorum Melissenum honoravit. habebat autem fratrem se natu maiorem Isaacium Comnenum. oportebat vero istum ad altiorē dignitatem evēhere; nec altior erat quam Caesaris, ut iam diximus. commentus igitur est novam dignitatem, composito vocabulo ex sebaste et autocratore, fratrique sebastocratoris nomen imposuit, altero quodammodo imperatore eo constituto, eique postposuit Caesarem, hoc etiam decreto, ut ipse in faustis acclamatiōnibus statim post imperatorem nominaretur.

Caesar.

Magnus domesticus.

Panhyppersebastus. haec itidem dignitas non erat, quam ille idem imperator Alexius primus excogitavit. cum enim vellet similiter honore Michaelē Taronitem sororis coniugem, aequalem eum et statione et throno fecit Caesari, cui eum neque postposuit neque anteposuit. quod etiam aliquamdiu valuit, nempe usque ad imperium secundi Andronici Palaeologi. iste enim imperator et avus eius Ioannem Cantacuze-

ἐγεγόνει καὶ βασιλεὺς ὑστερού, μέγαν δομέστικον, πρῶτον μὲν Δ ἰσοστάσιον τῷ πανυπερσεβάστῳ τοῦτον ἐποίησεν, ὑστερού δὲ μετὰ τὸν Θάνατον αὐτοῦ τοῦ πάππου ὑπεβίβασε τὸ ἀξίωμα τοῦ πανυπερσεβάστου, καὶ ἔταξεν αὐτὸν εἶναι τὸν μέγαν δομέστικον, ἀναβιβάσας τὸ τοῦ μεγάλου δομεστίκου. ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, δτὶ 5 πιρεγρήσατο τῇ τοῦ σεβιστοῦ ἀξίᾳ ὁ Κομιηνὸς Ἀλέξιος τῇ συρθέσει τῶν ὀνομάτων τούτων. σεβαστοὶ γὰρ ἀνέκαθεν ἐπιθετικῶς οἱ βασιλεὺς ὀνομάζοντο, καὶ ἦν ἔξιδιαζόντως εἰς βασιλέα λεγόμενον τὸ τοῦ σεβιστοῦ ὄνομα· αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρῶτος κατήνεγκε τὴν τοιαύτην ἀξίαν. ἔξεστι δὲ καὶ τοῖς βασιλεῦσι καὶ 10 νοτομεῖν καὶ πράγματα καὶ ὀνόματα ἀκωλύτως, καὶ ἀναβιβάζειν καὶ ὑποβιβάζειν ὡς βούλοιντο.

P 18 πρωτοβεστιάριος. σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, δτὶ βασιλεὺς Μιχαὴλ τῶν Παλαιολόγων ὁ πρῶτος ἀπὸ τοῦ πρωτοσεβαστοῦ τὰ πράσινα ἀφελών, ὃ ἐστιν ἀξίωμα ἡ', ἐφόρεσε ταῦτα εἰς τὸν ἀνε- 15 φιὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ τὸν Ταρχανιώτην, τιμῆσας πρωτοβεστιάριον· ὃν καὶ ὑπερέχοντα πάντων, τοῦ τε μεγάλου δομεστίκου καὶ τοῦ πανυπερσεβάστου, ἐποίησε μετὰ τὸν Καίσαρα. ὑπεβίβασε δὲ πάλιν τοῦτον ὁ βασιλεὺς Ἀρδγόνικος τῶν Παλαιολόγων ὁ δεύτερος, ὅτε τὸν Καντακούζην τὸν Ιωάννην, ὃς ἀνωτέρω προλέλεκται, 20 **B** ἐτίμησε μέγαν δομέστικον· ἀνεβίβασε δὲ αὐτὸν τοῦ τε πάππου καὶ βασιλέως ἀνεψιῶν, ἐντοῦ δὲ Θείων, καὶ ἔτέρων πάντων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ πανυπερσεβάστου καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου.

4 ὑπὸ?

num, qui post etiam imperator fuit, magni domestici honoribus augens, primum aequalem fecit Panhypersebasto: deinde post mortem avi dignitatēm Panhypersebasti postposuit, statuitque ut sub magno domesticō esset, erecta magni domestici dignitate. sciendum et hoc, Alexium Comnenum sebasti dignitate abusum esse, quando duo illa nomina in unum conflavit: nam superioribus saeculis sebasti nomen imperatoris epithetum erat, eumque proprie designabat. at iste nominis huius honorem primus vulgatiorem et communiorem fecit. sed nimirum imperatoribus ius est absque obstaculo pro arbitrio et voces novandi, et quos volunt anteponendi et postponendi.

Protovestiarus. observa et hoc. imperator Michael, primus ex Palaeologis, ablata a Protosebasto, quae est 13 dignitas, prasina induimenta transtulit ad Michaelen Tarchaniotam sororis suaē filium, creatum abs se protovestiarum; quem etiam omnibus, magno itidem domēstico et panhypersebasto, excepto etiam Caesare, antetulit; quem rursus subiecit imperator Andronicus ex Palaeologis hoc nomine secundus, quando Ioannem Cantacuzenum, ut supra dictum, magnum domesticum creavit. extulit vero eum et supra avi imperatoris sororum filios, suosque avunculos, et supra omnes alios, non panhypersebasto et protove-

ἐπιεῖθεν οὖν ἡ τῶν ὑπαρχίων τάξις ἐπικράτησεν οὕτως, τὸ τὸν
μήταρ δηλαδὴ δομέστικον μετὰ τὸν Κυβίσσαν εἶναι ἀρχήν, εἰλια
τὸν παντερεῖθυσιον, καὶ καθιεῖται τοὺς λοιπούς.

οἱ μέγας δοῦλοι.

5 οἱ πρωτοστράταιροι.

οἱ μέγας στρατοπεδάρχης.

οἱ μέγας πολιμικίριος.

οἱ μέγας κοντοσταῦλος.

οἱ μέγας λογοθέτης.

10 οἱ πρωτοσίβυστος.

C

οἱ πιγκέρητες.

οἱ κοντροπαλάτης.

οἱ παρακομιώμενος τῆς σφρεδόνης.

οἱ παρακομιώμενος τοῦ κοιτῶντος.

15 οἱ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ. τὸν οὖν Θεόδωρον τὸν Μετοχί-
τηρ, λογοθέτην δοτα τοῦ γενικοῦ, οἱ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τῶν
Ιωαννιτῶν δι πρώτος τιμήσας μέγαν λογοθέτην πεποίκην· οἵ
καὶ ἡν ἐπερέχων τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, ἐπὸ τὸν πρωτο-
στράτορα δέ. μετὰ δὲ τὸν τοῦ κοιτῶντος παρακομιώμενον.

20 οἱ πρωτοβιστιαράτης.

οἱ δομέστικος τῆς τραπέζης.

D

8 κοντοσταῦλος ΑΒ 15 τὸν οὖν Μετοχίτην Θεόδωρον ΑΒ
16 Ἀνδρόνικος om ΑΒ

statio exceptis. hinc igitur iste officiorum ordo obtinuit, ut magnus
domesticus post Caesarem primus esset, postea panhypersebastus, et
sic deinceps reliqui.

Magnus dux.

Protostrator.

Magnus stratopedarcha.

Magnus primicerius.

Magnus contostaulus seu comes stabuli.

Magnus logotheta.

Protosebastus.

Pincerna.

Curopalata.

Praefectus sigilli seu annuli signatorii.

Praefectus cubiculi seu cubicularius.

Logotheta aerarii generalis. Theodorum igitur Metochitam acra-
rii publici logothetam cum imperator Andronicus ex Palaeologis hoc no-
mine primus honorare constitisset, magnum logothetam fecit, qui et
priorē magno stratopedarcha tenebat; sed non protostratore. post prae-
tectum cubiculi sequitur.

Protovestiarus.

Domesticus mensae.

- δ ἐπὶ τῆς τρουπέζης.
 δ μέγας παππίας.
 δ ἔπαρχος.
 δ μέγας δρουγγάριος τῆς βήλης.
 δ μέγας ἑταιριάρχης.
 δ μέγας χαρτονιλάριος.
 δ λογοθέτης τοῦ δρόμου.
 δ πρωτιστηρῆτις.
 δ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ.
 δ μυστικός. 10
 δ δομέστικος τῶν σχολῶν.
 δ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου.
 δ πριμικήριος τῆς αὐλῆς.
 δ πρωτοσπαθάριος.
 P 19 δ μέγας ἄρχων.
 δ τατᾶς αὐλῆς.
 δ μέγας τζαούσιος.
 δ πρωτιώρ τοῦ δήμου.
 δ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν.
 δ μέγας λογαριαστής.
 δ πρωτοκυνηγός. 20

1 δ ἐπὶ τῆς τρουπέζης om B 3 ὕπαρχος B 11 δομέστικος]
 μυστικός P 16 τὰ τῆς αὐλῆς AB

- Praefectus mensae.
 Magnus pappias.
 Eparchus.
 Magnus drungarius vigiliarum seu excubiarum.
 Magnus hetaeriarcha.
 Magnus chartularius.
 Logotheta publici cursus.
 Primus secretarius.
 Praefectus exercitus.
 Mysticus.
 Domesticus scholarum.
 Magnus drungarius classis.
 Primicerius aulae.
 Protospatharius.
 Magnus princeps.
 Tatas aulae.
 Magnus tzausius.
 Praetor populi.
 Logotheta rerum domesticarum familiarium.
 Magnus logariastes.
 Primus venatorum.

- δ σκοντέριος.
 δ ἀμηράλιος.
 δ ἐπὶ τῶν δεήσεων.
 δ κοιαίστωρ.
 5 δ μέγας ἀδνονμιαστής.
 δ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ.
 δ πρωτοἱερακάριος.
 δ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν.
 δ μέγας διερμηνευτής.
 10 δ ἀκόλουθος.
 δ κριτὴς τοῦ φοσσάτου.
 δ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου.
 δ πρωταλλαγάτωρ.
 δ μέγας διοικητής.
 15 δ δραμανοτρόφος.
 δ πρωτονοτάριος.
 δ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων.
 δ δομέστικος τῶν τειχέων.
 δ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος.
 20 δ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου.
 δ βεστιάριος.

B

C

11 φωσάτον AB 12 ἀλογίουν P 13 πρωταλογάτωρ P
 21 βεστιαρίου A: supple δ ἐπὶ τοῦ. om B

- Scuterius seu scutifer.
 Admirarius.
 Magister supplicum libellorum.
 Quaestor.
 Magnus adnumiasta.
 Logotheta castrensis.
 Primus accipitrarius.
 Logotheta rei pecuariae.
 Magnus interpres.
 Acoluthus.
 Iudex castrensis.
 Praefectus Allagii.
 Protallagator.
 Magnus administrator.
 Orphanotrophus, hoc est curator pupillorum.
 Protonotarius.
 A memoria.
 Domesticus murorum.
 Praeses cubiculi.
 Praeses vestiarii.
 Vestiarius.

δ ἔταιριάρχης.

δ λογαριαστῆς τῆς αὐλῆς.

δ στρατοπεδάρχης τῶν μουρτάτων.

δ στρατοπεδάρχης τῶν τζακόνων.

δ στρατοπεδάρχης τῶν μονοκαβύλλων.

5

δ στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων.

δ προκαθήμερος τῶν μεγάλων παλατίων.

D δ προκαθήμερος τῶν Βλαχερνῶν παλατίων.

δ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων.

δ δομέστικος τῶν δυτικῶν θεμάτων.

10

δ μέγας μυρταΐτης.

δ πρωτοκόμης.

δ παππίας.

δ δρονγγάριος.

δ σεβαστός.

15

δ μυρταΐτης.

Εἰσὶ καὶ προκαθήμεροι πόλεων κατ' ἀξίαν ἐκάστης αὐτῶν.

P 20 *Ἐπὶ τοῦ κανικλέου ἵν δ συμπένθερος τοῦ βασιλέως δ Χοῦμιρος καὶ οὕτε εἰς παράστασιν ἐστάθη ποτὲ οὕτε εἰς ἀσπασμὸν παρεγή.* 20

3 δ στρατοπ. τῶν μουρτάτων post τζαγγαρόφων A, om B
8 δ προκαθ. τ. Bl. π. δ δομέστικος τῶν θεμάτων A

Hetaeriarcha.

Logariastes aulae.

Stratopedarcha seu praefectus murtatorum.

Stratopedarcha tzaconum.

Stratopedarcha seu praefectus monocaballorum.

Stratopedarcha seu praefectus tzangratorum.

Praeses magnorum palatiōrum.

Praeses palatiōrum in Blachernis.

Domesticus orientalium thematum.

Domesticus occidentalium thematum.

Magnus myrtaites.

Protocomes.

Pappias.

Drungarius.

Sebastus.

Myrtaites.

Sunt insuper praesides civitatum pro cuiuslibet ipsarum dignitate.

Ad caniclei dignitatem evictus est Chumnus, imperatoris consessor; qui neque in comitatu apparuit unquam neque in salutatione im-

νετο· διὸ καὶ ἦν ὁ τόπος αὐτοῦ ἀνεπίγνωστος. κατεῖχε δὲ δικανί-
κιον ἔύλον λεῖν.

‘Ωσαντάς καὶ ὁ τοῦ μεγάλου βαῖούλου τόπος ἀνεπίγνωστος ἦν.

Κ ε φ ἄ λ α i o n γ'.

P 45

5 Περὶ τῶν φορεμάτων ἑκάστου τῶν τε ἀξιωμάτων καὶ ὁφρικίων.

Τὸ περικάλυμμα τῆς κεφαλῆς τοῦ δεσπότου τὸ καλούμενον σκιάδιον ὄλομάργαρον. ὁ ἀὴρ αὐτοῦ ἔχει δνόματα τοῦ φοροῦντος αὐτό, χρυσοκλαδιορικόν, συρματέενον. τὰ σεῖα οὖν καὶ τὰ βασι-
λικά, πλὴν τοῦ κόμβου τῶν φοινίκων. τὸ κόκκινον φοῦχον αὐτοῦ, B
10 ὥσπερ καὶ τὸ βασιλικόν, μετὰ ῥιζῶν, ἄνευ τῶν στρατηλατικών.
τὸ ταμπάριον αὐτοῦ κόκκινον μετὰ μαργελλίων. αἱ κάλτζαι κόκ-
κιναι. τὰ δὲ ὑποδήματα αὐτοῦ διβολέα, χρώματος δέσσος καὶ
λευκοῦ, ἔχοντα ἀετοὺς μαργαριταρεῖνονς ἐκ πλαγίων τε καὶ ἐπὶ
τῶν ταρσῶν, ἡτοι ἐπάνω τῶν ὑποδημάτων τῶν μονζακίων. τὰ
15 σίδηρα τῶν πτερυιστηρίων αὐτοῦ οὖν καὶ τὰ βασιλικά, τὰ δὲ C
πτερυιστηρόλοντα διβολέα. ἡ σέλλα τοῦ ἀλόγου αὐτοῦ διβολέα

| | | | | | | | |
|------------|--|---|-----------|-------------------------------------|-------------------------------|--|--------------------------------------|
| 4 γ] β' AB | 4 ἐνταῦθα περὶ τῶν περικαλυμμάτων τῆς κεφα- λῆς καὶ ἐνδυμάτων τῶν ὁφρικάλων P | 7 τὸ σκιάδιον τοῦ δεσπότου, ὄλομ. AB | ονομα τὸ? | 8 χρυσοκλαδιοριὰ συρ- ματέενα AB | 9 κόμπον καὶ τῶν φοινικίων AB | τὸ κόκκι- νον ἰμάτιον ἥως τὸ φοῦχον αὐτοῦ P | 16 πτερυιστηρίλωρα AB τοῦ ἵππου P |
|------------|--|---|-----------|-------------------------------------|-------------------------------|--|--------------------------------------|

operatoris. quare locus eius ignotus est. baculus eius insigne non aliud
fuit quam lignum laevigatum.

Similiter magni baiuli locus incognitus est.

C a p u t 3.

*De tegumentis capitis seu pileis et indumentis officialium; ac primum
de ipso pileo despota.*

Tegumentum capitis quo despota utitur, pileus vulgo dictus, totus ex margaritis constat. circulus inferior praefert nomina eius qui gestat illud, opere Phrygio, auro ductili picta. fila intextis unionibus pendula, qualia sunt imperatorii pilei, exceptis apice gemmeo ac gemmeo pariter muscario. tunica coccinea sive ruchum eius ut imperatoris cum figuris ac ramalibus aureo pictis, absque aquilis, militaribus insignibus. tamparium eius seu penula coccinea cum margellis. caligae eius coccineae. ocreae sive cothurni bicolores, coloris nempe violacei et albi, habentque ad latera, et in utroque calcaneo seu calce aquilas ex margaritis confectas; sive supra ipsos calceos quasi de musivis pictos. ferrum calcarium eius, quale est imperatoris. lora vero calcarium duplaci colore constant. sella equi eius similiter bicolor est, constans ante et

δωσάντως, μετὰ ἀετῶν μαργαριταρείνων ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη τῶν ἰδρομαχίων, ἔχονται καὶ μαργέλλιον ἔμπροσθέν καὶ ὄπισθεν, ὡς καὶ ἡ βασιλική· οὐ μὴν καὶ μετὰ μαργάρων τὸ κοπριτόριον. αἱ δὲ σπάλαιοι οἵαι καὶ αἱ βασιλικαῖ. ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς κεφαλαρέας τοῦ χαλιναρίου, διβο-
λέας καὶ αὐτῆς, ἀπηώρηται τοῦφα μετὰ φοινικίων, οἷα καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ· οὐ μὴν δὲ καὶ κόμπωσιν. τὸ δὲ τῆς σέλλας ἐπανωσκέπιον λευκὸς κάμπος ἥως πεδίον, μετὰ ἀετῶν κοκκίνων μι-
δικρῶν. ὁσαύτως καὶ ἡ τέντα αὐτοῦ λευκή, ἀετόπουλα γέμουσα
ξενθρόμ.
10

Πεζένει ὁ δεσπότης ἐν ᾧ ἀν τόπῳ προστάξοι τοῦτον ὁ βασιλέας. ἐπὶ κεφαλῆς ἔτι νέος μὲν ἀν ὁ δεσπότης φορεῖ ἐν τῷ παλατίῳ οὐδέν, ἀλλ' ἔνι οὐτως ἀσκεπής. ὅταν δὲ καβαλλικεύῃ, φορεῖ οἶον προείπομεν σκιάδιον. εἰς ἐφήβου δὲ χρόνον παταντήσας φορεῖ καὶ ἐν τῷ παλατίῳ τὸ δηλωθὲν σκιάδιον. κατὰ δὲ τὰς ἑορ-
τὰς σκαράνικον χρυσοχοϊκόν, λιθάρια καὶ μαργαριτάρια ἔχον οὖτα λεγόμενα περίχντα. τὸ δὲ καββάδιον αὐτοῦ δέξεν ἢ ξενθρόν, μαργαριταρείνον, οἶον ἀν ἐκ τούτων δρέγοιτο καὶ ἀποδέχοιτο.

P 46 Τὸ τοῦ σεβαστοχράτορος σκαράνικον καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος ἐπὶ τῶν ἑορτῶν ζητεῖται.
20

Τὰ σκιάδια τῶν γαμβρῶν τοῦ βασιλέως, δεσποτῶν ὄντων,

| | | |
|--------------------------|-----------------------------|-------------|
| 4 ιοπριτούριον B, | ιοπριτούριον διβολέον A | σκάλλαι AB |
| 6 φοῦντα A, | φοροῦντα B | ἄσπρος A |
| 9 ἄσπρη A | 10 οἴκινα A | 12 ἀν om A |
| καβαλλικεύῃ ἥως ἵππεύῃ P | 16 καὶ] δὲ καὶ A | 13 τοῦτος A |
| καβαλλικεύῃ οἴκινα A | 19 καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος om B | 17 οἴκινα A |

retro aquilis ex margaritis; et ad quattuor partes ornamentorum e sella pendulorum. habet insuper ante et retro margellum, quemadmodum imperatoris. coopertorum tamen caret margaritis. stapiae seu stapedes eius quales et imperatoris. in fronte ad capistrum fraeni, quod et ipsum bicolor est, pendet floccus cum inferiore muscario, quale etiam imperatorii equi capistrum est: caret tamen apice muscario superiore. sellae superum tegumentum albus campus est, cum aquilis coccinis parvis. tentorium eius album et rubris aquilis plenum.

Desilit ex equo despota ubicunque mandaverit imperator. cum despota adhuc puer est, nullum tegumentum fert in capite dum in palatio versatur; sed manet aperto capite. at quando equitat, tunc fert eum quem antea descripsimus pileum. cum ad ephebi aetatem processit, tunc gestat supra dictum pileum etiam in palatio. diebus festis fert scaranicum auro tectum et onustum, unionibus et margaritis quas grandinatim sparsas appellant, distinctum: cabbadium eius violacei vel rubri coloris, margaritis contextum, quale nimirum ex illis elegerit et acceperit.

Sebastocratoris et Caesaris scarana in festis, adhuc quaeruntur.
Pilei generorum imperatoris, si sint despota, aurei et coccinei co-

χρυσοκόκκινα, συρματένια, ἔχοντα σταυροὺς μιργαριταρένους καὶ γύροντας.

Τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος σκιάδιον χρυσοκόκκινον, συρματένιον. ὁ ἀὴρ καὶ τὰ σεῖα οἵα καὶ τὰ τοῦ δεσπότου. τὸ κόκκινον ἴμάτιον αὐτοῦ οἶον καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ δεσπότου, ἀνεν δὲ φίλων. τὸ ταμπάριον αὐτοῦ τὸ μὲν παλαιὸν ζητεῖται, πλὴν αἱ κάλτζαι ἡεράνεαι. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Καντακούζηνὸς τὸν γνωσκαδέλφονς αὐτοῦ Ἰωάννην τε καὶ Μανονῆλ τὸν Ἀσανίον τιμήσας σεβιστο- B κράτορας δέδωκεν αὐτοῖς φορεῖν ταμπάρια καὶ κάλτζας οἷα καὶ οἱ 10 δεσπόται. τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ ἡεράνεα, ἔχοντα ἀετοὺς συρματένιους εἰς ἀέρα κόκκινον, ἐφ' ᾧ εἴρηται τόπων τῶν τοῦ δεσπότου. ὅμοίως ἡ τε σέλλα καὶ τὸ κοπριτόριον ἡεράνεα· αἱ σκάλαι οἷαι καὶ αἱ τοῦ δεσπότου· τὸ τῆς σέλλας ἐπανωσκέπιον ἡεράνεον καὶ αὐτό, μετὰ ἀετῶν κοκκίνων τεσσάρων. ἡ τέρτα αὐτοῦ λενκή, 15 ἔχοντα χαρτάρια κατὰ φύσήν ἡεράνεα. πεζένει δὲ καὶ οὗτος ἐν τῇ τοῦ παλατίου αὐλῇ εἰς τὸ τετράστυλον· λέγω δὲ τοῦτο διὰ τὸ C τοῦ τόπου γνώρισμα. τοῦ βασιλέως δὲ ἐν ἀλλῳ τόπῳ εὑρισκομένου πεζένει κατ' ἀναλογίαν κάκτεις τοῦ τόπου τετραστύλου.

Τὸ τοῦ Καίσαρος σκιάδιον συρματένιον χρυσοκόκκινον, οἷον 20 τὸ τοῦ σεβιστοκράτορος. ὁ ἀὴρ καὶ τὰ σεῖα οὖτα τὰ αὐτοῦ. καὶ τὸ ροῦχον ὥσαντως οἶον τὸ ἐκείνου. τὸ δὲ ταμπάριον καὶ τούτου

| | | | |
|------------------|------------|------------|-----------|
| 3 τὸ om AB | 14 ἄσπρη A | 20 δασέα P | 21 φοῦχον |
| ἡγε τὸ ἴμάτιον P | τοῦτο P | | |

loris sunt, et auro ductili texti, habentque cruces ex margaritis et gyros seu circulos.

Pileus sebastocratoris aurei et coccinei coloris est et filis aureis textus. circulus inferior et fila unionibus intexta et pendula qualia despotaes. coccineum vestimentum eius tale est quale ipsius despotaes, sed sine figuris ac ramalibus auro textis. chlamys eius, qualis olim fuerit, quaeritur. ceterum caligae subviridis coloris sunt. at vero Ioannes Cantacuzenus uxoris sua frates Ioannem et Manuelem Asanios sebastocratoras creans, potestatem eis fecit ferendi chlamydes et caligas instar despotaes. calcei eius sunt colore subviridi, habentes aquilas filis aureis ac solidis pictas in panni planitie rubra, iis locis quae indicavimus, cum de despota ageremus. similiter sella et coopertorium subviridi colore gestant. stapiæ eius quales despotaes. superum sellae tegumentum subviridis coloris est, et quattuor coccineis aquilis decoratum. tentorium eius album, habetque insuta subviridis sive caesii coloris scutula quadrata. ex equo desilit et iste in palatii aula ad Tetrastylum sive vestibulum quattuor columnarum: dico autem hoc propter loci manifestam notitiam. si imperator alio in loco versetur; tum desilit ibi ex equo, ratione a loco Tetrastyli sumpta.

Caesaris pileus filis aureis textus et rubris est, aurei et coccinei coloris, qualis est sebastocratoris. circulus inferior et pendentes taenio-lae qualia eiusdem. tunica eius similis sebastocratori. chlamys adhuc

ζητεῖται. αἱ κάλται καὶ τὰ ὑποδήματα ἡεράνεα. ὅμοίως καὶ ἡ σέλλα τύ τε τοῦ κοπριοφίου καὶ τοῦ ἐπανωσκεπίου καὶ ἡ τέντα **D** αὐτοῦ ὅμοια οἷα καὶ ἡ τοῦ σεβαστοκράτορος, μετὰ γαρτίων ἡερανέων ἄνευ ἀετῶν. πεζεύει δὴ καὶ οὗτος ἐντὸς τῆς τοῦ παλατίου αὐλῆς πλησίον οὖ ὁ σεβαστοκράτωρ πεζεύει.

Τὸν μέντοι δεσπότην ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως καλοῦσιν οὕτως ἀπλῶς, δέσποτά μου, καὶ ἡ βασιλεία σου. τὸν δὲ σεβαστοκράτορα, δέσποτά μου σεβαστόκρατορ, καὶ ἡ βασιλεία σου. τὸν Καίσαρα καὶ τοῦτον, δέσποτά μου Καῖσαρ, καὶ ἡ βασιλεία σου, ἀσπερ καὶ τὸν σεβαστοκράτορα.

P 47 Εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι εἰ δεήσῃ ἀνενέγκαι τινὰ τῶν ἀρχόντων τῷ βασιλεῖ τι ὥστε καὶ τοῦ ὄντος τοῦ δεσπότου μητρᾶναι, “ὅ αὐθεντόπουλός μου” λέγει, “ὅ νιός σου ὁ δεσπότης.” εἰ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἀρχοντες ὅμιλοῦσιν, μημονεύουσι τούτου, “ὅ αὐθεντόπουλός μας” λέγοντες “ὅ δεσπότης.” ἀν δὲ ἀρχων πάλιν μετὰ 15 ἀνθρώπουν τοῦ δεσπότου ὅμιλῇ, εἰ μὲν βούλοιτο, λέγει “αὐθεντόπουλός μου ὁ δεσπότης.” εἰ δὲ καὶ “ὅ αὐθέντης μας” εἴποι “ὅ δεσπότης” διὰ πλείονα τιμήν, οὐ κωλύεται. ἀν δὲ πάλιν ἀνθρώπουν τοῦ δεσπότου δεήσῃ ἀνενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ ὥστε καὶ τοῦ ὄντος τοῦ αὐθέντον αὐτοῦ μητρᾶναι, οὐχ “ὅ αὐθεντόπουλός 20 μου” λέγει ἢ “ὅ αὐθέντης μου ὁ νιός σου,” ἀλλ “ὅ κύριος μου ὁ νιός σου ὁ δεσπότης.” καίτοι γε ταντοδύναμόν ἔστιν ὁ κύριος

3 γαρταρίων A 7. 8. 10 σου] αὐτοῦ P 14 μημονεύοντες?

quaeritur. caligae et calcii caesia. pari modo sella, coopertorium, et tegumen quod supra sellam, et tentorium eius convenient cum sebastocratore; interiectis scutulis quadratis, sed sine aquilis. ex equo descendit et iste intra aulam palatii iis locis quibus et sebastocrator desilit.

Despotam coram imperatore sic simpliciter appellant, despota mi, et maiestas tua. sebastocratorem vero, domine mi sebastocrator, et maiestas tua. Caesarem porro, domine mi Caesar, et maiestas tua, ad eum modum quo sebastocrator compellatur.

Scire oportet, si quis ex proceribus aliquid imperatori referat ita ut despota mentio facienda sit, eum tunc uti hac formula: dominus domini mei filius, filius tuus despota. si vero proceres mutuo inter se colloquio meminerint despota, tum dicunt: dominus noster domini nostri filius despota. si quis procerum cum aliquo ex familia despota colloquatur, si velit, dicere potest, dominus domini mei filius despota. si ob maiorem reverentiam dicere velit dominus noster despota, non prohibetur. ceterum si quem ex familia despota aliiquid ad imperatorem referre contingat, ut necesse habeat domini et heri sui monitionem inicere, non dicit, herulus meus vel herus meus, tuus filius: sed dominus meus, filius tuus, despota. quanquam idem valent kyrius (s. dominus)

μον εἰπεῖν καὶ διαθέντης μον· ἀλλ’ οὐτως ἐπεκράτησεν. οὐδὲ γὰρ τῷ δεσπότῃ λέγει τις, εἰ δέξει, κύριε μον, καίτοι γε τυντο-
δηνάμου ὅντος καὶ αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, ἀλλὰ δέσποτά μον· ἄρχοντι
δὲ λέγει κύριε μον.

5 **Κεφάλαιον δ.**

P 50

Περὶ τῶν τοῦ μεγάλου δομεστίκου καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων σκιαδίων
καὶ φροεμάτων.

Τὸ σκιάδιον τοῦ μεγάλου δομεστίκου χρυσοκόκκινον, κλα-
πωτόν, μετὰ ἀέρος χρυσοκοκκίνου κλαπωτοῦ καὶ αὐτοῦ. τὸ σεῖα
10 χρυσοκόκκινα, οἷα καὶ διάρροη. τὸ δικαΐκιον αὐτοῦ μετὰ τῶν
κόμβων ἴνοκοπητῶν. διάρροη δὲ πάντας κόμβους χρυσοῦς, λεῖος· διὰ
μετ’ αὐτὸν χρυσοῦς καὶ αὐτός, ἵντετυλιγμένος δὲ διὰ σχοινοπλο-
κίου ἀργυροῦ· διὰ μετ’ αὐτὸν τρίτος χρυσοῦς, λεῖος κατὰ τὸν προ-
τον, δὲ δέ τέταρτος κατὰ τὸν δεύτερον ἵντετυλιγμένος σχοινοπλο-
15 κώνῳ ἀργυρῷ καὶ καθεξῆς δύμοιώς τοῖς ὁρθεῖσι. τὸ σκαράνικον
αὐτοῦ χρυσοκόκκινον, συρματεῖνον, ἔχον ἔμπροσθεν εἰκονικῶς
τὸν βασιλέα ἴνοκοπητὸν ἴσταμενον ἵστεμένον, ἐκ δεξιῶν μέν-
τοι ἀγγελον ἔνα, καὶ ἔτερον ἐξ ἀριστερῶν, περικυκλωμένον διὰ
μαργύρων, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα. ἔχει δὲ καὶ τὸ
20 σκαράνικον γύρωθεν ἐπὶ τὸν μετώπον σειρὰν μαργαριταρείνην.
τὸ καββάδιον αὐτοῦ διβολέον, μετὰ μαργελλίων συρματεῖνων.

21 διβολαῖον Α

meus et authentes (s. herus) meus. sed usus, ut distinguantur, obtinuit.
neque enim despota dicit quis, quando necesse est, kyrie mi, tametsi
hoc quoque, ut dictum est, aequipolleat; sed despota mi: at proceri
dicit, kyrie mi.

Caput 4.

De pileis et gestaminibus magni domestici et reliquorum principum.

Pileus magni domestici aureo et coccineo colore tinctus est. filis
sericis auro tectis textus est, ac pariter eius ora auro intermixta. tae-
niae pendulae, sicut et pilei circulus, auro coccinoque textae; baculus
nodis caelatis constat. qui supra visitur calamus, aureus est et laevis.
qui sequitur, aureus est et ipse, sed involutus argento instar funarii
operis contorto. tertius aureus est et laevis instar primi. quartus in
modum secundi involutus argento more funium contorto; et deinceps
consimiliter iis quae dicta sunt. scaranicum eius aureum et coccineum
est, fimbriatum, anteriore et posteriore parte praefferens imperatoris
imaginem, caelatam, stantem, coronatam. a dextris unum habet ange-
lum, alterum a sinistris, margaritis circumdatos; insuper etiam imaginem
imperatoris. habet vero scaranicum circa supremam oram catenam
ex margaritis confectam. cabbadium eius duplicitis coloris est cum mar-

αντὰ δὲ ταῦτα, τό τε σκιάδιον δηλαδὴ καὶ τὰ φρεάματα, ἐφό-
ρουν καὶ οἱ τοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου Ἀνδρονίκου ἀνεψιοί, ὃ τε
πανυπερσέβαστος, ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ οἱ ἔτεροι· ἄτια ἐδό-
θησαν καὶ τῷ Καντακούζηνῷ Ἰωάννῃ παρὰ τῶν δύο βασιλέων,
ὅτε μέγας δομέστικος ἦγεγόνει.

Τὰ ὑποδήματα τοῦ πανυπερσεβάστον κίτρινα· ὡσαύτως
καὶ ἡ σέλλα, ἔχοντα ἔμπροσθέν τε καὶ ὅπισθεν μαργέλλιον κλα-
Β πωτόν, καὶ τὸ ταμπάριον αὐτοῦ κίτρινον μετὰ μαργελλίων.

Τὸ δικανίκιον τοῦ πρωτοβεστιαρίου χρυσοπράσινον, χρυσο-
χοϊκόν, ὑπούρελιον. τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ πράσινα· ἔτι τε καὶ ἡ 10
σέλλα, ἔχοντα καὶ αὐτὴν μαργέλλιον, ὡς καὶ ἡ τοῦ πανυπερσεβά-
στον· καὶ τὸ ταμπάριον αὐτοῦ πράσινον μετὰ μαργελλίων.

Τὸ σκιάδιον τοῦ μεγάλου δουκὸς χρυσοκόκκινον κλαπωτὸν
ἄνευ ἀέρος. τὸ σκαράκιον αὐτοῦ χρυσοκόκκινον, συρματέεινον,
ἔχον καὶ αὐτὸν ἔμπροσθεν μὲν εἰκονικῶς τὸν βασιλέα ἰστάμενον 15
ἴνοκοπητόν, ὅπισθεν δὲ καθήμενον ἐπὶ θρόνου. τὸ καββάδιον
C αὐτοῦ βλαττίνον, ἡ οἷον ἂν βούλοιτο ἀπὸ τῶν συνήθων. τὸ δὲ
δικανίκιον αὐτοῦ ἔχει μὲν κόμπους χρυσοῦς ἐγκοπτούς, καὶ κοιδύ-
λοντας ὡσαύτως χρυσοῦς, κεκλωσμένους δὲ διὰ σχοινοπλοκίου ἀργυ-
ροῦ ὡς τοὺς τοῦ δικανίκιον τοῦ μεγάλου δομεστίκου.

Τὸ τοῦ πρωτοστράτορος σκιάδιον τό τε σκαράκιον καὶ τὸ
καββάδιον αὐτοῦ ὅμοια τοῦ μεγάλου δουκός. τοῦ δὲ δικανίκιον

8 ταμπάριον A
17 βλαττίον A

10 ὑπὸ νιελλίον A

12 ταμπάριον A

gellis auro ductili ornatis. haec vero ipsa, nempe pileum et alia gesta-
mina, ferebant primi Andronici imperatoris ex sorore nepotes, panhy-
persebastus, protovestiarus et alii. quae etiam a duobus imperatoribus
Ioanni Cantacuzeno concessa sunt, quando magnus domesticus crea-
tus est.

Calcei panhypersebasti coloris citrini sunt. similiter et sella, quae
ante et retro constat margellis filis aureis textis. penula eius citrino
colore nitet cum margellis.

Baculus protovestiarii aureo et prasino colore constat, auro fusus
est et liquato ad pigmentum metallo collucens. calcei eius prasini. ad
haec et sella; quae etiam margellis insignitur, sicut sella panhyperse-
basti. tamparium eius prasinum est cum margellis.

Pileus magni ducis colore aureus et coccineus est, filis aureis textus,
at sine circulo. scaranicum eius aureum et coccineum est et auro du-
ctili textum, continentque parte anteriore imperatorem stantem, caelatum,
retro autem sedentem in throno. cabbadium eius sericum, vel quale ex
consuetis voluerit. baculus eius habet quidem bullas aureas incisas, ut
similiter calamos aureos, sed argento quasi opere funario implexos, in-
interfectores Leonis Armenii nocte nativitatis domini his clericis immisi templum ingressi essent et Leonem trucidandi occasionem nec frustra captassent. quid si exocatacoelis quoque mos extra patriarchicum pernoctandi fuit? erant olim isti exocatacoeli sacerdotes, postea ab patriarcha quopiam in patriarchalium diaconorum numerum redacti, ut patriarcha diebus solemnioribus ministris honoratioribus non careret, ut patet ex ipso Codino c. 9 p. 66 8 et sequentibus.

Magnae fuerunt auctoritatis exocatacoeli, quam ex his pauculis Codini verbis colligas p. 4 11: οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἕρετος συνόδῳ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως. chartophylaci, uni ex istis, moverunt aliquando litem episcopi διὰ τὸ προκαθῆσθαι αὐτὸν τῶν ἀρχιερέων, διηγήσαντες δέος τούτους συνέρχεσθαι κατά τινα χρεῖαν καὶ συνεδριαζειν κατὰ ταντὸν πρὸ τῆς εἰς τὴν ἀγιωσύνην σου εἰσελεύσεως. verum pro chartophylace rescripsit Alexius Comnenus. exstat Novella eius inter illas quas cum Ecioga seu Synopsi Iuris Romani edidit Leunclavius.

Eorundem fit mentio in concilio Florentino tanquam auctoritate et dignitate in clero Graecanico valde excellentium: καὶ τὸν πάπαν ὁ πατριάρχης ἡσπάζετο ἰστάμενον ἐν τῇ παρειᾳ, ἥμετς δὲ καθημένον τὴν δεξιὰν αὐτοῦ καὶ τὴν παρειὰν ὅντα τοῖς ἔξωκαπακοῖλοις. παραγενομένον ἐν αὐτῷ τοῦ βασιλέως τοῦ ἀγίου, τῶν παρδηναλέων καὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἔξωκαπακοῖλων. hactenus de exocatacoelis in genere *).

Quod attinet ad oeconomum, qui primus inter exocatacoelos, eius officium his verbis describit Codinus p. 3 v. penult. ὁ μέγας οἰκονόμος προτῶν πάντα τὰ πηγάματα τῆς ἐκκλησίας καὶ πᾶν τὸ ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν. καὶ οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. quae sic interpretatur Iunius: *magnus oeconomus, qui in omnes possessiones ecclesiae auctoritatem habet, omnemque redditum qui ex eis percipitur. ministrat autem sacerdoti summo et ecclesiae hac*

P 156 *oeconomica procuratione. quanto brevius et distinctius dixisset magnum oeconomum esse illum qui in omnes facultates proventusque ecclesiae ius habet, procuratorque est episcopi simul ac ecclesiae. breviter eundem descriptis Balsamon: καὶ ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πηγαίτων τὴν πρόνοιαν ὁ μέγας οἰκονόμος. natum est autem illud ὁ μέγας ex recentium Graecorum ambitione, qui officiis et dignitatibus titulum μεγάλου adinodum liberaliter praeponebant, et saepe duo officia, ceteroquin paria, aliter non distinguebant quam vocis τοῦ μεγάλου appositione. qua in re longe parciores et restrictiores sunt semperque fuerunt Latini, qui et ad omnes, etsi virtute et eruditione praestantes, raro hoc elogium quasi praenomen aut cognomen transtulerunt, cum tamen apud Graecos nihil sit frequentius quam illud ὁ μέγας. saepe ex musca μέγαν elephantem facere solent. et iam quoque ex*

*) cf. Goar. ad c. 9.

ingenito fastu μεγάλου titulo mirifice sese circumspiciunt, ὁ μέγας
φήτωρ, ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας οἰκονόμος, cum sint omnium
prope mortalium longe miserrimi propter iugum Turcicum.

p. 3 penult. ὁ μέγας οἰκονόμος] oeconomī munia recensent uberiū Allatiana. ὁ μέγας οἰκονόμος τῶν πτημάτων ὄφείλει εἶναι λεοδιακονος. ὅταν δὲ λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, φροῦρος τὸ στιχάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὄρθρον ἴσταται ἐν τῇ (δεξιᾷ add M) μεσίδι τῆς ἀγίας τραπέζης, βαστάζων καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ καὶ τῷ ἄγιον φιπίδιον. προσφέρει δὲ καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κληρικὸν τῷ ἀρχιερεῖ. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ πᾶν πτημα τῆς ἐκκλησίας, ἔξετάξει εἰσόδους καὶ ἔξόδους καὶ λογαριασμοὺς ἀπὸ πᾶν πρᾶγμα τῆς ἐπικοπῆς. κρατῶν καὶ χαρτονλάριον ἀναφέρει ταῦτα, καὶ τετράκις τοῦ χρόνου (διὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ M) ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ, ἐπικοπεύων καὶ τὴν χρονομένην ἐκκλησίαν, πάντα τὰ ἀγαθά αὐτῆς, μέχοι τῆς ἑλεύσεως τοῦ ἐπισκόπου. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς ηρίσεις ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀρχιερέως. addunt alia: ἔστι καὶ ἐπὶ ψήφους τοῦ ἐπισκόπου πρῶτος, διανέμων καὶ τὰ δικαιώματα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τὰ εἰσερχόμενα δίκαια τῆς ἐπικοπῆς. uno verbo Regia scripserunt: ὁ μέγας οἰκονόμος ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πτημάτων ἐπιμέλειαν. oeconomum diaconum tantum voluere posteriores Graeci: Ioannem enim Tabennisiotam Zenonis tempore ex presbytero et oeconomō patriarcham Alexandriae factum memorat Theophanes; idem sub Heracliona Paulum CP pariter patriarcham ex eodem officio presbyteriique dignitate refert assumptum. ab imperatore quondam instituebatur; ab Isaacii Comneni tempore a patriarcha. Zonaras in Isaacii Comneni vita: τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων οἰκονομίαν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπένειμε μέχοι τότε τοῦ μεγάλου οἰκονόμου προχειρούσομένον παρὰ τοῦ βασιλεύοντος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ σκευοφύλακος. ἐκεῖνος δὲ καὶ ἀμφο ὑπὸ τὴν τοῦ πατριάρχου ἔθετο ἔξοντα. vide Balsamonem in Canon. 9 edictū Theophili.

C A P U T III.

p. 4 v. 1. Ο μέγας σακέλλαριος appellatur a Ioanne Citrio ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης. at ὁ τοῦ σακέλλου vocatur quoque ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης ἥγουν ὁ σακέλλαριος. in Turcograecia non male dicitur *sacellius*. quid vero σακέλλη seu sacella seu σακέλιον seu σακέλην seu σακέλλιον? his enim nominibus utuntur recentiores Graeci, a quibus sacellarii magni et minoris nomina deducunt. σακέλλιον, inquit Suidas, βαλάντιον, μαρσύπιον, ξέξ οὖ καὶ σακέλλαριος. Hesychius: σακέλλα, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται. σακέλλιον ὄμοίως. nec dubium nomen hoc ad Graecos venisse ex Latino seu potius multis communī vocabulo, *saccus*, *sacculus*, *sacellus*, extrito altero c. hinc Germanicum *säcklein* et *seckel* pro *loculis*; et *seckelmeister* quaestor, *praefectus sacci* seu *sacelli*. quare si duos istos propriis nominibus aspicere velimus, tum ὁ μέγας σακέλλαριος erit nobis *der gross oder grosser seckelmeister*, ὁ τοῦ σακέλλιον seu *sacelli* *der klein seckel-*

meister, quia ecclesiae pecunias curabant, asservabant, expendebant. et haec est primaria appellationis huius ratio, petita nimurum a *sacculo*, hoc est ab aerario ecclesiastico, cui praerant.

p. 4 v. 1. ὁ μέγας σακελλάριος] ἀπὸ τοῦ σακελλίου dictus. σακέλλιον βαλάντιον, μαρσύπιον, ait Suidas: loculorum itaque et pecuniarum custos est sacellarius. hanc expositionem mihi suggestit Balsamon Medit. de protecdico: παρὰ τοῖς Ρωμαίοις σάκελλον παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν ἔστι. λέγεται οὖν σακελλάριος ὁ τῶν μοναστηρῶν διοικητής. viri Latinorum ignari dirige vel corrige linguam: mentem percipe, quasi dicat "sacellum administrationis custodiaeque rationem secum vehit: ubi ergo sacellarii mentio, confestim monasteriorum administrator obversetur oculis". optime: nam et Stephanum Persam, quem Nicephorus patriarcha ταῦτα τῶν βασιλικῶν χορηγάτων, Theophanes σακελλάριον vocat. quod igitur oeconomus magnae ecclesiae, id sacellarius monasterii praestat, ut nimurum eorum bonis custodiendis invigilet, perpende haec ex Allatianis excerpta: ὁ μέγας σακελλάριος ἐπισκοπεύων καὶ ἐρευνῶν τὰ ἀνδρίκια μοναστηρῖα ἐκ πάντων τῶν συνεργούμενῶν δικαιωμάτων. ἐπαύρει δὲ λογαριασμόν, εἰσόδους καὶ ἔξόδους, βίους δὲ καὶ πολιτείας τῶν μοναχῶν ἐρευνῶν. καὶ δις (τρὶς M) τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει αὐτὰ τῷ ἀρχιερεῖ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κοίσεις εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ οἰκονόμου. adiungunt alia: προσφέρει καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι εἰς ἱερέα, στημόνεος πλησίον τοῦ μεγάλου οἰκονόμου. non omnium porro et ubique sitorum monasteriorum praefecturam sibi vindicat sacellarius, sed, ut aiunt Regia num. 1039, τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν περιτικῶν, eorum quae in regia urbe nec non et trans portum in Sycena sive Galatensi regione sunt condita. (M: ὁ μέγας σακελλάριος φρονῶν τὸ στιγάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὠράριον στήνεται ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῆς ἄγιας τραπέζης, βαστῶν τὸ ἄγιον ἑπίδιον.)

Interim alia quoque munia obibant: nam *magnus sacellarius* potestatem habet in virorum et mulierum monasteria, quo in munere administratio utitur illo qui antistes monasteriorum appellatur, de quo Codinus in quinta pentade, sicut et ὁ τοῦ σακελλίου adiutorem habet ἀρχοντα τῶν ἐκκλησιῶν, de quo in quinto quinario.

ib. v. 2. ἔχων ὑπονομά] Allatiana (et M) vocant χαρτονιάριον. ex quo percipe χαρτονιάριον scribam inferiorem denotare.

Non absimilia Balsamon: *magnus sacellarius curam gerit monasteriorum, tam eorum quae sunt intra urbem quam τῶν περιτικῶν*, hoc est quae sunt in Pera seu Peraea, cum civitatis imperatricis decima tertia regio sit Pera seu Peraea, ut patet ex descriptione urbis Cpolitanae, inter cuius regiones locum decimum tertium obtinet *Sycena*, quae alio nomine *Pera* et hodie *Galata*. cum ergo ad Cpolitanam urbem pertineat, non immerito curam et inspectionem habet *sacellarius* in monasteria quae in Pera sita sunt, quaeque Balsamon vocat *Peratica*: a Pera enim urbe deduxit hoc nomen.

Minor *sacellarius* seu *sacellius catholicas ecclesias sua in potestate habet et sacelin sive sacellum*, inquit Codinus. ubi mentio fit
P 157 *sacelli*, ne cogites curam ecclesiarum excludere *sacellum* proprie dictum. et quamvis in descriptione officii *magni sacellarii* denuo non repetatur cura *sacellae*, attamen ipsum nomen id satis indicat: nemo enim proprie, imo forsitan ne apte quidem nominatur

absolute *sacellarius*, eo quod curat tam virorum quam virginum monasteria. minori *sacellio* tribuit Balsamon, in sua disceptatione de chartophylace, etiam curam et administrationem emphyteusium. ait enim: ὁ σακέλλιον *praefectus sacelli* curam gerit τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, *catholicarum ecclesiarum* (inepte interpres *ecclesiarum in genere*; quem errorem non semel errat), πρὸς δὲ καὶ ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν.

Regia de sacello praeposito ac eius appellatione: ὁ σακέλλιον τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν ἔχει. σάκελλον γὰρ παρὰ Ρωμαίοις τὸ διοικεῖν ἐστὶ καὶ φυλάσσειν. ἀπὸ τούτου μετωνόμασται σακέλλη η τοὺς κακονοργοὺς φυλάττοντα, καὶ τὸ σακούλιον. Allatiana de eodem: ὁ σακέλλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ιστάμενος καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἀγίῳ βῆματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερείας, ἔχων δὲ ἐπισκοπέων τῶν γυναικείων μοναστηρίων ἔρευνα καὶ ἀναθεωρεῖ αὐτὰ κατὰ τὴν τῶν ὄγκων κανόνων ἀκρίβειαν. κρατῶν δὲ φυλακὴν τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸν εν φυλακῇ ἀποστελλομένον παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, κρατῶν αὐτοῖς. elucidant haec Simeonis Thessalonicensis verba: ὁ σακέλλιον τῶν εὐαγῶν οἰκων κατὰ τὴν πόλιν διερευνᾷ καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἐπιμέλεται εὐταξίας, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τε καὶ τῷ βῆματι, μή ποτε καὶ παρὰ τὸ δέον εἴη γενόμενον καὶ τὰ ἵερα ἀμελῆται. ex his τοῦ σακέλλιον nominis duas rationes collige, primam quod ut *sacellarius* muliebrium monasteriorum, ita hic *virilium bona custodiat*, alteram quod patriarchalem carcerem, *sakkelēn* *sakēlēn* vel *sakellīoñ* dictum, sub sua dispositione teneat. Balsamon Medit. de chartoph. et pro tec d. l. 7 Iuris GR: ταῦτάν ἔστιν εἰπεῖν φύλακα, σακέλλαριον καὶ τὸν σακέλλιον. παρὰ γὰρ Ρωμαίοις τὸ σακέλλιον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ η τοὺς κακονοργοὺς φυλάττοντα πατριαρχικὴ σακέλλη ἐντεῦθεν καὶ οὐκ ἄλλοθεν μετωνόμασται, ὥσπερ δὲ καὶ τὸ σακούλιον. λέγεται γοῦν σακέλλαριος ὁ τῶν μοναστηρίων διοικητής, καὶ ὁ σακέλλιον ὑποκοριστικῶς ὁ τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν φροντιστής. nusquam itaque τὸν σακέλλιον minorem *sacellarium* affirmaveris, qui maiores regit ecclesias, nec *sacellarii* potestati subiectus dignoscitur, cui licet loco cedat (monastica quippe *sacellario commissa*, et alia quaevis ad monachos spectantia summo cultu prosequitur orientalis ecclesia) non veretur auctoritatem, et ambo ex aequo patriarcham suis obsequiis colunt et ei in iure dicundo assident. (M: ὁ σακέλλιον ἔστιν οἰκέτης τῆς πρώτης πεντάδος, κρατῶν καὶ τὴν φυλακὴν τῆς ἐπισκοπῆς, ἔχων οὖν καὶ ἐν τῇ ἐπισκέψει αὐτοῦ τῶν μοναστηρίων γυναικείων τὴν σκεψιν.)

p. 4 v. 8. τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας] virorum monasteria et in eis constructae ecclesiae viris tantum, mulierum mulieribus sunt apertae. ea vero ecclesia quae viris et mulieribus, quales sunt paroeciae, patet, καθολικὴ est. auctor vitae Nili iunioris: βάλε αὐτὰ ἐν τῇ καθολικῇ τοῦ πάστρον. interpres posuit *cathedralem*. verum non *cathedrales* modo, sed et paroeciae maxime monasteriis opponuntur: *catholicas autem ecclesias monasteriis* oppunit Balsamon iamiam lectus, quod haec *sacellii praefecto*, illas (etsi minus nobiles) ceu *praefectum superiorem* nactas *sacellario subiectas* asserat. sunt itaque *catholicae ecclesiae* eadem quae *paroeciales*, cum pleraque huiusmodi reperiantur in urbe CP, *cathedralis* unica, magna nimirum ecclesia. *catholicis et monasticis ecclesiis* adiungit *Ius GR* fol. 255 εὐηγέργειον οἰκον, ecclesias nimirum non dedicatas et vel in agris vel in urbibus cunctis pervias, at paroeciae iure privatas: καν̄ μοναστήρια ωσι καν̄ ἐκκλησίαι καθολικαι καν̄ εὐηγέργειοι οἰκοι. adverte demum auctorem Balsamoni socium tam virorum quam mulierum monasteria *sacellario*, communes vero ecclesias CP repertas *sacelli praefecto* regendas tribuere,

Allatiana vero sacellario virilia, alteri feminea deputare; quae quidem diversa licet, potuere tamen alio et alio modo variis temporibus disponi.

In Turcograecia subditur alia cura, nempe supplicum et confugientium ad ecclesiam. interea non expungitur cura proprie dicti *sacellii*; tametsi nescio quam vere Turcograecia hoc munus sacellio transcribat, cum ibidem paulo post idem munus assignet protecdico, τοὺς πρόσφυγας ἀναδέχεσθαι, *confugientes ad ecclesiam recipere*, ut interpretatur Turcograecus Crusius. utut sit, ὁ σακέλλιον a minori *sacello* pecuniario seu *aerario* nomen habet, ut *maior sacellarius a maiore sacello*, non aliunde; neque talis nominatur nisi respectu ad curam sacelli. quare non satis assequor quod Balsamon affirmat in Melete sua de chartophylace et protecdico: τὸ σάκελλον παρὰ Ῥωμαῖοις εἶναι παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν. aut enim loquitur Balsamon de derivatione vocis; et tunc σακέλλιον non magis est παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν quam παρὰ τὸ τύπτειν καὶ μάζεσθαι. aut loquitur de significatione vocum; et tunc verum est *praefectum sacellio* seu *sacellarium* esse διοικητὴν καὶ φύλακα, et hanc praefeturam esse φυλακὴν *custodiam*: sed non ideo omnis φυλαξ est *sacellarius*, nec omnis φυλακὴ *custodia sacelli*, sed ille tantum φύλαξ est *sacellarius*, cui *sacella* credita est, et illa tantum *custodia sacellae*, quae circa sacellam occupatur. alioquin si omnis phylax esset *sacellarius*, etiam opiliones et caprarii essent *sacellarii*, quia sunt φύλακες, *custodes*, ut alias absurditates taceam. quodsi quid aliud *sacellii* nomen obtinuit, eius curatorem seu custodem quo minus *sacellarium* vel *sacellum* appelles non impedit. η τοὺς κακούργους δὲ φυλάττουσα πατριαρχικὴ σακέλλη ἐντεῦθεν καὶ οὐκ ἄλλοθεν μετωνόμασται, ὡσπερ δὴ καὶ τὸ σαπούνιον.

p. 4 v. 9. σακέλιν] vel ut scribit Balsamon σακέλλην, *patriarchalem carcerem*, in quo nimirum clericos sibi subiectos, si santes fuerint, patriarcha coartat.

Sed nec a custodia nec propter custodiam patriarchicus carcer dictus est *sacella*, sed aliam ob causam, quaecunque illa fuerit: alioqui omnis carcer, quatenus custodia est, vocaretur *sacella*; quod non est ita; sicut et apud Germanos non omnes carceres sed certi quidam vocantur *sacci*, *sack*, non ob custodiam prae-cise, quia alioqui omnes carceres appellarentur *sacci*, quia omnes sunt custodiae, sed alias ob causas, quas nominis impositor spectavit. quoad carcerem, *sacellae* nomen tulerunt virginum monasteria, cum sint quasi quidam carceres, quia nulli egredi licet nisi gravissima urgente causa, nec sine honesto comitatu, qui ducant et reducant, ut praecipitur in 46 canone Trullano. et huc spectant illa quae in Turcograecia p. 203 ex Augustano ms Pachymeris codice annotantur: οὗτος (ὁ μέγας σακέλλαριος) ἐπιτηρεῖ τὰς ἵερας σακέλλας, δηλονότι τὰ γυναικεῖα μοναστήρια. si quis ob huiusmodi sacellas earum curatorem velit quoque *sacellarii* nomenclaturam tulisse, cum hoc non pugnabo, dummodo non abnuat *sacellarium* primario nomi-

natum a sacello pecuniariorum ab aerario, ut supra diximus. S. Anastasius Sinaita in suo Hodego dicit *sacellarium* esse nomen Syriacum: σακέλλα γάρ τὸ δέχεσθαι εἰσῆγεται, nam *sacella* est receptaculum, a recipiendo sic dictum. nec mirum *saccum* et *sacellum* omnes linguas pervagatos etiam in Syriacam irrepsisse.

Ex his quae hactenus dicta, facile erit iudicium facere P 158 quam vera sint quae de *sacellario* et de *praefecto sacellii* Iunius commentatur p. 245 et 246. *nomen est ambiguum σακέλαριος*, inquit Iunius. sit ita, quandoquidem Ioannes Citrius τὸν ἐπὶ τῆς μηρᾶς σακέλλης etiam *sacellarium* nominat, cuius plura forte exempla non reperies; aptius *sacellius* vocabitur, si uno nomine vocare velis. nam modo personarum respectu dicitur, qui *sacris hominibus* et deo dicatis *praefectus est*, modo rerum locorumque; puta *is qui templis domibusque sacris*. at ὁ τοῦ σακέλλου non modo parietibus templorum praerat, sed et clero ad illa tempora pertinenti, et confugientibus quoque ad illa tempora: hoc enim est χρατεῖν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας. ergo et ὁ τοῦ σακέλλου non modo in res et loca sed et in personas ius habuit, aequae ac magnus *sacellarius*. cadit ergo haec Iuniana distinctio: *hominum procuratio et praefectura dicitur sacellaria, locorum vero sacellum*. ex quo auctore probas hoc discrimen? quis ille qui priore illo vocabulo tua notione utitur? certe *sacellarium* deducit Bal-samon a *sacella*, et hanc a *sacello*, ut et τὸν τοῦ σακέλλου, quod ait esse ὑπονομιστικὸν seu diminutivum, a *sacello* seu *sacello*: nam diminutivum a diminutivo formari, ut a *sacello* *sacellum*, sicut Latine a *sacculo* *sacellum* *saccellulum*, nemo nescit.

Nec verum illud: *σακέλλιον*, id est rerum ad *sacras aedes* et *sacella* pertinentium. nihil minus, quia nihil hic de *sacellis* quae Latinis *sacella*, *cappellae*, unde *sacellanus* et *cappellanus*; nec ὁ τοῦ σακέλλου a *sacris sacellis*, quae sunt *cappellae*, nomen habet; nec ad curam eius spectabant *sacrae vestes*, *vasa*, *reditus* et id genus alia ad tempora seu *sacella sacra* (quas Graeci vocant παρεκκλησίας seu παρεκκλήσια) pertinentia, quia haec alios curatores habebant, ut ex ipso Codino notum est p. 4 v. 3. noster autem *sacellarius* et *sacellius* nomen hoc habent a *sacello*; et si primam originem repetere velimus, a *sacco*, ut supra probatum est.

Coronidis loco addamus et hoc *sacellarii* nomen eadem formatione et notione ne Latinis quidem ignotum fuisse. ascribam verba Onuphrii ex libello de interpret. obscurarum vocum ecclesiasticarum. *sacellarius*, alias *saccularius*, a *sacello* pecuniarum quas erogabat *dictus* etc. *hunc* *hodie* *thesaurarius* *repraesentat*. cuius muneris *Bibliothecarius* (Anastasius) *saepe* mentionem facit. *dictus autem est a sacco saccularius*, *vel a sacello*, id est *parvo sacello*, *sacellarius*; quae vox apud Augustinum exstat in *commentariis Psalmorum*. haec Onuphrius. *sacelli* nomen pro *thesauro* seu *aerario* usurpat quoque Corippus de *Laudibus Iustini* 4 334; ubi quem memorat, fuit Calinius iste *sacellarius*, sed *aulicus*, non ecclesiasticus. S. Gregorius Magnus

I. 4 epist. 34 nominat se *sacellarium Romanum*. *putavi interdum*, inquit Baronius (tom. 8 anno Christi 595 num. 17) *in textu Gregorii pro sacellarium legi debere sacellarium*, quasi a *sacellis sumptum nomen*, quod satis ipse Gregorius docet, dum ostendit *sacellarium fuisse thesaurarium pecuniae publicae*, cuius rei gratia oportuit ipsi creditos esse pecuniarum *sacculos*, ob idque *sacellarium dictum esse*. *huic meae sententiae suffragatur idem Gregorius in epistola ad Honoratum diaconum*, ubi agens de solutione consuetae pecuniae pro dignitate consulari adipiscenda ait "magis ex se agat dilectio tua, quatenus oblatis in *sacella consuetudinibus honores mereatur accipere.*" ubi per *sacella certum est intelligi principis pecuniariam capsam*, et proinde per *sacellarium thesaurarium*.

P 159 in quam sententiam et Isidorus "fiscus" inquit "est saccus publicus." sed nil opus ulla mutatione; nam et *sacellarius* est *sacellarius a sacello*, simplici c, vel a *sacella*, quam nobis paulo ante Corippus descripsit, quia Latini Graecos imitati aliquando alterum c expungunt. idem ergo est *sacellarius* et *sacellarius*. quapropter probare non possum eiusdem magni viri discrimen, quod statuit hunc in modum: apud Latinos, si *sacellarius* scribitur a *sacellis*, thesaurarius ecclesiae intelligitur; si vero per simplex c, *sacellarius* a *sacello*, qui scilicet *sacello* (cappellae) praest, significatur. secus se res habet, ut ex dictis planum relinquatur. vide etiam Cuiacium Observat. 10 27, ubi de *sacculario* a *sacculo* et *sacculario* a *sacello* multa scribit, etsi alio significatu horum nominum.

C A P U T IV.

p. 4 v. 3. *Chartophylacem* male vocant Leunclavius et alii *chartularium*: nam *chartularius* alterius officii et inferioris nomen est, contineturque in nona pentade officiorum ecclesiasticorum: at *chartophylax* principem locum tenet, quippe quartus inter exocatacoelos. Junius Latine *praefectum chartis* nominat, nescio quam idonee. ego libenter vocem retineo Graecam. unde componatur et derivetur, liquet absque meo admonitu. plus tamen significat quam ipsa vocabula fronte prima prae se ferant. quocirca Balsamon in sua disceptatione de *chartophylace* refutat illos qui volunt *chartophylacem παρωνυμίζεσθαι ἐκ τοῦ φυλάττειν μεμβράνας καὶ πωδία*, quamvis si nomen praecise considerare velimus, haec notatio a veritate non recedat: sed in impositione nominum monent sapientes non tam videndum esse a quo quam ad quid nomen imponatur. ea de causa licet a custodia *chartae* nomen traxerit, longe tamen plura ad eius curam et administrationem pertinebant: ipse enim sua in potestate habebat ἐκκλησιαστικὰ χαρτῶν δικαιώματα, literas in quibus iura et privi-

legia ecclesiae continebantur; uno verbo archivum dicere possis. κριτής τῶν ὄλων ὑποθέσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις, iudex omnium ecclesiasticarum causarum et matrimonialium controversiarum. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν πληριων ὑποθέσεων ἔκδικος, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ, quin et in caeteris clericorum causis cognitor et iudex est et tanquam dextra patriarchae manus; quo nomine afficitur etiam a Balsamone, qui chartophylacem os et labra patriarchae vocat, aitque esse patriarchae id quod Moysi fuit Aaron et Baruch Hieremiae; cuius chirotoniam et ordinationem copiose describit. fieri namque consuerat cum impositione manuum et appensione βουλωτηρίου de pectore instar rationalis Aaronici dependentis, claviumque traditione, quorum omnium mysteria fusius enarrat Balsamon, ipse etiam hoc munere aliquando functus, ut testatur in disceptatione quadam matrimoniali l. 7 Iuris GR tom. 1 fol. 458. qui et his verbis officium eius exaggerat: τὰς πατριαρχικὰς διαγνώσεις παλλιγραφεῖ καὶ ὑπογραφαῖς οἰκεῖαις καὶ σφραγίσι πατερπεδοῖ, καὶ μεγάλου δικαστηρίου προκαθηται, καὶ δικαιοδοτεῖ πατὰ μὲν παντὸς ἀνθρώπου, καὶ οὖς ἂν εἴη τύχης καὶ φύσεως, περὶ ἐκκλησιαστικῶν ἡγημάτων καὶ σφαλμάτων ψυχικῶν διορθώσεως, πατὰ δὲ ιερωμένων καὶ μοναχῶν περὶ πάσης ἐγκληματικῆς καὶ χρηματικῆς αίτιασεως.

Etiam ante episcopos sedebat, quae praerogativa cum multorum telis olim appeteretur, defensa est proprio edicto ab Alexio Comneno, quod Leunclavius edidit totumque recitat P 160 Balsamon in sua *Melete seu disceptatione pro chartophylace contra protecdicium*, qui et ipse chartophylaci litem de loco et statione moverat, sed Balsamonem patronum et advocationem non indisertum et in hoc munere satis exercitatum reperit; quem solum ait ex toto τῶν προκαθημένων numero honestatum esse geminis ecclesiasticis ordinibus, nimirum *episcopatus et secreticis*, quia non modo causas temporales cognoscebat tanquam iudex, sed et spirituales animaque salutem concernentes diiudicabat, eamque fere his in rebus potestatem habebat qua nunc praediti sunt episcoporum nostrorum vicarii.

Olim quoque aurea tiara insignitus foras prodibat, licet hunc morem iam sua aetate desisiisse Balsamon scribat. in festo tamen sanctorum notariorum maxime magnificus erat chartophylax; cuius gloriam ita describit Balsamon ad Photii Nomocanonen tit. 8 c. 1: ὁ πατὰ παιρὸν χαροφυσίλαξ ἀπὸ τοῦ παρόντος ἰδίκτου δικαιοῦται παβαλλικεύειν πατὰ τὴν λιτὴν τῶν ἀγίων νοταρίων τὸ πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὅδονίου λευκοῦ. ἔδει δὲ τὴν πεφαλὴν αὐτοῦ ὡς παλδηναρίου πατριαρχικοῦ σκέπεσθαι μετὰ τῆς γουσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν τῷ χαροφυλακίῳ ἀπόκειται. Graeci Cardinalem vocant παρδιάριον, παρδιάλιον, παλδιάριον, mutato *ρ* in *λ*.

Suos habebat in hoc munere administros, et inter caeteros

duodecim notarios. locus in quo ius dicebat, et quae suae functionis erant tam asservabat quam peragebat, $\chi\alpha\sigma\tau\omega\varphi\upsilon\lambda\alpha\pi\iota\sigma\nu$ dicebatur; quod nomen repertus est tom. I Iuris Graeco-Rom. fol. 256. et de notariis chartophylaci subservientibus mentio quoque fit fol. 249. scribitur et $\chi\alpha\sigma\tau\omega\varphi\upsilon\lambda\alpha\pi\iota\sigma\nu$ a Suida, de quo hanc praescribit regulam, nescio quam veram: τὰ παρὰ τὸ φυλάσσω πάντα διὰ τοῦ ἴωτα γράφεται καὶ προπαροξύνεται, οἶον $\chi\alpha\sigma\tau\omega\varphi\upsilon\lambda\alpha\pi\iota\sigma\nu$, Θησαυροφυλάκιον, σκευοφυλάκιον καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, πλὴν τοῦ σιτοφυλακείου.

Porro cum Balsamon et alii chartophylacem omnibus omnino praeponere videantur, sive negotiorum sive privilegiorum magnitudinem et multitudinem spectes, merito mirari possis cur Codinus tantae dignitatis virum quarto loco in prima pentade collocet. an ordinem dignitatis non servavit? an et caeteri *exocatacoeli* episcopis anteponebantur, tametsi diaconorum quasi munere fungentur, sicut et iam in ecclesia Romana diaconi cardinales antecedunt omnes episcopos? et certe isti *exocatacoeli* videntur in Cpolitana ecclesia quasi *cardinales* fuisse.

Coronidis loco addamus definitionem chartophylacis quam Turcograecia afferit fol. 203 ex Pachymere Augustano: $\chi\alpha\sigma\tau\omega\varphi\upsilon\lambda\alpha\pi\iota\sigma\nu$ ὁ πᾶσαν ὑπόθεσιν διάγων. quae tamen definitio restrin-
genda, ne caeteris *exocatacoeli* nihil prorsus quod agant remaneat.

Apud Ioannem Citrium proponitur haec quaestio: an liceat *antistiti*, praesente *chartophylace*, alteri *civis* committere potestatem signandi vel sigillandi (τοῦ σημειοῦσθαι), idque vel semper vel tantum semel aut aliquoties. respondet Citrius non licere: nam τὸ σημειοῦσθαι τὰ παρεμπίπτοντα, signare quae in dies incident, inviolabiliter chartophylacis officio annexum esse, nisi forte huiusmodi quid faciendum sit longe dissito in loco; tum enim praesulum mittere posse quem velit. absentis autem vel aegrotantis vicem obire commentariensem.

P 161 De chartophylace ita scribit Anastasius bibliothecarius in notis ad Actionem secundam synodi octavae abs se in Latinam linguam conversae. *chartophylax* interpretatur *chartarum custos*. fungitur autem officio *chartophylax* apud ecclesiam Cpolitanam quo bibliothecarius apud Romanos, indutus videlicet insulis ecclesiasticorum ministrorum et agens ecclesiastica cuncta prorsus obsequia, exceptis illis solis quae ad sacerdotale specialiter ac proprie pertinere probantur officium. sine illo praeterea nullus praesulum aut clericorum a foris veniens in conspectum patriarchae intromittitur; nullus ecclesiastico conventui praesentalur; nullius epistola patriarchae missa recipitur, nisi forte a caeteris patriarchis mittatur; nullus ad praesulatum vel alterius ordinis clericorum sive ad praeposituram monasteriorum provehitur, nisi iste hunc approbet et commendet atque de illo ipsi patriarchae suggerat et ipse praesentet.

p. 4 v. 4. ὁ μέγας χαροφύλαξ] Regia: ὁ δὲ μέγας χαροφύλαξ οὐκ ἔστιν, ὡς τινὲς φασί, φύλαξ τοῦ σεκρέτου καὶ θυρωρὸς (τοῦτο γάρ τῶν δοτιαριῶν ἔστιν ἀρχαῖον ἐπαγγελμα) ἀλλ᾽ ἔστιν ἐπισκοπικῶν δικαιῶν φροντιστῆς καὶ οἰονεὶ δικαίῳ τῶν ἀνηκόντων τῷ πατριάρχῃ. alia eius munia in Allatianis occurunt. ὁ μέγας χαροφύλαξ, ὃταν λειτουργεῖ ἀρχιερεύς, ἴσταται (ἀλλάσσει καὶ ἴσταται M) πλησίον τῶν ἀγίων μνησηρίων (θυρῶν M). λέγει δὲ αὐτὸς ἀρχιδιάκονος “προσέλθετε τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ.” ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κοίτεις τὰς εἰσερχουμενας ἐν τῇ ἀγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας. ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μηνιστειῶν, ἱερολογῶν αὐτὰς καὶ ἀποστέλλων τῷ λερεῖ τοῦ ναοῦ τοῦ δεῖνος, εὐλογεῖν αὐτάς. (ἔστιν οὖν καὶ εἰς μηνιστείας ἀρχαβῶνος γενομένον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγράφει ὄνομα τοῦ λερέως τοῦ μέλλοντος εὐλογῆσαι τὸν γάμον. M) ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων προσφέρειν τὸν χειροτονούμενον ἀρχιερέα. ἔχων δὲ αὐτὸς χαρούλην ἀναγράψει τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀποφάσεις καὶ αὐτὰς τῷ ἀρχιερεῖ ἀναφέρει. adde (cum M): ἐν τῇ ἀγίᾳ μεταλήψει αὐτὸς λέγει “ἱερεῖς προσέλθετε.” ἔστι δὲ καὶ ἐκ προσώπου ἀρχιερέως εἰς πάσαν κοίτην διδόναι τὰς ἀποφάσεις. hinc eius tribunal, de quo Iuris GR p. 258, episcopatus nomine decoratum a Balsamone in 9 can. Trull. ἐπειδὴ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μὲν σέκρετα ἔχει ὑφ' ἑαυτό, καὶ ἰδιῶς δὲ ὠρίσθησαν τῷ σεκρέτῳ τοῦ χαροφύλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια, καὶ δὲ πατὴρ καρδὸν χαροφύλαξ ἐνεργεῖ δικαίῳ πατος καρδιῶν ἀγιωτάτον πατριάρχον πάντα τὰ τοντφ ἀνήκοντα ὡς ἐπισκόπῳ (ἀφορίζει γάρ, διορθοῦνται φυγικὰ σφάλματα, διακόνους καὶ ἱερεῖς ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι, τὰ τῶν ἱερολογῶν πινάκια ἐκτίθεται, καὶ ἀλλα τοιαῦτα τινα), καλῶς ἐπισκοπεῖον κληθῆσται τὸ χαροφύλακεῖον. hinc eius administri ἐπισκοπειαγόν dicti Iuris GR fol. 171 et 172. de aliis eius munii et privilegiis videndum Balsamon Meditato de eo composito Iuris eiusdem GR 7. acta et subsignationes eius fol. 235 et 270. quos sibi titulos vindicat, ipse chartophylax perorans in actis 6 Synodi, P. Francisci Combesis diligentia propediem complendis, eloquitur: ὁ ἀμαρτωλὸς ἔγὼ καὶ πάντων ἑλάστος Αγάθων, ἀνάξιος διάκονος καὶ χαροφύλαξ τῆς ἐνταῦθα ἀγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τοῦ εὐαγγῆς πατριαρχικοῦ σεκρέτου πρωτονοτάριος καὶ καγκελλάριος δεύτερος. unde vero μεγάλον appellatio eidem accesserit, refert Cantacuzenus 2 1: τὸν χαροφύλακα ἐπεὶ μη ἴστοντο (Ἀνδρόνικος) ἀπὸ τῆς τοῦ χαροφύλακος ἀξίας εἰς ἐτέραν μετίσονα μετενεγδῆναι, αὐτὴν ἑαυτῆς ἐποίησεν ἐντιμοτέραν, μέγαν χαροφύλακα προσαγορεύεις· καὶ ἀπὸ ἐκείνον ὡς δεῦρο τῷ χαροφύλακι σώζεται τὸ μέγας. legant haec qui Graecorum miseriae lubentius ac facilius insultaturi pristinae eorum dignitati obtrectant, et vanæ imputant ambitioni ut officiis et dignitatibus non parce τὸ μέγας praeponant, et saepe duo officia cacteroquin paria aliter non distinguant quam vocis τοῦ μεγάλον appositione. an iniurie vero factum? an non ordo clarior, ubi unus alium quadam eminentiae praecedit nota? si oeconomus in ecclesia Blachernensi, si alius in Χρυσοπηγῆς, cur ecclesiae magnae oeconomus, ut iis dignior vel ab eis dignoscendus, μεγάλον nomen recuset? videntur, inquies, inanum titulorum crepitacula. verum si apud te imperatorum decreta ecclesiasticas dignitates titulis istis augentia, si nihil ipsius ecclesiae splendor, si ratio iam prolata nil obtineant, vide ne Latinam ecclesiam paribus probris obiicias, ac non absimili ratione tibi sit ei facilis ad obloquendum ore conviciandum.

C A P U T . V.

Sceuophylax est is quem multis in locis custodem appellant; cui in supellectilem sacram arbitrium et auctoritas. τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν ἔχει ὁ μέγας σκευοφύλαξ, inquit Balsamon. nec aliter Codinus: sceuophylax κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. quidam vertunt *sacristam*, non incommode, nisi forsitan refragetur iudicium illius, qui res veteres novis vocibus significanter exprimi patienter ferre non potest. hinc σκευοφυλάκιον, ubi sacrum instrumentum asservatur. neque enim agnoscit Suidas σκευοφυλακεῖον convenienter regulae sueae, de qua antegresso capite p. 125 in.

p. 4 v. 3. ο μέγας σκευοφύλαξ] Allatiana (et M): ὁ μέγας σκευοφύλαξ στήνεται δταν λειτονργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς ἐμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου, καὶ εἰ τι δ' ἂν χρειασθοῦν ἐν τοῦ σκευοφυλακίῳ, αὐτὸς ἀποδίδει, ἥτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερόν, ἡρόν, καὶ ἄλλαγάς, ὑποκρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας, ἔχων δὲ καὶ τὰς χρησομένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσπεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κοίτεις, φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοὺς ιληρικοὺς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοὺς ταῦτα. his adiunge: διს τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ ἔστιν εἰς τὰς κοίτεις. brevius Regia: τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν πρόνοιαν ἔχει.

Protecdicus vertitur a Bonifidio primarius actor. rectius primus defensor. eius officium erat, teste Codino, τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους, curam gerere captivorum.

p. 4 v. 10. τοὺς αἰχμαλώτους] quos nimirum ipsi Christiani sibi volunt servos facere. Blastares c. 33 τοῦ Ε στοιχείου: οἱ τῆς βοήθειας δεδουλεῖοι, οὗτοι ἀρά εἰναι οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ προσπερεγότες, ἐπηρείας δυνατῶν ἐντρεπόμενοι η πρὸ τι πειστίσαντες η εἰς δουλείαν ἐλούμενοι καὶ ἔντοντες ἐπικουρίαν, δι' οὓς καὶ οἱ ἔνδικοι γίνονται. de his Alexii Novella 11 Iuris GR l. 2. Regia vero aliquoties citata: ὁ πρωτένδικος ἔχει τὴν οἰκουμενικῶν τῶν ἔνδικων, καὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἔντοντων τὴν ἐκκλησιαστικὴν βοήθειαν χάριν ἐλευθερίας καὶ τῶν λοιπῶν προσφύγων, εἴτε ἀντιποιησθαι καὶ ἔνδικειν ἀπὸ τῶν ἐπηρεαζόντων αὐτούς.

Vocatur ab eodem κριτης τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων, iudex controversiarum quae in accusatione versantur.

p. 4 v. 9. ὁ πρωτένδικος] Allatiana ὁ πρωτένδικος κριτης (ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως M) μετὰ δώδεκα (τῶν δύο M, qui infra: οἱ δύο ἔνδικοι κρίνονται μετὰ τοῦ πρωτενδίκου μηδὲς ὑποθέσεις) ἔνδικων μηδὲς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ (ἔρεννα). ἀναφέρει δὲ ταῦτα τῷ ἀρχιερεῖ. eius tribunal ad S. Sophiae vestibulum: εἰς τὸ προσκήνιον τοῦ νεώ, ὁ πρωτενδίκειον αιτήσουσται. Nicetas.

Quocirca non probo descriptionem quam Turcograecia adducit fol. 218: ὁ πρωτένδικος ὁ τοὺς πρόσφυγας ἀναδέχόμενος, qui confugientes ad ecclesiam recipit, ut interpretatur

auctor Turcograeciae, sed male. nam confugientium ad ecclesiam cura pertinebat πρὸς τὸν τὸν σακελλίον, ut supra dictum c. 3. itaque, si definitio haec probanda sit, aliter explicari debet, ut per πρόσφυγας intelligamus illos qui ex captivitate ad Christianos spe libertatis confugiunt, non autem illos qui confugiunt ad ecclesiam tanquam ad asylum impunitatis gratia. dicitur πρωτένδιος respectu aliorum ἐκδίκων seu defensorum: plures enim erant; ad quorum munus pertinebat quoque pauperum et infirmorum cura, ne opprimerentur a potentioribus, ut docet Balsamon in sua de chartophylace et protecdico disceptatione. et olim quidem laici hoc officio fungebantur, postea tamen clericis commissum est. protecdicuum rettulit inter exocatacoelos Xiphilinus patriarcha, ut c. 2 diximus: antea enim minoris subsellii magistratus erat. ἐκδικητῶν apud Balsamonem locus est ubi οἱ ἐκδίκοι, quae muneris sui sunt, asservant consultant et peragunt. ἐκδικησις est ipsa defensio seu τῶν ἐκδίκων actio.

Observandum est etiam in Romana ecclesia fuisse antiquitus **defensores**, unumque ex illorum numero praecipuum, qui *primus defensor* audiret. quorum officium breviter describitur (verba Onuphrii referto) a Pelagio in *Rescripto ad Antoninam Patriam*, quae postulabat monachum fieri *defensorem*, in quo ostendit officium monachi et *defensoris* convenire non posse "illis enim, inquit *quies oratio, labor manuum* (competit): at *iis causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, et quaecunque vel ecclesiastica instituta vel supplicantium necessitas poscit". ex decreto Urbani patet procuratoris nomine intelligi quemlibet ecclesiasticalium rerum administratorem, ut verbi gratia praepositum, oeconomum, vicedominum, defensoris nomine advocatione sive castaldum et iudicem etc. quorum quidam defensores sine adiectione, quidam defensores regionarii dicti sunt, quod scilicet in singulis regionibus distributi essent. quorum primus vel princeps primicerius defensorum dicebatur, magna in ecclesia Romana existimationis. haec Onuphrius in explicat. vocum Ecclesiastic. docet Baronius *regionarios defensores* institutos fuisse a S. Gregorio anno domini 598, ut sicut erant septem *regionarii notarii* et totidem *regionarii diaconi*, ita etiam essent septem *defensores regionarii*, caeteris dignitate praestantes; de quibus qui plura cupit, is Baronium consulat anno Christi 598.*

p. 4 v. 11. συνόδῳ] non omnium vel ex cunctis provinciis episcoporum quorundam simul coactorum concilio σύνοδος est: conflant eam ex more pontifices in urbem advenae. ab ea tamen primi sex diaconi nequeunt absesse: οὐτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ λερᾷ συνόδῳ. similibus in synodis, quaecunque lib. 3 et 4 Iuris GR legis, sunt definita.

Haec de prima pentade officiorum et officialium ecclesiastorum.

C A P U T VI.

p. 4 v. 13. *ἡ δευτέρα πεντάς*] quid est quod quinarium titulus superior, sicut et hic promisit, at non ita velut hic quinque officiales expuit? respondeo, protecdico quondam quinarii tertii primam sedem obtinente, prout Allatiani catalogi declarant in Euchologio, primum quinarium plures officialibus quinque non continuisse: at vero postmodum superioribus annumerato, ne se deiectos quinarii secundi officiales conquererentur, primo visum est illum aggregandum. ἀλλά γε, dixit in praecedentibus Matthaeus Iatrus, καὶ πρωτένδιος συναριθμεῖται τούτοις, senarium componeret, nisi quinarii nomen vellent esse retentum. rationem profert Ioannes Citrius Resp. 8 Iuris GR l. 5: τὸ δὲ τοῦ πρωτενδίου ὄφρινον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὃν ἔκπαλαι, ὑστερον ἐν τοῖς ὑπερέχονσιν συνετάγῃ παρὰ τοῦ τῆς μεταράσσεις λήξεως πατριάρχου ΚΠ Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. promotionis origo fuit lucrum ex huiusmodi ortum officio, quod nullus nisi invitus deserebat, ut volente patriarcha superiorum locum teneret; vel ambitus honor suggestit evectionem, ne qui officio ditecebat, semper in humili sede iaceret. vide Balsamonem in can. 34 Carthagin.

In secunda continentur 1 protonotarius, 2 logotheta, 3 ὁ καντρίσιος, 4 referendarius, 5 ὁ ὑπομνηματογράφων.

ibid. ὁ πρωτονοτάριος] explicant eius officium Allatiana: ὁ πρωτονοτάριος ἴσταμενος ἐν τῷ ἀγῶνι βῆματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑψώσεως δίδοται νίψιμον τῷ ἀρχιερεῖ, προτάν καὶ τὸ δικήιον. γράφει δὲ ὁ τι ἂν βούλεται ὁ ἀρχιερεὺς μηνύματα εἰς πάντα ἀρχοντα. ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὸν νομικούς διὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ, σκεψάμενος δὲ καὶ συμφωνήσεις πρόσσεις διαθήκας καὶ ἐλευθεροῖς. καὶ ἀναφέρει τάς εἰσερχομένας ὑποθέσεις τῷ ἀρχιερεῖ. (M: ὁ πρωτονοτάριος εἰστήκει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ προτάν τὸ καλαμάριον ἀντοῦ παρίσταται ἐπροσθέτει τοῦ ἀρχιερέως καὶ γράφει ὁ τοιοῦτος εἴ τις χρεία ἔστιν. ἀναθεωρεῖ καὶ τὸν νομικούς, γράφει καὶ διατάξεις καὶ ἐλευθερίας καὶ προστάγματα καὶ τὰ τούτων ὅμοια.)

Post exocatacoelos primus est protonotarius, inquit Ioannes Citrius. ex quo liquet, quare vocetur Θύρα τῶν ἔξωκατακοίλων, nimirum quia proximus a primis est et quasi ianua seu primus ingressus ad exocatacoelos.

ibid. Θύρα τῶν ἔξωκατακοίλων] eo quod officium adeptus inter omnium supremos et ἔξω τῶν κατακοίλων incipiat numerari. protecdico vero nondum evecto superiorius erat adhuc protonotarius Θύρα τῶν ἔξωκατακοίλων ianua ad numerum sex illorum patriarcha inferiorum attingendum. at de exocatacoelis uberioris alibi loquemur. est et catalogus in Euchologio protecdicuum exocatacoelorum, protonotario rejecto, recensens ultimum: verum orta inter eos lite, pacem, quam citius, pro libito patriarcha conciliabit.

Hinc evanescunt commenta Iunii, qui de ianua seu thyra multa nugatur ex usu non Orientalium sed suo. ait Θύραν seu ianuam dici, quisquis aditum ad superiorum praebet; quem Latine, inquit, cum Festo admissivum aut cum recentioribus admissionalem commode nuncupaveris. quo fit ut ex protonotario faciat ostiarium seu ianitorum exocatacoelorum. quis autem unquam au-

divit protonotarium esse θυρωρόν seu ostiarium? Θύρα igitur, hoc est *ianua*, nominatur non quod sit ianitor seu *admissionalis*, sed quia est proximus ab exocatacoelis. nec est quod Iunius a *Ianizaris* subsidium petat: alii enim nomen hoc non a *ianua* sed ab alio longe diverso vocabulo deducunt, ut in Pandecte Turc. videre licet.

Illud insuper festivum est, cum ait protonotarii fuisse ut quae foris a catacoelis vel per catacoelos ad patriarcham afferebantur, ea acciperet. quo auctore hoc affiras? nam dicenti duntaxat si crederemus, omnia crederemus, etiam aperte falsa. protonotarii fuit curare *pittacia*, ut inquit Codinus. *pittacia*, ait Cuiacius ad tit. 87 lib. 12 cod. Iustinianei, sunt rationes et commentarii annonarum militarium. eodem nomine significantur etiam *epistolae*, *album*, *notaria*. ita in iure civili: hic *militares annonae* locum non habent. est ergo πιττάκιον proprio quod nos vocamus, ecclesiastica consuetudine et appellatione, *breve* (hinc *breve* apostolicum, et Germanicum *brief* pro epistola, et in Annalibus Latino-Barbaris *brevigerulus* ein *briefträger*, seu *breviculum* seu *breviarium*, unde Germani suum *brevier* formarunt, pro libro sacerdotali ex quo horae canonicae persolvuntur. occurrit haec vox *breve* aliquoties in legibus Francicis et in Synodo Meldensi can. 4. Glossarium: πιττάκιον *pittacium*, *brevis*. Anna in Alexiade sua: καὶ τὰ βιβλία εἰς μέσον τηνικαῦτα προντίθετο· βρεβία ταῦτα η συνήθεια οὖδε κατέιν, ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἐκάστῳ τεμένει ὅντα κειμήλια. haec notavit Pithoeus ad leges Francicas. huiusmodi ergo *brevibus* conficiendis praeerat protonotarius, et posset forte ὁ εἰς τὰ πιττάκια unico et etiamnum ecclesiasticis fuunctionibus usitato vocabulo dici *abbreviator* vel potius *breviator*; qua voce utitur etiam Iustinianus Novell. 105. est etiam *breve*, et per consequens *pittacium*, *inventarium*; quod ab Optato l. 1 vocatur *commemoratorium*. item p 163 *brevis*: *brevis*, id est index, *auri* et *argenti* Caeciliano traditur, *adhibitis testibus*. et absolute indicem et summariam rei comprehensionem significat. inde in legibus Francicis et apud Nithardum Histor. l. 4 verbum *in breviare*, hoc est aliquid in *breve* seu *inventarium* referre. de *pittacio* vide etiam Heribertum Rosweidum nostrum in Onomastico ad Vitas patrum. Zonaras in concilio Carthaginensis Canones: βρέβιον η ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραψή. βρεβίω γὰρ κατὰ λατίνους τὸ τέμνω, καὶ βρεβίτας η σύντομία.

p. 4 v. 14. De origine vocis πιττάκιον haec Moschopulus: πεττύκια Δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων, ἀφ' οὗ ήμεῖς πιττάκια λέγομεν.

Moschopulus πεττύκια Dorice pronuntiat, et *membranas* sive *pelliceam chartam* sive *pergamenum* significat. in eodem sensu audies vulgus Graecorum λευπρηνόν dicere. nonnunquam tamen *diploma tabulas breve codicillos* resert; tumque materiam ne contempleris, sed in scriptis lectisque tibi sistendum.

Etiam Latinae ecclesiae protonotarius usitatus fuit, qui et primicerius notariorum; de quo vide Onuphrium in explicat. vocum obscurarum Ecclesiast.

Sequitur *logotheta*, quem Nicetas l. 7 rerum a Manuele gestarum Latinis ait esse *cancellarium*, qui a *cancellis* nomen habet, ut ipsum nomen satis indicat. erat *moris*, inquit Casaubonus in Flavium Vopiscum, ut *principum et magistratum secreta* (ita vocarunt loca ubi de negotiis pro ratione munieris quisque sui tractaturi conveniebant) in aditu primo vela et deinde cancellos haberent: Graeci hos vocant πιγκλίδας, δρυφάκτους, ut et Cassiodorus fenestratas ianuas. qui vela servabant, velarii dicti, qui cancellos, cancellarii. vox non admodum antiqua, nec multo ante Vopisci tempora copta usurpari. cancellariorum praecipuum munus erat ut ad cancellos haererent, admissiones curarent, et ne quid tumultus, ut fieri amat in turba, audiretur prospicerent. simillimum munus hodie in curia eorum qui ostiarii dicuntur; quare ut re, sic et nomine convenient, quod acceperunt hi ab ostio, illi a cancellis qui pro ostio erant. haec origo nominis, quod successu temporis amplissimae dignitatis tam in ecclesia quam in regum et principum aulis indicium esse coepit, vide Onuphrium lib. iam saepius citato, et Cuiacum in Paratitlis ad lib. 1 cod. Iustiniane tit. 51.

Redeamus ad logothetam; qui a ponendis seu discutiendis rationibus hoc nomen traxit. hinc *discussor rationum* a quibusdam appellatur; et forte non male *rationalem* vocaveris, etsi *rationalis* generali notione quivis procurator dicitur, ut docet ad Lampridium et Capitolinum Casaubonus. sed nil vetat generalem notionem restringere, praesertim cum Codinus dicat logothetam esse εἰς τὸ λογογραφεῖν, ad consciendas et scribendas et discutendas rationes. talis profecto nec male nec absurde *rationalis* appellabitur. hinc etiam non inepte appellabitur λογογράφος: si enim eius est λογογραφεῖν, cur non παρὰ τὸ λογογραφεῖν appellaretur λογογράφος? non ignarus sum quid in codice Iustiniane lib. 10 l. 1 de logographis decernatur, et quid ad illam quoque legem tradat Cuiacius: sed nos ecclesiasticarum duntaxat appellationum vim et originem hoc loco indagamus et pro viribus explicamus.

p. 4 v. 14. ὁ λογοθέτης] haec de illo Allatiana: ὁ λογοθέτης ὑποκρατῶν τὴν βοῦλλαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ εἴ τι ἄν γράφει ὁ ἀρχιερέως, σφραγίζεται παρ' αὐτοῦ. δομοίως καὶ εἰς πᾶσαι εἰσόδον τῆς ἐπισκοπῆς. ξετι δὲ καὶ εἰς τὰς ιούσεις. praeterea ιοστῶν καὶ τὸν δίσκον μετὰ τοῦ ἀγίου ἀντιδώρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διδομένου τοῦ ιατρικαστοῦ παρὰ τοῦ αρχιερέως. quale patriarchae sigillum et qualis fuerit eius subscriptio, haec loca ἐν τῶν σημειώσεων καὶ σιγιλλίων, ex publicis instrumentis et brevibus sigillatis, demonstrant Iuris GR p. 236: εἰς εἰδησιν εἶχε τὸ μηνὶ Ἰουνίῳ, ἐπινεμήσεως πέμπτης, διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας ζεισός. ἀπηώσητο δὲ καὶ κάτωθεν μολιβδίνη βοῦλλα, ἔχοντα ἐν μὲν τῷ ἐνὶ μέρει τὴν ὑπεροχίαν θεοτόκον παλαιώτατην φέρονταν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ γράμματα ταῦτα “Γερμανὸς ἐλέφ θεοῦ ἀρχιεπ-

εὐοπός ΚΠ νέας Ρώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης." mensem itaque et inductionem propria manu scribebat ille, nomen bullæ sive sigillum indicabat, hacc vero modo plumbea modo cerea coloris viridis fuit. vidisti plumbeam: adverte modo ceream. p. 240: εἶχε τὸ μηνὶ Ἰουλίῳ ἐπινευηστὸς η', καὶ τὴν ηροῖνην προσένην σφραγίδα. p. 242: εἶχε τὸ μηνὶ Ιουλίῳ ἐπινευηστὸς η', διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θεος χειρός, καὶ τὴν συνήθη μολιβδίνην βούλλαν. p. 256: ἐν ὑπουριάμασιν ἐκτιθέντα τῇ σπηλίᾳ διὰ μολιβδὸν σφραγίδι ἔβεβαιώθη, καὶ ἐπεδόθη μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἐπινευηστούς τα', ἐπον. 5 φ. 15'. annum porro non apponebat patriarcha; hic cœu exemplo tantum adiungitur. et p. 259: τῇ διὰ μολιβδὸν σφραγίδι ἐπιστώθη καὶ ἐπεδόθη μηνὶ Νοεμβρίῳ ἐπινευηστούς τα' ἐπον. 5 φ. 15'. est insuper alius Cantacuzeni de sua coronatione loquentis insignis locus, 3 36: πατριάρχης δὲ ἐπεὶ τὴν ἀξίαν ἀμείψειν οὐκ ἐνήν, εἰς σειράτερον τι περιέστησε τὸ σχῆμα, καὶ ἐν τε ταῖς ὑπογραφαῖς ἡραντέρη χρώματι ἐχοῦτο. *colore inter caeruleum et viridem medio usus est,* Caesarum videlicet more. gradus enim hic est inter colores ut primus sit purpureus, tum ruber sive flammeus, tertius violaceus, quartus caeruleus, deinde subviridis sive caesius; sequitur viridis purus, qui prasinus, quem excipit citrinus etc. de quibus c. 3.

p. 4 v. 15. Addit Codinus eiusdem logothetae suisse τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. Iunius vertit: *logotheta rationibus et quidem rationibus ad populum principemque sacerdotum pertinentibus praescribendis praeest.* male: vertendum enim: *logotheta praeest discutiendis et conscribendis rationibus, tum quas redundunt qui ex plebe quam qui ex ordine ecclesiastico.*

Exstat apud Ioannem Citriū quæstio, ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμασι τίς πρῶτος καὶ τίς δεύτερος etc. responsio est: primus est magnus oeconomus, secundus magnus sacellarius etc. isti enim, et alii quos Citriū commemorat, habebant ἀρχοντικὰ ἀξιώματα, horumque negotia sunt et appellantur ἀρχοντικὰ ὑποθέσεις, non autem illa tantum, quae ad ipsum patriarcham seu episcopum pertinent.

ibid. Optime interpres τοὺς ἀρχοντικούς ad ordinem ecclesiasticum pertinere aestimat: quo gradu vero non apposuit. sunt igitur ἀρχοντικοί, qui habent ὄργανα ἀρχοντικά ecclesiae CP clerici; quos Ius GR p. 215 et 269 vocat δισποτικοὺς ἀρχοντας, eo quod patriarchæ obsequio mancipati (is enim δισπότης est) procerum ecclesiae supremum attingant gradum. ὑπόθεσις porro non rationem sed negotium indicat. Simo Portius: ὑπόθεσις, ὅλη, ὑποκείμενον.

Caeterum infra c. 5 ita describit Codinus magnum logothetam ut prorsus in cancellarios nostros descriptio illa competit. ait enim magni logothetae esse curare imperatoris mandata et literas ad reges sultanos et toparchas.

ib. v. 16. Post logothetam adest canstrisius; quem Bonesdius in Iure suo Orientali vocat *castrensem*, male: nil enim loci *castrensi* in ecclesia et ecclesiasticis officiis. dicitur ergo canstrisius quasi canstrius a canistro. ius ci erat εἰς τὸ κάνστρον, inquit Codinus, in canistrum, καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσον τὸν ἀρχιερέα. eius etiam munus erat patriarcham seu episcopum, quando vestes in re divina peragenda

mutandae erant, adiuware et induere una cum hieromnemone: sic enim Ioannes Citrius: *hieromnemonis officium διακόνῳ ἐξ ἀνάγκης προσήνει, ἐπειδὴ συνυπουργὸς οὗτός ἔστι τῷ κανστρισίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἵεροπρωτεῖν.* itaque *canstrion* nihil aliud videtur hic esse quam vestiarium seu locus vestium sacrarum, et ipse *canstrisius* nihil aliud quam is qui inter palatinas dignitates appellatur *vestiarius*. fuit et in Romana ecclesia peculiaris *vestiarii* dignitas et officium, ut ex Anastasio Bibliothe-
cario docet Onuphrius. In Turcograecia fol. 285 dicitur *κανστρίσιος*, qui in liturgia tenet τὸ κάνστριον τῶν θυμιαμάτων, quod ego turibulum *interpreter*, inquit auctor. at inscite: quis enim unquam audivit κάνστριον esse turibulum? nisi forte etiam canistrum sit turibulum: nam a *canistro* seu diminutivo *canistrio* fit *canstrion* per syn-
copen, idemque est quod κάνεον, contracte κανοῦν, ita ut κανστρί-
σιος integre sit κανιστρίσιος, *praefectus canistrio* seu *canistro*; cuius
praefecturam extendit quoque Iunius ad penariam. at nobis, et ipsi
etiam veritati, nisi fallor, satius videtur *canstrisii* officium vestiario
circumscribere, et *canstrii* nomine nihil aliud accipere quam locum
ubi vestes pontificales asservabantur, uno verbo *vestiarium*.

p. 4 v. 16. *κανστρήνσιος* quoque, nec non *καστρίσιος* et *καστρήν-
σιος* scriptum repertus, ac pro variis Graecis characteribus Latinis quoque
varie redditum. sensus requiratur, ubi vix iuvat character. *κανστρήσιον*
ἀπὸ τοῦ κανστρῶν dictum video; *κάνστριον* vero panis benedicti *lancem*,
vel potius turis *arculam*, vel denique *canistrum* recipiendis patriarchae vesti-
bus idoneum *interpreter*: *κανοῦν* enim idem quod *πινάκιον* vasculum apud
Nicetam, pro variis lectionibus. Allatiana (et M) de *canstrensiō*: ὁ καν-
στρήνσιος ἀλλάσσων τῷ ἀρχιερεῖ τὴν αὐτοῦ στολὴν, κρατῶν δὲ καὶ
τὸν θυμιατὸν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, καὶ τὸν ἄξιον (velum calicis et disci)
ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ, διατίξων καὶ τὸ ὑδωρ εἰς τὸν λαὸν ἐν τῷ
τριαδικῷ ὑμνῷ, κρατῶν δὲ καὶ τὸ αἴβωτιον τῶν ἀρωμάτων, καθεξό-
μενος καὶ εἰς τὰς κοίσεις.

Referendarius a referendo nomen trahens hodie etiam in eccl-
sie usu manet: mittebatur ex officio ad imperatorem καὶ εἰς
μέγαν ἄρχοντα. male Iunius ad sacerdotem *maximum*: nam ὁ μέγας
ἄρχων dignitas erat palatina, ut clarum ex ipso Codino c. 2.

ib. v. 17. Suidas: *ἱερερενδάριος* Ρωμαῖκὸν ἀξιωμά ἔστιν, ἦγον
ἀναφορεύς. Nicetas in Alexio secundo: τὸν πατριάρχου στείλαντος εἰς
τὴν δέσποιναν τὸν ἑαυτοῦ ὑπηρέτην, ὃς ἐκ τοῦ προβάλλειν εἰς τὰ
αρχεῖα καὶ διαπορθμεύειν τοὺς βασιλεῦσι τὰ βουλητέα καὶ τὰς ἀπο-
κοίσεις ἐπεῖδεν αὐθίς μεταφέρειν παλατῖνος ὀνόμασται. Allatiana: ὁ
ἱερερενδάριος ἀποστελλόμενος εἰς (ἄρχοντας καὶ M) μεγάλους ἀνθρώ-
πους μηνύματα παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως φέρει, καθε-
ζόμενος καὶ εἰς τὰς κοίσεις.

ib. v. 18. ὁ ὑπομηματογράφων] Latine a *commentariis* seu
commentariensis, scribendis *commentariis praefectus*, qui Graecis etiam
ὑπομηματογράφος et κομενταρίσιος. nomen officii non tantum
ecclesiastici sed et politici, saltem apud Latinos, de quo multa Ba-
ronius ad Martyrolog. tom. 27 die Martii. Bonesdius vertit *actuarium*.

p. 4 v. 18. Allatiana: ὁ ὑπομνηματογράφος καθεξόμενος εἰς τὴν φήμονος ἐπισκοπῶν, καὶ γράφει, εἴ τι αὐτὸν δρίσωσιν ἀληθὰς (οἱ ἀρχιερεῖς Μ. qui addit: ἔστι δὲ οἰκέτης τῆς δευτερας πεντάδος). Ioannes Citri episcopus in Resp. iuris GR l. 5: νοσοῦντος μέντοι τοῦ χαρτοφύλακος η ἀποδημοῦντος ἀντ' ἑπέντεν τῷ ὑπομνηματογράφῳ ἀνεῖται η ἔκθετος καὶ ἀνάγνωσις τῶν τοῦ χαρτοφύλακοῦ σεκρέτου ὑπομνηματισμῶν. ex quo eius munus chartophylacis officio videtur coniunctum et operas etiam habere connexas.

Porro Ioannes Citrius in suis responsis alio ordine collocat et enumerat has ecclesiasticas dignitates. nam post exocatacoelos primo loco ponit protonotarium, secundo ὑπομνηματογράφον, tertio logothetam, quarto canstrisium, quinto hieromnemona, qui apud Codinum primus est in pentade tertia, sexto referendarium, qui in pentade secunda quartum locum tenet.

C A P U T VII.

p. 5 v. 1. Tertiae pentadis primas tenet ὁ ἱερομνήμων, qui Bonifidio sacerorum memorialis et uno verbo *sacrimemor*, Iunio deterius *sacerorum praeul.* ego Graecum retinendum censeo, quando nulla vox Latina satis apta suppetit.

ibid. Allatiana rursus: ὁ ἱερομνήμων κρατῶν ἐν τῇ παραδόσει (φυλακῇ Μ) αὐτοῦ τὸν κάδικα (τὸ ποντάκιον Μ) τῆς ἐκκλησίας βουλλαθέντα παρὰ τῶν κληρικῶν καὶ τοῦ ἀρχιερέως ἐμβαλάντιον. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίσκοπος, μᾶλλον ἐγκαυνίζει ἐκκλησίαν νέαν. σφραγίζει δὲ καὶ ἀναγνώστας. hunc Graeci volunt esse diaconum, cum subserviat pontifici, cui diaconi ex officio debent ministrare. vide Citrium apte et erudit de hoc disserentem loco superiori nota citato.

De eius officio haec Citrius. *hieromnemonis officium ad diaconum necessario pertinet.* nam hic simul cum canstrisio subservit induendo sacris vestibus sacrificaturo pontifici. si vero hieromnemon sit sacerdos, solo nomine *ἱερομνημονεῖ*: neque enim ei licet ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνον τάξιν τηρεῖν. videatur dicere hieromnemona pontifice sacris operante non posse diaconi officio fungi, si sit sacerdos, et sic solo nomine hieromnemona esse. quod Citrius hausit ex recentiorum Graecorum erroribus, qui reprehendunt Latinos quod in eorum ecclesia sacerdotes saepe fungantur munere diaconi, dum sacrosanctum missae sacrificium offertur. *improbis profecto*, inquit Manuel Caleca contra Graecos 4 21: *ignorant enim, quia is quidem qui quod maius est habet, etiam quod minus est eiusdem generis habet necessario, non autem e converso. homo enim rationalem habens animam sensibilem quoque et vegetabilem sub ea habet: neque tamen, quae vegetabili anima utuntur, sensibili etiam et rationali potiuntur. atque itidem in aliis, sive humana sive divina inspicere quis*

velit. nempe et dominus, secundum hominem primus existens et maximus sacerdos, non ideo, quia ministri habitum et ministerium pedes abluendo monstravit, sacerdotii confudit ordinem. et hic igitur sacerdos, quoniam inferioris sacerdotii gradus in se ipso continet, constat quia omnibus quae sub se sunt legitime utetur. haec paeclare Caleca, apud quem plura leges, si velis.

Addit ad extremum Citrius iniuste facere illos pontifices, qui hieromnemoni testimonia de vita et moribus eorum qui ad sacros ordines adspirant discutienda et examinanda tradunt: hoc enim pertinere ad officium chartophylacis.

Codinus haec tria hieromnemoni tribuit, *βλέπειν τὰς εὐχάς ὄπισθεν τοῦ ἀρχιερέως, videre vota, hoc est suffragia, in electio-nibus, pone sacerdotem summum, vel a tergo summi sacerdotis, hoc est patriarchae; deinde κρατεῖν τὸν ἐνθρονισμόν, habere ius collocandi electum in throno seu, ut vulgo loquimur, inthronizandi; tertio κρατεῖν καὶ τὸ ποντάκιον τῆς χειροτονίας, habere etiam ius auspicandi seu canendi contacium in ordinatione cantari consuetum.* ita quidem Iunius, cui, quod *ποντάκιον canticum* interpretatur et hic fol. 10 et fol. 114, assentiri prorsus non possum. *canticum* enim generale est: quicquid enim cani potest, id utique recte dici potest *canticum*. at *ποντάκιον* est peculiare quoddam genus, ut patet ex Graecorum libris ritualibus, sicut et apud eosdem *εἶδοι, troparia, canones, odae, theotocia, στυχησία, καθίσματα, προσόμοια* etc. peculiaria quaedam sunt ecclesiastici ritus modulamina; quemadmodum etiam apud Latinos *versus, versiculi, antiphonae, graduale, tractus, sequentia* et similia tam in divino missae sacrificio quam extra in pre-cibus ecclesiasticis usitata. quare per generalia vocabula idonee non exprimuntur.

Secundo vehementer dubito num *βλέπειν εὐχάς* sit illud quod vult Iunius: nam *εὐχάς* pro *suffragiis* accipi apud Graecos, etiam recentiores, nescio num exemplo aliquo demonstrari queat. Latine quidem vulgo accipimus *vota pro suffragiis*: sed nescio num Graecis haec notio recepta sit; certe vix credo. et quid tandem illud est, *pone sacerdotem vota seu suffragia inspicere?* nisi istud *ὄπισθεν* usur-petur pro *post*, ut sensus sit, post pontificem inspici suffragia, quae Graecis et ipsi Codino passim *ψῆφοι*, ab hieromnemone. nec per *εὐχάς* intelligi arbitror *τὰς ἔγγραφάς τῶν μαρτύρων*, scriptas testium depositiones de vita et moribus ordinandorum, quarum examen ait Citrius commissum ex imperitia aliquorum hieromnemoni. in eam igitur sententiam inclino. *εὐχάς* significare apud Codinum preces seu precationes, eumque nihil aliud velle quam hieromnemonem tanquam diaconum pontifici in liturgia sacras preces recitandi pone assistere, eo modo quo etiam apud nos diaconi adsistere sacrificantibus et pre-ces quas recitant aspicere et folia itidem vertere solent.

p. 5 v. 1. *Qua de causa τὸν κώδικα τῆς ἐκκλησίας penes se tenet, patri-*

archicum videlicet ceremoniale vel euchologium, orationum promptuarium, ut quae sunt agenda dicendave suggestat.

Enthronismus seu enthroniasmus et ius *contacii* in chirotonia, hoc est ordinatione seu inauguratione, distincta sunt a priore munia.

p. 5 v. 2. Reliquiae sub altari reconditae in ecclesiae consecratione ἐνθρονιζονται, teste Euchologio in eodem officio. ipse episcopus consecratione peracta sedens cum presbyteris ἐν συνθρόνῳ, in throno altare circumambiente, rursus ἐνθρονίζεται vel ἐνθρονιάζεται. idem demum ad praesulatum primum evectus, concessamque sedem recenter occupans, verius ἐνθρονιάζεται: unde Cedrenus in Constantio τὸν μὲν inquit Παῦλον ἔξορίζει, τὸν δὲ Μακεδόνιον ἐνθρονιάζει. lego quam dilucide Iuris GR p. 431 ἐνθρονισμόν pro *sportula*, quae pendebatur ab episcopo pauperibus clericis, quam in solium collocaretur: satius tamen asseram vel literas ecclesiae consecratae, vel similes ipsius episcopi consecrati testes, vel denique ipsum ordinandi episcopi ac in solium collocandi ritum esse ἐνθρονιασμόν. ea de causa observo hieromnemonem adhuc tenere, prout subditur.

Ex his quae de contaciis et εὐχαῖς diximus, quivis eruditus nullo negotio iudicium feret de illis quae commentatur in scholiis P 166 suis Iunius fol. 248, 249: quotiescumque enim *contacium cantionem* seu *cantationem* vertit, toties hallucinatur, nec ullo ex loco Codini verum et solidum errori suo patrocinium invenire potest.

Adscribam hic Anconitani cuiusdam origine Graeci iudicium de contacio, cuius tam frequens in ritualibus Graecorum libris et in Codino mentio, qui super hac re rogatus hunc in modum rescripsit. ποντάκιον non Latinam vocem sed Graecam esse arbitror, licet vernacula. ποντόν enim hodie Graecis est τὸ βραχύ, τὸ σύντομον καὶ συνεσταλμένον, id est breve, compendiarium et contractum. proinde a brevitate canticis eiusmodi nomen inditum puto, non quidem quod omnium brevissima, sed quod inter brevissima sint. huiusmodi vero nomenclatura nulli mira videatur, cum in Graecorum ritualibus huic similes multae reperiantur, imo etiam nonnullae voces quae vel Latinae omnino sunt vel Latinis affines et ab illis quasi deductae; cuiusmodi sunt ὁράτιον, μανούάλιον, φραγέλλιον et similia. quin etiam si tempora et aetatem τοῦ ποιητοῦ τῶν ποντάκιών scrutemur, nomen τοῦ ποντάκιον haud insolens videbitur, cum Romanus diaconus Emesenus, ut habetur in Menaeis Graecorum mense Octobri die prima, primus τῶν ποντάκιών auctor et concinnator Anastasii imperatoris aetate, id est circa annum domini quingentesimum, floruerit, quo tempore pene corruptus et adulteratus erat Graecus sermo, ut hoc idem nomen ostendit et eius aetatis locutio. et haec quidem recte ac docte Graecus iste.

Caeterum ποντάκιον adhuc unam notionem subiectam habet: significat enim etiam librum seu volumen seu codicem. Balsamon ad Marcum patriarcham Alexandrinum Respons. 5: ἔχοντες τῶν συνήθων ἀγίων εὐχῶν ἀπαράλλακτα, ὡς μεταγραφέντα ἐκ ποντάκιών καλλιγραφηθέντων, διὰ γραμμάτων Ἑλληνικῶν. ἀπροσδιοινύ-

σεως trahitur a Glossario ad hanc notionem contacion de quo Codinus c. 7 ψάλλοντες τὸ κοντάκιον: nam hic *contacion* non est codex seu volumen seu liber, sed odarium sacrum, nempe illud cuius initium ἡ παρθένος σήμερον. sic apud Citrium in Responsis ad Cabasilam (ἄρχων τῶν κοντάκiorum) per *contacia* non codicis sed sacras odas accipe. in nostro tamen proposito non iniuria dubitari posset num contacion librum an odarium significet: videtur enim τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας esse liber ritualis, in quo ordo chirotoniae seu sacrae ordinationis insit, quem hieromnemon teneat. nihil definio, sed solum suspicionem meam promo. haec de contacio, quod saepius nobis occurret.

p. 5 v. 2. τὸ κοντάκιον χειροτονίας ordinationum omnium ordinem ac eorum ritualem librum: illum enim κοντάκιον hic manifestat, quamvis alibi librum missalem vulgo indicet, vel etiam brevem modulum inter officia divina decantandum, de quo nos abunde in Euchologicis.

p. 5 v 3. Secundum locum in hac tertia Pentade obtinet ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων, minister a genibus, κρεμῶν τὸ ἐπιγονάτιον τοῦ ἀρχιερέως. appendens genuale patriarchae seu summi sacerdotis. ita Iunius; qui etiam τὸ ἐπιγονάτιον vocat instratum genuum, quia, ut inquit, cum patriarcha circumferebatur, ut perpetuum ipsius ad fundendas preces officium significaretur. mystica explicatio, eaque propter pulchra et festiva. forsitan idem mysterium significatur per pulvinum, qui principum genibus subiici et in eum usum circumferri consuevit

Addit Iunius: *hoc autem ἐπιγονάτιον appendebatur non patriarchae, sed pluteo seu pegmati in quod procumbere solebat oratus, ut magnatibus fieri solet.* mirum, si ita est, appellari ἐπιγονάτιον, non potius ὑπογονάτιον. logi meri. ἐπιγονάτιον, quod in ritualibus Graecorum libris etiam ὑπογονάτιον appellatur, una est ex vestibus quibus episcopi sacrificium peracturi induuntur, dependens a lumbis super genua; unde etiam *supergenuale* nominatur. qui igitur pontificem hoc ἐπιγονατιώ ex officio amiciebat, is erat ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων.

Adscribam verba Balsamonis, quibus imperitia Iunii proscribatur. exstant responsa quaedam Balsamonis tom. 1 Iuris GR ad non-nullas quaestiones, inter quas et haec fol. 381, an licite sacerdotes, qui hegumeni seu antistites sunt, item protopapas et episcopus, epimanicii et epigonatiis condecorentur. respondet: τῶν ἐπιμανικῶν οὐκ ἐπιγονάτη ἐνδυεῖται μόνοις ἀρχιερεῦσι πεφιλοτίμηται, sacratissimus epimaniciorum et epigonatorum amictus solis episcopis concessus est tanquam figuram domini et servatoris nostri dei Iesu Christi gerentibus, et hinc etiam peccata remittentibus, et alia ad imitationem Christi facientibus quae sacerdotibus non sunt concessa. quare neque epimaniciorum neque epigonatorum amictu insigniuntur. nam epimanicia typus sunt vinculorum, quibus Christi manus colligatae fuerunt quando ad passionem tendebat. epigonatum autem (*supergenuale vocat interpres*) figura est linteī, quod induit dominus cum

discipulorum pedes lavit. quemadmodum igitur episcopis non conceduntur ea indumenta quae patriarchis concessa sunt, ut saccus et polystaurion, vestis crucibus undequaque conspicua, ita nec ea privilegia quae episcopis concessa sunt ad sacerdotes transferri possunt. haec Bal-samon. ex cuius verbis liquet epigonatum episcopale vestimentum seu indumentum esse, non autem id quod Iunius lectoribus venditat.

p. 5 v. 3. *ἐπιγονάτιον* ornementum est ecclesiasticum, plusquam palmare, et quadrum, ex angulo et fune serico zonac appensum, ac genu sinistrum, unde illi nomen datum, obumbrans, ut ecclesiae sponsum gladio super femur accinctum et armatum adumbret; eiusque soli pontifices ac praecipua dignitate praeclari nacti sunt usum; et ab eo, qui pontificum zonis affigit minister, ὁ ἐπί, vel ut alii, ὑπὸ τῶν γονάτων appellationem hic accipit. de quo Allatiana: ὁ ὑπὸ γονάτων, ὅταν ἀλλάσσονται τὸν ἀρχιερέα, φορεῖ αὐτῷ τὸ ὑπογονάτιον, κρατῶν δὲ καὶ τὸν δίσκον ἐν τῇ λειτουργίᾳ διδομένον παρ' αὐτοῦ τὸν ἄγιον ἄχτον τῷ λαῷ.

Vocatur etiam *γονάτιον* quasi genuale. Cabasilas in Glosario: καὶ τύπον τινὰ δομφαίας περιζωνυμούσι αὐτόν, τὸ λεγόμενον *γονάτιον*, ὃ πρὸς σχῆμα ξίφους ἐσχημάτισται.

ibid. ἐπιγονάτιον] alias *ὑπογονάτιον*.

Lepidum et risu dignum arbitror quod Salomon Sweiggerus, praedicans Noricus, l. 2 sui Hodoeporici c. 62 vestem hanc vocat *πωγωνάτιον*, a pogone seu barba. ita pogonati nostri nuspia barbae suaे oblivisci possunt.

ib. v. 4. Tertius in tertia pentade est ὁ ἐπί τῶν δεήσεων, magister libellorum supplicium, inquit Iunius, seu praefectus supplicationibus: huius erat pro iniuria affectis accedere imperatorem. non meminit huius functionis Citrius, nisi forte apud Citrium legendum sit ὁ ἐπί τῶν δεήσεων pro ὁ ἐπί τῶν κρίσεων, quem ipse undecimo loco ponit. nominat initio Codinus τὸν ἐπί τῶν κρίσεων, licet eum postea in nulla pentade collocet, si tamen primus officialium index est Codini.

Deest in Allatianis hoc officium, ut et sequens, accensi ecclesiastici silentium quietem et ordinem in secretis, hoc est pontificis tribunibus, indicentis.

ib. v. 5. Quartus est ὁ ἐπί τῶν σεκρέτων, quem secretarium dicere liceret, nisi secretarii vox usu recepto iam actuarium seu scribam seu notarium significaret. at noster iste ὁ ἐπί τῶν σεκρέτων aliud munus habebat: erat enim institutus εἰς τὸ πανέπιν τὸν λαὸν ἐπί τὸ κρίνειν, compescendo populo, ut iudicia habeantur, inquit Iunius, perperam. verte: eius qui secreto preest munus est ut, dum iudicia habentur, populum in officio continueat, nimirum ut silentium servaret nullasque turbas cieret; quod munus olim erat velariorum et cancelliariorum, ut supra notavimus ex Casaubono ad Augustam historiam; ubi etiam dictum *secretaria loca* ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant, inde in Iure GR aliquoties *σεκρετικὸν ἀξιωμα*, *dignitas curialis*

sive *senatoria*. hinc et palatina dignitas apud Codinam p. 10 8 c. 2 πρωτασηηρήτις, vox ex Graeco et Latino compacta (*proto-secretarium* aliqui nominant), longe diversus ab isto nostro qui dicitur ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων: nam ille iudex erat, hic iudicium et se-natus administer. quare ut nomine cum Latinis Graeci convenient, neutro tamen modo convenienter re significata: Latinis enim *secretarius* iam vulgo est *actuarius* seu *scriba* etc. etsi hac notione vox haec apud Graecos quoque occurrat, qui et hanc a *secretis* suam fecerunt et in unam conflareunt, ἀσεκρόητις vel ἀσεκρόητης. apud Cittatum tenet ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων locum decimum. ἀσηηρήτειον apud Cedrenum in Michaele imperatore est curia seu locus secretoris consilii, vel locus ubi secretarii convenient. in Psendocarolino opere de Imaginibus 4 9 unica dictio occurrit *Asecreta*.

p. 5 v. 6. Sequitur quintus ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *praefectus sacro consistorio*, ait Iunius. rectius in Iure GR *praefectus sacrae stationi*, cuius est ἐντὸς τοῦ βίματος, intra tabernaculum, intra altare ipsum, εὐταξίαν, rectum debitumque ordinem, conservare inter ministros et alios. errat enim Iunius, qui praefecti huius munus alio trahit. at locis illis secretioribus, inquit Iunius, iudices ad tribunal consilio capto veniebant, ubi ordinem is qui proxime sequitur procurabat, ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως scilicet.

ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως] si, ut consentit Allatius, idem qui ἐπὶ εὐταξίας fuerit, de illo haec eius mss: ὁ ἐπὶ εὐταξίας ἵσταται καὶ δέχεται τοὺς ἀρχοντας καὶ στήνει αὐτὸν κατὰ τὴν τάξιν, μᾶλλον δὲ καὶ νὰ καθίσον. addunt alia: νὰ ὅρθιζον ἵνα φιλοναλοῦν καὶ νὰ πλύνωσι τὰς πανδήλας. verum nominum omisso discrimine, dicendum manifesto περὶ τοῦ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως: de quo non Allatianna mss, sed Allatii ipsius manus, ubi de recentiorum Graecorum templis. ne ministri, qui ut plurimum iuvenes sunt, ad ludendum prompti, ineptias agant et risum excitant, praefectus illis ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *praefectus sacro consistorio* in Iure GR, et Gretsero *praefectus sacrae stationi*, quam recte, ipsi viderint. ego verterem *moderandis moribus vel dirigen-dis ritibus sacris ac constitutionibus*, ex recentioris linguae Graecae pro-prietate, in ea siquidem καταστάσις non est *statio*, sed ipsa hominis con-dicio, ritus, ordo, constitutio et mores: hinc hominem dicunt ἀκατάστα-torū non qui non stat, sed qui improbis insultisque moribus est. sic cum vi-dent aliquem nulla discretione praeditum, quasi admiratione ducti ἕδε κατά-stasim, quod alii σύστασιν. neque aliud nobis innuit quod apud Cyrilum Scythopolitanum in vita S. Sabae legitur: ἔχων μεθ' αὐτοῦ δευτερεύοντα τῆς τῶν κοινοβιωτῶν καταστάσεως φροντίδων, habebat secum praefecti vices gerentem, cui coenobiticī ordinis servandi cura commissa est. et infra: ἀναγνάζεται δὲ τὴν ἀκαταστασίαν εἰπεῖν φρατριασάντων ἐξήκοντα. et rursus: τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου σφροδῷος ἀγανακτοῦντος, καὶ πά-sαν τὴν κατὰ Παλαιστίνην ἐκκλησιαστικὴν καταστασιν ἀνατρέψαι καὶ συγκέειν πειρωμένου. et: τοῦ τὴν ἔνωσιν καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν συγκέειν σπουδάζοντος καὶ ταοαχῆς καὶ ἀκαταστασίας τὰ πάντα πλη-ρώσαντος. et hypotyposis Studii: ὑποτέλεωσις σὺν θεῷ καταστασίᾳ τῆς μονῆς τῶν Στονδίων. εὐταξία porro non tantum bonus ordo est, sed mores compositi recteque constituti, quemadmodum oppositum ἀταξία male morigeratos notat. propterea ut iuventutis impetus compescerent et immo-deratos iuvenum mores frenarent ac turbis rixisque modum ponerent, τὸν

ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως In bemate, ad sacri altaris latus, constituerunt, qui iuvenes irrequietos et faciles, sua auctoritate sedatos, ab iniuriis et contentionibus et indecoris actibus ad bonam frugem reduceret. non placet? sit ille *in rebus sacrī dirigendis praefectus*: id namque illi incumbebat, ut ex praescripto et sanctorum patrum sanctis res divina perageretur, caveretque ne quis extra praescriptos limites pedem efficeret. haec ille, placet prae secunda prior expositio: ut enim prior *ἐπὶ τῶν σεκρέτων* in iudicis ordinem et quietem, ita hic *in sacro tribunali morum compositionem* indicit; nec *ἐπὶ τῶν σεκρέτων* leges ponit, nec hic patrum sancta, nisi ad modestiam spectent, observanda proponit. Regia superius allata: *ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν*.

C A P U T VIII.

p. 5 v. 8. *Primas in quarta pentade obtinet ὁ ὑπομιμήσκων, P 168 monitor*, inquit Iunius, *εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς*. ego, si usus ferat, malim *suggestorem*: nam *ὑπομιμήσκειν* est *suggerere*, menti subiicere, et ut Codinus loquitur, *ἐνθυμίζειν*, quasi aliquid *in mente ponere*; et est quiddam restrictius minusque fusum quam *monere*: nam et memorem monere possumus. videtur ergo officium *τοῦ ὑπομιμήσκοντος* hoc fuisse, ut patriarchae sacrificanti vel verba ad populum facienti adsisteret, eique, si alicubi memoria laboretur, *mystice*, hoc est clam, occulte, sugerendo subveniret. si quis hoc officium etiam extra templi adyta proferre et efferre velit, putetque *τὸν ὑπομιμήσκοντα* fuisse similem illi qui inter officia palatina a Codino c. 2 p. 11 17 appellatur *ὁ ἐπὶ ἀναμνήσεων*, quemque Latini *a memoria seu magistrum memoriae* nominant, cum eo non contendam: neque enim a vero alienum est huiusmodi officium fuisse in ecclesia Cpolitana, non modo intra sed et extra templum. in Concil. Lugd. in epist. ad Greg. X vocantur *οἱ ὑπομιμήσκοντες τεμεμορατοι*.

Allatiana: *ὁ ὑπομιμήσκων δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις τῶν ὑπομημάτων* (*commendationes memorialium*) *τῶν ἔχομένων ἐν τῇ ορίσει·* *καὶ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερέᾳ καὶ τῷ πλήρῳ*. *ὑπομνήματα non possum commentari exponere*, cum Regia scribant *ὁ ὑπομηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράψειν τὰ ὑπομνήματα*. *commentaria, relictis memorialibus, non sunt hic coniicienda*.

ib. v. 9. De reliquis huius pentadis nulla est difficultas: nam unde *interpretes evangelii*, *interpretes apostoli*, *interpretes psalterii* nomina haec sumpserint, per se notum est. videntur autem uniuscuiusque generis fuisse gradus diversi. nam c. 6 p. 46 12 nominat Codinus protapostolarium, id est *primum interpretem apostoli*.

ibid. *ὁ διδάσκαλος τοῦ εὐαγγελίου*] huius et sequentium sacrorum oratorum munera ad unius officium revocant Allatiana: *ὁ διδάσκαλος*

ἔρμηνεν τὸ εὐαγγέλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἄρχιερεύς, καὶ εἰ δυνατόν ἔστι, καὶ τὸ φωτήριον. hinc perspicis cur SS. PP. quaedam homiliae in evangelia, aliae in psalmos, in apostolum nonnullae etc. adverto τὸν ἀποστόλον quandoque διδασκάλους plures simul repertos, quorum antesignanus πρωταποστολαρίον nomen habuit. [M: ιρατῶν καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς. ἔστι δὲ καὶ οἰκέτης τῆς τρίτης πεντάδος.] *)

p. 5 v. 11. *rhetoris officium est generatim scripturas sacras interpretari; et videtur ille quem nos concionatorem nominamus.*

C A P U T IX.

p. 5 v. 13. In quinta continetur 1. ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, socius et adiutor magni sacellarii, de quo iam suo loco, 2. ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, socius et adiutor curatoris sacellii, de quo itidem supra.

p. 5 v. 15. τῶν ἐκκλησιῶν] καθολικῶν intellige, de quibus supra Allatiana: γράφει τὰ ἀντιμίνια (ἀντίμηνος M) καὶ τὰ σταυροπίγια. altaria portatilia signat, et literas quibus cruce data a dioecesanis exemptions conferuntur monasteriis. de his Euchologium fuse. idem, ceu paroecis praefectus, ιρατεῖ ἐν τῇ φυλάξει αὐτοῦ τὸ μύρον, *sacrum unguentum*, in confirmatione adhibendum a privatis sacerdotibus ceu consuetis apud Graecos eius sacramenti ministris, *suae custodiae commissum tenet.*

ibid. v. 16. 3. ὁ ἄρχων τοῦ εὐαγγελίου; εἰς τὸ ιρατεῖν τοῦτο εἰς τὰς λιτάς, cuius officium est gestare evangelium seu codicem evangeliorum in supplicationibus et processionibus. hoc tamen non videtur consentire cum Ioanne Citrio, qui diserte scribit τὸ ἐν ταῖς λιταῖς βαστάζειν τὸ εὐαγγέλιον esse τοῦ δευτερεύοντος τῶν διακόνων, quem Codinus in sexta pentade collocat. et fieri potest ut haec res aliter se habuerit tempore Citrii et aliter aetate Codini: nam ut ipse Citrius conqueritur, haec saepius patriarchae arbitratu suo mutabant, τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες, ita ut in illos quadraret paroecia ἄνω ποταμῶν χωρεῖν λέγουσα τὰς πηγάς, καὶ τὰ παρὰ Ιου-

*) addit M: οὕτως περιέχει ἡ τρίτη πεντάδα.

τέλος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ.

Ισδι οὖν καὶ αὐτὸς εἰς τὴν τῶν κληρικῶν διάκονιν. τὸ μὲν ἄγιον εὐαγγέλιον τοῦ βασιοφόρου ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ πρωτονοταρίου, τὸ τῆς μεγάλης δευτέρας ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ ειρομηνήμονος, τὸ τῆς μεγάλης τετράδος ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σακελλαρίου, τὸ τῆς μεγάλης πέμπτης ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ χαροποφύλακος, τὸ τοῦ μεγάλου σαββάτου ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σκευοφύλακος. τῇ ἀγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχατος ἀναγινώσκεται τὸ ἄγιον εὐαγγέλιον ὑπὸ τοῦ μεγάλου οἰκονόμου.

ἐπληράθη ὁ δεξιός χορὸς καὶ τὰ μεγάλα ὄφελικα τῶν ἐκκλησιασμῶν.

δαιοῖς δευτερόπορων σάββατα, καὶ παρὰ τοῖς δεινοῖς εοφισταῖς τὰ πρωθύστερα, ut scite ait Citrius.

p. 5 v. 16. ὁ ἄρχων τοῦ εὐαγγελίου] consule, si labore meretur, Eu-chologium nostrum fol. 770 et 811 περὶ λιτῆς et evangelio in ea legendo.

ib. v. 17. Sequitur ὁ ἄρχων τῶν φώτων, quem Bonesidius vocat *luminarium*, Iunius *praefectum luminibus*. eius erat curam gerere φωτιστῶν, recens illuminatorum seu baptizatorum: veteri enim ecclesiae phrasi *baptismus* appellatur φωτισμός et *baptizati φωτιστοί*, forsitan non sine respectu ad caeremoniam quandam quae baptismum subsequebatur: dabantur enim baptizato cerei accensi in signum fidei et gratiae acceptae, et quod a potestate tenebrarum translatus es-set ad lumen et sortem sanctorum. meminit huius caeremoniae Nazianzenus orat. in *sanctum lavacrum*, et S. Augustinus in illud Psalm. 65: *transivimus per ignem et aquam etc.* Iunius ritum hunc involvit, ne emineat. *accendebantur*, inquit, *luminaria*. at non tantum hoc, sed et accensa tradebantur baptizatis. *atqui hic*, inquit, *ritus ordinarie ad baptismum observabatur*. cur igitur vos multastis et abrogastis? *praeterea vero anniversarie in singularibus qui-busdam diebus festis per lampadarium*, ut in hoc libro appellatur p. 44 10 et 23, (accendebantur haec *luminaria*.) at *lampadarius* iste nihil huc facit: erat enim officium eius palatinum, non ecclesiasticum; *praeferebatque lampadem accensam non singularibus duntaxat festis et anniversarie*, sed quoties imperator in publicum procedebat, ut ex Balsamone infra ostendam ad p. 45 v. 1. longe ergo alius ὁ ἄρχων τῶν φώτων et alius ὁ λαμπαδάριος. neque tantum semel vel aliquoties in anno usus luminum erat in templis, sed perpetuo et toto anno; etiam tunc quando nulli νεοφότιστοι aderant: neque enim moris erat Graecis liturgiam sine luminibus celebrare.

ibid. ὁ ἄρχων τῶν φώτων] hoc officium in quattuor videntur Allatiana dispartiri, hoc pacto: ὁ πατηκητὴς πατηκῆσει (τὸν λαὸν καὶ Μ) πάντας τοὺς εἰσερχομένους ἐν τῷν ἑτεροδόξον εἰς τὴν ὁρθόδοξον πίστιν, ὡς ἵνα τὸ ἄγιον βάπτισμα δέξωνται. ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν καὶ παιδενόμενος (ὁδηγῶν Μ) τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὁρθοδόξῳ πίστι (εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὁρθόδοξον πίστιν Μ). ὁ βονιτσῆς ἵσταται ἐν τῇ ἀγίᾳ κοινωνίᾳ θρόνῳ, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχάς, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σταυρῶνται τὸ ὑδωρ, ὁ δὲ βονιτσῆς βαπτίζει τὸν μέλλοντα βαπτισθῆναι. ὁ μηδοδότης ἵνα ὑποκρατῶν τὸ ἄγιον μύρον, καὶ ὅπου τὸ ὄφει ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ δοῦναι μῆρον.

p. 5 v. 18. Ultimus in hac pentade est ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων seu ἀντιμινσίου, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἀγίαν μετάλλψιν, *praefectus antimensorum*, *inducens eos qui sacram communionem accipere volunt*.

ibid. Chartophylax, ut supra visum est, ad ecclesiasticam, hic ad laicam communionem invitat.

Iunius *praefectus antecessui mensae, adducens eos qui erant ven-turi ad communionem sacram.* inepte prorsus, et adhuc ineptius in scholiis, ut satis mirari nequeam hominis his in rebus seu ὀλι-

γωγίαν seu ἀπαιδευσίαν. examinemus singulas eius ineptias. τῶν ἀντιμηνσίων, ad verbum, antimensalium, inquit etc. a mensa denominati sunt οἱ ἀντιμήνσιοι, quasi dicat antemensales, qui ad sacram mensam primum recipiebantur et communionem eucharistiae etc. hi enim prius quam admitterentur ad communionem sacram, solebant ecclesias ante mensam sisti διὰ τὸν τῶν ἀντιμηνσίων ἄρχοντα, posteaque eodem praeeunte adduci ad communionem, ut palam testatum ficeret, illos suos comites in unum corpus coalusse cum Christo et ecclesia eius. hic autem ritus τὸν ἀντιμήνσιον dictus est. fabulae plusquam Aesopicae; quibus refellendis diu immorari nil erit necesse, ubi ipsam veritatem explicaverimus, nec aliunde nisi ex Graecorum monumentis. quid igitur sunt antimensia? antimensia, inquit ille in Iure GR fol. 289, scimus fieri solita, quando episcopus consecrato dedicatoque templo pannum mensae substratum mensamque seu altare tegentem, in frusta dissectum pictumque sacerdotibus distribuit, ut eo praediti sacrificium offerre queant. sunt igitur antimensia ea quae apud Latinos lapides consecrati seu arae portatiles, sine quibus sacrificium fieri non potest, si non offeratur in altari per se alioquin consecrato et dedicato. dicuntur antimensia, quia sunt loco mensae seu arae consecratae eiusque vicem subeunt; fiuntque ex panno diviso et in frusta dissecto, ex illo, inquam, panno qui altare ab episcopo de novo consecratum vestiebat et ornabat: hoc enim operimentum in partes minutis dissectum distribuebat episcopus sacerdotibus, ut postea partium istarum beneficio sacrificium in altaribus etiam non consecratis offerre possent.

p. 5 v. 18. Antimensia, quasi *mensae sacrae vice assumpta*, sunt Graecorum altaria portatilia, linea nimirum sacris reliquiis ditata, unguento quoque sacro delibuta ac pontificis benedictione ad missam in iis celebrandam dedicata. ut eorum usus est in communione, qui huius curam suscipit, illis praefici asseritur.

Quocirca quaerit ille in Iure Graeco-Romano, quid faciendum si desint antimensia, cum sine his celebrare non liceat? responsum his verbis datur: *antimensia in omnibus sanctis mensis* (hoc est altaribus) *poni necesse non est, sed in iis de quibus incertum num consecratae sint necne.* nam antimensia locum obtinent consecratarum mensarum, nec iis opus est ubi mensas consecratas esse constat. ex quibus liquido patet quae sint antimensia, quis eorum usus, nempe idem prorsus qui apud nos altarium portatilium seu *lapidum*, ut vocamus, *consecratorum*, quorum beneficio potest quis etiam in non consecrato altari celebrare. quod ergo nos possumus hoc medio, id Graeci quibant per antimensia, hoc est per partes tegumenti illius quod novum altare, quando templum consecrabatur, operuerat.

P 170 Inter ceteras quaestiones Ioanni Citrio propositas haec etiam una erat, an antimensia etiam valeant in aliis provinciis et dioecesibus, an solum in dioecesi episcopi antimensia illa consecrantis et conficientis.

responsio est valere ubique, sicut et ipsum sacrum unguentum et alia sacra, quamvis uno in loco sanctificata, semel tamen sanctificationem adepta ubique eam retinent et exserunt, inquit Citrius, qui et docet antimensia non primo statim dedicationis die distributa, sed tum demum, ubi tegumentum altaris per sacrificia septem continuis diebus oblata sanctificationem accepisset, in partes divisum et pro antimensiis distributum esse. in eandem sententiam Nicephorus patriarcha Copolitanus tom. 1 Iuris GR fol. 29 antimensia, inquit, ubicunque fuerit *ius opus*, mittuntur, nec vel hac vel illa regione circumscribuntur, sed in aliam quoque provinciam transferuntur sicut et sacrum unguentum. addit Nicephorus notationem nominis: *sic autem appellantur ὡς ἀντίπροσωπα τὰ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μίνσων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἀγίαν τὰ δεσποτικὴν τράπεζαν*. sunt enim ipsius consecratae mensae seu arae vicaria: nam ut idem Nicephorus dicit, *proprie mensas seu aras significant quas consecratio non sanctificavit*. monet etiam hoc Nicephorus: *si per ignorantiam lotum fuerit antimensium, non propterea amittere sanctificationem nec profanum effici*. pro quo alii, vitiouse prorsus nulloque sensu, *si impletum fuerit antimensium*: nimirum pro πληθῆ legerunt πληθυνθῆ. quae vitiosa lectio a Bonifidio profecta exstat etiam tom. 6 Bibliothecae SS. Patrum.

In Euchologio Graecorum praescribitur τάξις, hoc est modus et ordo, consecrandi antimensia. quando, inquit, sacerdotes antimensia mensae imponunt, illis ex oenanthe seu flore vini superinfundit episcopus ter quantum satis, recitato interim psalmo "asperges me domine hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor." hoc ter dicto reliqua eiusdem psalmi adiungit, deumque benedicens ait "benedictus deus noster, nunc et semper et in secula seculorum, amen." postea accepto sacri unguenti vase, et diacono clamante "attendamus," facit per antimensium cruces tres, unam per medium, utrinque duas, recitaturque psalmus "ecce quam bonum et quam iucundum" usque ad finem; deumque collaudans dicit episcopus "gloria tibi, sancta trinitas, deus noster in secula." deinde accepto turibulo incensum facit; et diacono dicente "oremus dominum" sic precatur pontifex. subduntur deinde preces, quas super antimensia pontifex fundit; quarum desiderio qui tenetur, is Euchologium consulat.

Animi causa iuvat addere quaestionem Ioanni Citrio propositam, quid Graece significet antimensium, et quomodo scribendum sit, num per ἥτα an per λῶτα. ad hanc quaestionem ita respondet Citrius. *appellatio deducitur a mensa, quod secundum Graecos quidem significat ναυοῦν canistrum, et secundum Italicam linguam τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ἐνοποιοῖς ἔδεστρον*. interpres: venale propinctorum edulium (quam bene Graecus, tam bene Graeci interpres). audiamus caetera. *hac ratione et in mensis explicatae mappae nominantur mensalia, tanquam ad ornatum mensae posita*. vulgari autem usu antimensia dicuntur ut in vestibus antipana (antipanni). haec autem in sanctis illis ponuntur mensis quas consecratio non sanctificavit.

subiungit Citrius: *si templum non est dedicatum, quod ei deest, sanctificatoria vis antimensi*s* implet.* ideoque in non consecrato templo *sacrificium sine antimensi*s* nunquam facere licet.* et sacerdoti qui hoc ausus fuerit, poena erit depositio. per iota autem scribitur διὰ τὸ ἐθνικόν τὰ γὰρ ἐθνικὰ κατὰ τὸν γραμματικὸν κανόνα οὐτε παραγγάς οὐτε κανόνας ἔχονσιν. solent autem grammatici per iota et omicron et epsilon τὰς ἐθνικὰς φωνάς scribere. quae ratio Citrii quantis sit, in cuiusvis arbitrio situm esto.

Ait insuper *antimensia* nullo modo licitum confiscere nisi in novi templi dedicatione, quique secus agant, canones transgredi; nec re-
P 171 ferre num nuper templum sit exstructum; satis esse quod non fuerit dedicatum, quandocunque demum exstructum fuerit.

His hunc in modum de antimensorum ratione explicatis, in tenues auras evanescit Iunianus ille *antecessui mensae praefectus*, cum scholiis illis vere scoriis et insulsis. nos praefectum antimensorum vel *antimensi*s** nominemus; cui praeter curam antimensorum etiam haec incumbebat, ut corpus domini accepturos ad communionem sen deduceret seu induceret.

C A P U T X.

p. 5 v. 20. In sexta pentade primum locum tenet *primus ostiarius κρατῶν τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας*, qui *fores custodit in ferridis suffragiis*, inquit Iunius, *chirotoniam pro electione accipiens*. ego malim *chirotoniam* accipere pro proprio suo significato, nempe pro consecratione seu ordinatione ministrorum ecclesiae, ita ut *primo ostiario* cura ianuae demandata sit tunc quando diaconi sacerdotes aliquie ordinantur et consecrantur. quamvis magnopere non repugnabo, si quis officium primi huius ostiarii interpretetur de ipsa electione ministrorum ecclesiae, cum per suffragia eliguntur ab illis quibus ius et potestas eligendi: tunc enim vel maxime attento et circumspecto *ostiario* opus est.

ibid. Huic aliud munus adjungunt Allatiana: *οἱ ὀστιάρειοι βαστάζουν τοὺς ὁρθούς τοῦ ἀρχιερέως.* cubicularii onus esse asserunt alia: *ὁ κουβούκλης ἵνα βαστάζῃ τὸ δεκαπίκιον τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατεῖ.*

p. 5 v. 21. *Secundus ostiarius* est *οἱ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον*, qui *tenet*, seu cui ius in *monobambylon*: ita edidit Iunius. quid vero hoc nominis? vel potius quid monstri? Iunius hic multa, sed plane ridicularia. quid ergo illi est *monobambylon*? duo loca chirotoniae distinguit, alterum, *in quem a primo ostiario omnes admissos dicit quos noverat habere ius suffragii ferendi; alterum secretiorem, in*

quem ad patriarcham vel episcopum per secundum ostiarium intromissi fuerint, ut libere et intrepide optima fide dicerent quibus suffragarentur, quibus non suffragarentur, et quare. hunc secretiorem singularis χειροτονίας locum, opinor, dixerunt Graeci recentiores μονοβάμβυλον, παρὰ τὸ μόνους ἥ κατὰ μόνας βαμβάλειν, eo quod in loco eiusmodi rogatus quisque pro fide seorsim sententiam suam teneretur quamvis trepide enuntiare, si quem non esse ἀνεπίληπτον comperisset (haec enim testimonia et accusationes nonnisi trepide et labris ferme trementibus efferi solent), aut certe alteri obstrepere et detrahere de existimatione ipsius. est enim βαμβάλειν Graecis φωφεῖν τοῖς χείλεσι, aut etiam, ut in Glossario legimus, haesitare, vacillare, titubare: sed in locum τοῦ αὐτορικοῦ suffectum est, et μονοβάμβυλον corrupte dictum. quid est nugari, si hoc non est? ut enim omittam vanissimas nugas de suffragatione et electione, quomodo admissi sunt ut libere et intrepide indicarent quibus suffragarentur, si haec, ut postea ait, non nisi trepide et labris trementibus efferi solent, et si in his necesse est βαμβάλειν, haesitare et fluctuare? sed valeat bambalio iste: nos legamus μονάμπονλλον seu μονάμπονλον. ut enim prioris ostiarii est fores custodire dum ministri ecclesiae, diaconi subdiaconi sacerdotes episcopi, ordinantur et initiantur, ita huius secundi ostiarii est tenere ampullam unam et solam, ut distinguatur a dibampulo, de quo infra ad p. 44 10. erat autem in ampulla hac chrisma ad unctionem sacerdotum et episcoporum necessarium, eamque tenebat iste ostiarius, ut in promptu statim foret, si initiator reposceret. porro voculam *ampulla* etiam Graeci fecerunt suam ἄμπουλα vel ἄμπονλλα. Aetius l. 7: ἄμπονλλαν νέλινην πλήσας ἐλάτον, ut sit cur eo minus mireris τὸ μονάμπονλον καὶ τὸ διβάμπονλον.

p. 6 v. 1. Patriarchae, sicut et imperatori, praefertur ignis in ecclesia, fax nimirum accensa hastae quam ornatae affixa. vocatur illa μονάμπονλον διὰ τὸ μόνην ἄπτειν: aliud eius nomen est λαμπρόν. imperatori reservatur διβάμπονλον. de utroque fusius c. 15 in notis. consule Balsamonis Meditatum de patriarcharum privilegiis Iuris GR l. 7. porro secundum hunc ostiarium proprio nomine vocant Allatiana περιεσερχόμενον: ὁ περιεσερχόμενος, inquit, ἵνα φέρῃ λαμπρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

ibid. Nunc ad protopapam me consero; quem sic describit Codinus: ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ βῆματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως defensor et primus tribunalis (sic enim Iunius: ego tabernaculi seu altaris: βῆμα enim hic est locus interior et sanctior, ubi sacrificium peragitur), proximas a pontifice obtinens. non tamen simpliciter (nam exocatacoeli absque dubio potiores erant maiorisque dignitatis et excellentiae) sed inter sacerdotes, ut Citrius loquitur, κοινούς protopapa primus erat et sic proximus a patriarcha, seu, quod idem est, secundus a patriarcha ferens.

ibid. Clarius Allatiana: ὁ πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῶν ὄφρικιον τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, ὅταν λειτονογεῖ ὁ ἀρχιερεὺς. μεταδίδει αὐτὸς τὴν ἀγίαν μετάληψιν τῷ ἀρχιερεῖ, ὅμοιως καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ

πρωτοπαπᾶ, ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. ut παπᾶς sacerdotem indicet, vide Euchologica.

Notio et origo nominis satis constat. apud Balsamonem tom. 1 Iuris GR legimus *protopapadas*, ut rectus sit πρωτοπαπάδης. interpres *primopapadas*: sed satius videtur in his et similibus retinere Graeca. in Turcograecia fol. 218 dicitur πρωτοπαπᾶς ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων. iura illius in eadem Turcograecia fol. 258 πρωτοπαπαδίαι appellantur.

p. 6 v. 2. Sequitur ὁ δευτερεύων τῶν ἱερέων, secundus sacerdotum, εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, dux et antecessor sacerdotum et proximus a protopapa, quem Iunius non male δευτεροπαπᾶν appellat. at male illud: qui sacerdotes introducit, εἰσοδεύων, nimurum in tribunal, si quam causam agendam habuerint. nullo modo: nam εἰσοδεύειν est esse aliorum in sacris ministeriis functionibus et supplicationibus ducem et quasi antecessorem et ductorem; quod etiam ex descriptione τοῦ δευτερεύοντος diaconi, quae proxime subiungitur, manifestum evadit. deuteropapae nullam, si recte memini, mentionem facit Citrius.

p. 6 v. 2. Allatiana: ὁ δευτερεύων λειτονογεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἀρχιερέως (hoc est cum patriarcha, cum quo alias soli episcopi celebrant, ut cum episcopis sacerdotes). ὅταν λείπει ὁ πρωτοπαπᾶς, ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα.

p. 6 v. 4. Ultimus hac sexta pentade est ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, secundus diaconus, πρῶτος τῶν κοινῶν, primus ex communibus diaconis, καὶ εἰσοδεύων τοὺς διακόνους. Iunius: et diaconos intrmittit; additque hoc scholium: *in functiones et stationes ipsorum*. tu corrige: qui diaconorum dux, rector, director et ut sic dicam *dispositor* est: hoc enim est εἰσοδεύειν, quod significat quemlibet in viam suam quasi introducere, ut sciat quem ordinem et stationem tenere debeat. vedit tandem Iunius hanc notionem, sed quasi per nebula, ut appareat ex scholio quod suae interpretationi adiunxit. ex quo tamen, tanquam in rebus ecclesiasticis Graecorum valde scilicet perito, quaerendum erat quare verbum εἰσοδεύειν interpretatus sit, loquens de sacerdote secundo, *introducens illos in tribunal*, si quam causam agendam habuerint, idemque verbum eadem significatione non interpretatus sit in descriptione secundi diaconi, praesertim cum diversae notionis nullum prorsus indicium Curopalata dederit.

Verum ut accuratius intelligamus naturam et ut sic dicam indolem huius diaconi, operac pretium erit audire Ioannem Citrium, cui haec ignota non fuerunt; qui ait diaconum istum non eligi aut creari simpliciter ad unius arbitrium, sed κατ' ἐκλογὴν, per suffragia: esse enim eiusmodi officium, quod desideret virum dextrum aptumque ad omnes etiam fortuito occurrentes functiones; quorum aliquas recenset. prima est ingressis in templum imperatoribus et patriarchis faustis acclamationibus bene precari, et ut Codinus noster loquitur,

τὸν βασιλέα πολυχρονίζειν seu τὸ πολυχρόνισμα accinere seu πολυχρόνιον ποιεῖν. qui mos ex antiquo more hodie quoque Graecis adhaeret. secunda est portare evangelium in supplicationibus ac litanīis. tercīa τὰς ἐν αὐταῖς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν. inepte interpres: *connexiones et repetitiones in eis facere.* correxerunt alii *collectas et preces.* sunt συναπτάι propriæ quae apud nos in horis canonicis vocantur *preces*, diebus iejuniorum potissimum usitatae, non modo in matutinis sed et in singulis horis. et preces illae quas post litanias pro omni hominum statu et ordine fundimus, ipsissimae sunt Graecorum συναπτάι, quanquam et quas nos vocamus *collectas* hoc nomine appellare nil vetat, quia Graecorum liturgiis adstipulantibus fiet. haec autem ita esse intelliget lector cum ex aliis Graecorum P 173 *ritualibus* libris tum ex Euchologio. valeat igitur Bonefidius cum suis *connexionibus et repetitionibus.* quarta est ἀπόντος ἀρχιδιακόνου διδόναι κηροὺς τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, absente archidiacono dare cereos diaconis in ambone. ubi pessime interpres pro κηρούς legens καιρούς vertit: *tempora dare diaconis, qui amboni serviunt.* quid, quaeso, est *tempora dare diaconis?* neque correctores aut in Graeca scriptura aut in Bonefidii interpretatione hunc tam turpem errorem animadverterunt; ut vel hinc liqueat quam rudes rerum ecclesiasticarum isti a catholica religione auersi ad ritus ecclesiasticos seu Graecos seu Latinos explicandos accedant. dicit autem *absente archidiacono*, quia, ut Codinus tradit p. 94 v. 20, olim quidem magna ecclesia habebat archidiaconum, sed postea nullum habuit, quare ὁ δευτερεύων partes eius supplevit. hinc ait Citrius secundi diaconi esse etiam in aliis archidiaconi munus explere; ex quibus forte hoc est, θυμιᾶν τὸν βασιλέα, imperatorem recens coronatum *incenso*, ut vocat ecclesia, venerari, eique bene ominatum illud carmen accinere "recordetur dominus deus τῆς βασιλείας σᾶς, regni tui, in regno suo, nunc et semper et in secula seculorum, amen." sic idem fausta acclamatione prosequitur patriarcham: μηδεθείη κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἀρχιερωσύνης σου, recordetur dominus pontificatus tui ubique nunc et semper et in secula seculorum. nec hoc siebat tantum eo die quo imperator inaugurabatur et coronabatur, sed quoties in ecclesiam ventitabat. ea de causa ait Citrius: αὐτοῦ γάρ ἔστιν ἡ μετὰ τὴν εἴσοδον εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων, *ipsius est imperatoribus et patriarchis in templum ingressis bene precari;* nisi quis illud μετὰ τὴν εἴσοδον post ingressum referre velit ad ingressum in tabernaculum seu in sancta sanctorum, ita ut fausta haec acclamatio facta sit post absolutam supplicationem, in qua panis praesanctificatus ad sacrificium circumferebatur per templum et postea ad altare inferebatur. quo sit ut secundus diaconus εὐφημίαν hanc instituerit regresso iam patriarcha ad altare et processione absoluta; quod vero proprius videtur.

Dicebatur δευτερεύων τῶν διακόνων non quod in ordine diaconorum magnae ecclesiae secundus esset, sed respectu ad archidia-

conum, qui tempore Codini nullus quidem erat, at aliquando fuerat; unde et τῷ δευτερεύοντι τῶν διακόνων nomen mansit, sicut et τῷ δευτερεύοντι τῶν ἱερέων idem nomen mansisset, si protopapas in clero magnae ecclesiae desisset, quia cum secundarii nomine primus fuisset.

p. 6 v. 4. Quid hoc rei est, ut hic diaconorum secundus scribatur ac insimul πρώτος τῶν ποιῶν διακόνων asseratur? paucis hic plura evolvenda, quo proposita difficultas lucem accipiat. temporibus ultimis diaconi tantum ad ἀρχοντίκια ὄφριμα, nobiliora officia, sunt admissi, qui prioribus sacerdotes permixtum et diaconi esse poterant, oeconomus sacellarius sceuophylax et reliqui quindecim tribus primis officiorum pentadibus comprehensi. hi τῆς ἐκκλησίας καὶ πατριαρχικοὶ ἀρχοντες, δεσποτικοὶ ἀρχοντες, ἀρχοντίκια ὄφριμα, ἀρχοντίκια μεγάλα, διακονικὰ ἀξιώματα, et (nāt' ἔξοχὴν) οἰησιανάτα nuncupantur. iidem vero, ut ecclesiae altaris proceres, patriarchae assident in iudiciis eidemque celebranti assistunt, at laboriosas illas operas non praestant quas archidiacono volvere reservatas ceu operoso altaris ministro. qua de causa totus ministeriū intentus archidiaconus ὄφριμὸν ἔστι μόνον, ut praemissimus nota huius capitū 1; nec est ἀρχοντίμον, nec inter proceres diaconos numeratur. diaconorum tamen, quatenus ministerium aliquod implet, caput est et princeps, eisdemque quantumvis proceribus in diaconicis ministeriis praeficitur. huius sententiae auctor mihi est Ioannes Citri episcopus Iuris GR l. 5. postquam enim quae sit τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὄφριμον ποιας ἔστι τάξεως καὶ ποίον βαθμοῦ, καὶ εἰ προστατεῖ τῶν ὅλων διακόνων ὡς ἀρχιδιάκονος, καὶ αὐτῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, καὶ εἰ προτιμᾶται πάντων ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μνησηρίων, respondet Citrius: τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὄφριμον οὐκ ἔστιν ἀρχοντίμον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια, περιφροδᾶς δὲ πολλῶν ἡλίων συμπέρασμα (hoc est ministeriorum a diaconis magistratibus obeundorum compendium). διὸ καὶ ὡς χρόνον καὶ ἰδίουν κόπον συμπέρασμα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντίκιοι ὅποιοισδιον τετύηνται εἴτε καὶ μή, ἐν τῷ ναῷ καὶ ἐν τῷ βήματι καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν ἀγίων μνησηρίων. uno verbo supergreditur diaconos proceres ex ministerio, non dignitate, aliamque classem solus componit; eumque sequitur vices eius gerens ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, qui tertiae classis communium diaconorum primus dux et caput censemur; et ob allatas rationes λέγεται δευτερεύων, ait Citrius idem superiore responso, οὐχ ὅτι δευτερεύει ἐν τῇ τάξει τῶν διακόνων. instas nihilominus, et sollicitus rationem quaeris cur ex officiis archidiaconi nomen sit expunctum? aptius illi reddent qui palatinis archidiaconum accensuerunt. vide postremas notas o. 2.

C A P U T XI.

p. 6 v. 6. In septima pentade primas tenet protopsalta, *primus psaltes seu cantor*. Citrius vocat *domesticum psaltarum*, indicatque hoc nomen usitatus fuisse quam illud *protopsaltæ*. mirum est quomodo Codinus in hac septima pentade collocet protopsaltem,

cum ipse c. 17 diserte dicat ecclesiam magnam non habere *protopsalten* sed *domesticum*; nisi dicere velimus officium esse idem, nomen diversum, inque catalogo officiorum ecclesiae vocasse *protopsalten* quem proprio nomine vocare debuisse *domesticum cantorum*. quid sit *domesticus*, infra explicabitur ad p. 7 15. in palatino tamen clero erat protopsaltes, ut docet Codinus loco citato, qui simul erat *exarchus* cleri imperiorii.

p. 6 v. 6. Allatiana: ὁ πρωτοφάλτης ἵσταται μέσον τῶν δύο χορῶν, δεξιοῦ τε καὶ εὐωνύμου. ἀρχεται δὲ καὶ τὴν ἔνωξιν τῆς φυλωδίας. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ψάλται ὄλοι. addunt alia οἱ δομέστικοι καὶ οἱ πρωτικῆροι. φρεεῖ δὲ καὶ σφικτούριον (*tunicam brevem et strigam*).

p. 6 v. 6. Sequitur ὁ ἰδιοδομέστικος, *singularis domesticus*, ut interpretatur Junius, *primi et secundi chori*. sed errat: legendum P 174 οἱ δύο δομέστικοι duo *domestici*, alter dextri alter sinistri *chori*. clare Citrius duos nominat, ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ. et facilis via fuit contrahendi vocabula disiuncta οἱ δύο δομέστικοι in unum ἰδιοδομέστικοι: caecutiat qui hoc non videat. nec obstat quod hac ratione sex futuri sint in septima pentade: nam et in prima pentade sex sunt, ut supra diximus, et tamen vocatur *pentas* seu *quinarius*. quid sit *domesticus* in iure civili et apud alios passim scriptores Graecos et Latinos, explicat Cuiacius ad lib. 12 cod. Iustiniane ad tit. 12, et Petrus Gregorius Syntagmatis 6 8. quid hoc nomine significarint Graeci recentiores docet Citrius, cui cum haec quaestio fuisse proposita, cuius linguae est *domestici appellatio*, et quibus ecclesiae ministeriis nomen hoc impositum est? respondit: *domestici appellatio* secundum Latinos ducem ἔξαρχοντα, inceptorem, praepositum et praefectum significat, sicut et in functionibus imperatoriis invenire est *domesticum Orientis, Occidentis, scholarum*. imo etiam *domesticum mensae, domesticum moenium, domesticum thematum*. sic et in ecclesiasticis ordinibus *domestici vox usurpatur*. εἴτ' οὖν ἀρχωδὸς καὶ ἐπιστάτης μελῳδιῶν καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ὅνθυμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. *domesticus* igitur *musicorum seu cantorum nihil aliud est quam praefectus*, qui omnes regit ac dirigit, ipsosque simul ac cantiones cunctas disponit ac in ordinem redigit. est autem munus *domestici cantorum seu protopsaltae* in vigiliis communibus clara voce pronuntiare illud εὐλόγησον δέσποτα, quod nos dicimus "iube domine benedicere." ex sententia igitur Citrii *domesticus* nil aliud est quam *praeses, antistes, praefectus*, uno verbo primus in suo genere. nec male Citrius notionem huius vocabuli expressit, prout usurpatur a Graecis recentioribus, etsi haud scio an vox *domestici* in hac notione usitata sit Latinis, seu novis seu antiquis. in iure profecto alia notione usurpatur, ut et in communi loquentium consuetudine. ab hac voce formarunt Latini *domesticatum*, quod in iure exstat. et apud Balsamonem in canone 17 Apostolorum δομέστικα

officia domesticorum, et apud Codinum c. 7 οἱ τοῦ δομεστικείου δομέστικοι, et c. 5 δομεστίκοι.

p. 6 v. 6. Domesticum dicemus aliquando praepositum significare. de istis duobus utriusque chori ducibus Allatiana: οἱ δύο δομέστικοι ἵστανται ἐν τοῖς δύο χοροῖς μετὰ τοῦ πρωτοφάλτην, καὶ φάλλοντες φοροῦσι σφικτούρια, ὡς πρωτοφάλτης. domesticis adiungunt δύο πριμικούριοντας μετὰ τῶν δομεστίκων· φάλλοντες καὶ αὐτοῖς.

ibid. v. 7. Sequitur λαοσυνάπτης, ad verbum *populi convocator et congregator*, Iunio *cocio*, sed *nihili cocio*. eiusdem meminit Citrius, eodem nomine interpres reddit, *populi coactor*; corrector correxit, *collector sive congregator*. cuius officium publico signo populum ad rem divinam convocare.

Duos scribunt Allatiana, et λαοσυνάπτας vocant: οἱ δύο λαοσυνάπται (— κται Μ) συνάγονται τοὺς διακόνους, καὶ ἀναγορεύονται ἵνα μὴ λείπῃ κανέναις. συνάγονται δὲ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν ἔκκλησίαν.

In Typico S. Sabae videtur appellari κανδηλάπτης, a candelis accendendis: huius enim etiam est ρρούειν τὰς βαρέας καὶ τὸ σιδηροῦν, quae illis loco campanarum erant, καὶ σημαίνειν τὸ μέγα σημαντιον. varia enim signa dabant, ut et apud nos fieri assolet. vide Balsamonem in dissertatione cur monachi tribus signis suos ad sacra convovent, cum alii uno signo contenti sint.

ibid. v. 8. Quartus in hac pentade est ὁ πριμικούριος τῶν ταβουλαρίων. Iunius interpretatur *notarium*, sic enim initio nominari videtur ab ipso Codino p. 1 ed. Iun.: cum enim notarium nominet, ac postea singula officia in pentadas digerens de notario prorsus sileat, credibile est Codinum nomine *primicerii tabulariorum* intellexisse *notarium*. quod forte verum est, sed nescio quomodo cum Iunii sententia conveniat, qui *primicerium* in quovis officio illum dici putet qui *primus inscriptus sit albo sive ordinis sui catalogo*, et *primas in suo ordine obtineat, prima cera, id est summa, inscriptus*. hoc si verum est, idem ergo erit *primicerius tabulariorum* cum protonotario, quia, ut Iunius dicit, *primicerius primus est in cera seu albo*, et *tabularii sunt notarii*, idemque igitur protonotarius seu *primus notarius et primicerius tabulariorum*. ego nodi huius solutionem non video, nisi quis dicere velit istum dici *primicerium tabulariorum respectu illorum notariorum quos infra se habet, non respectu omnium, quo pacto ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων vocari possit primicerius diaconorum*, non absolute sed comparatione τῶν ποιῶν, ut Citrius et Codinus loquuntur.

Addam et hoc. quid si per vocem ταβουλαρίων hic non intelliguntur *tabularii* seu *notarii*, sed *tabularia* seu *archiva*, ita ut *primicerius tabulariorum* ille dicatur qui *praeest tabulario seu archivo*, socius in hoc officio et administer *chartophylacis*? nam *chartophylacium Latinis est tabularium*, et a Latino usu etiam Graecis. sicut enim magnus *sacellarius* et ὁ τοῦ *σακελλίου* suos habuerunt adiuto-

res, ita et chartophylax videtur habuisse primicerium tabulariorum.

p. 6 v. 8. *Regia superius producta inter officia recensent πριμική-
ειον τῶν πατριαρχιῶν νοταρίων.* notarius vero et tabularius sensu co-
incident.

Porro de voce primicerii, secundicerii, tertiocerii, quartocerii vide Cuiacum ad tit. 7 lib. 12 cod. Iustiniane, et Onuphrium in explicat. vocum obscurarum ecclesiasticarum, et Petrum Gregorium Syntagm. 15 22, qui ait pronuntiationem nominis *primicerii* exigere adiectionem ex relatione alicuius, vel certe postulare ut subintelligatur. quod si verum est, tum necesse erit ut cum inter palatinas dignitates ὁ μέγας πριμικῆρος nominatur, dignitas aliqua subintelligatur, quia primicerius nomen hoc habet respectu alicuius functionis seu ministerii. hinc *primicerius lectorum, primicerius aulae, primicerius protectorum, primicerius domesticorum.* exstat in Decretalibus titulus de *primicerio*, ubi nihil adiicitur; neque etiam satis appetet quid aut adiiciendum aut subaudiendum sit, nisi quis dicat subintel ligi vocem *cantorum.* de quo vide Petrum Gregorium l. c. hinc *primiceriatus* dignitas et officium primicerii.

Quod ad ipsum vocabulum attinet, non improbabiliter arbitratur Cuiacius illud *cerius* esse tantum productionem verbi, sine ulla novae significationis additione; ut proinde *primicerius* idem sit qui *primus, secundicerius* idem qui *secundus*, sicut et apud recentiores Graecos *παιδόπονλος* idem est quod *παῖς, Φραγκόπονλος* idem quod *Francus;* ita ut illud *πονλος* sit paragoge absque ulla nova significatione. alii tamen nomen hoc a *primo* et *cera* derivatum compositumque volunt, quibus qui volet, per me subscribat licet.

p. 6. v. 8. Ultimus in hoc quinario est ὁ ἄρχων τῶν κοντά-
κιων, *praefectus canticis*, ait Iunius. imo *contaciis:* nam canticum generale nomen est ad omnia quae cani aut solent aut possunt, at contacium certum quoddam genus est in Graecorum ritualibus libris, sicut et *troparium εἰρός, canon, πάθισμα, προσόμοιον, τριαδικόν, θεοτόκιον, σταυρωσιμον, ἀναστάσιμον,* et apud nos *versus, versiculi, tractus, sequentia, responsoria* et huius generis alia, quae aliena lingua aut prorsus exprimi aut commode exprimi non possunt. miror autem quid correctoribus Bonefidii in mentem venerit, ut quem ille vocaret *praefectum contacionum*, ipsi interpretarentur *praefectum pugillarium.* ego quid sibi pugillares seu pugillaria haec velint, mecum exputare nequeo. est autem *praefectus contacionum* ille cui cura inchoandi contacia commissa. sed de contaciis plura habes supra c. 7.

κοντάκιον hic (alia namque praeterea refert) *modulus* est brevior, ἀπὸ τῶν κοντῶν a brevitate nomen sortitus; maximeque sanctorum, quorum non est officium, memorii brevius faciendis deservit: *breviculum* alibi vocavi. quique his cantandis praeficitur et intendit, est auctori ἄρχων τῶν κοντάκιων.

C A P U T XII.

p. 6 v. 9. In octavo quinario primas tenet *primicerius lectorum*, qui et apud Citrium comparet.

ibid. ὁ ποιμανήριος τῶν ἀναγνωστῶν] Allatiana simul cum Citrio cuncta officia in διακονιά, λειτουργία καὶ τῶν ἀναγνωστῶν volunt esse divisa. quindecim prima diaconis assignant, eosque ad patriarchae latutus in dextro choro, velut eius curiam, locant: sequentia plura quam apta sacerdotibus convenient, aequus lector ex primo obtutu iudicat. protopsaltae vel huius inferiores non nisi lectoribus conferri Citrius, auctore ipsi consentiente, determinat.

ib. v. 10. Sequitur ὁ νομικός, qui apud Codin. p. 1 ed. Iun. est ὁ νομοδότης, Iunio praeceptor, qui et in scholiis ista: *praeceptor est musicorum vel φωλτῶν, gymnasianarchus, qui postea corrupta voce ματστῶρ, id est magister, appellatur* p. 44 11 et p. 60 17. num haec vera sint, facit ut dubitem Ioannes Citrius, apud quem est

P 176 nos *eleemosynarium* appellare solemus; nisi quis arbitretur eum apud Graecos morem viguisse qui apud nos in multis ecclesiis, ubi praesentibus clericis aliquid pecuniae dari solet; quam vocant *praesenz*, et illum cui munus distribuendi commissum, *praesentzer*. at cum Codinus uno loco habeat *νομοδότην*, altero expresse *νομικόν*, non videtur verisimile *νομομοδότην* legendum esse; nisi quis etiam priore loco *νομικόν* nova forma a *nummo* restituendum contendat. licet *νομικός* quoque πάρο τὸ νόμος, ut *numum* seu *nummum* significat, deduci possit. quodsi *νομικός* ad cantores pertinet, plane is videtur esse qui cantum cantoresque regit, et ut vulgo loquimur, *qui tactum praebet, der den tact gibt*; nisi cui forte magis arrideat ut per *νομικόν* et *νομοδότην* intelligat iurisperitum seu juris interpretem: forsitan enim in clero magnae ecclesiae tempore Codini erat is qui postea dictus est *νομοφύλαξ*, cuius mentio in Turcogr. l. 7 fol. 506. nec est a vero alienum fuisse inter officiales ecclesiasticos aliquem qui de iure responsa daret. Glossarium Latinogr. *tabellio νομικός*.

ibid. ὁ νομικός] qui typis et ecclesiasticis rubricis apprime eruditus, quod quoque die legendum officium vel occurrat memoria facienda, sancit et publicat. ita me docet Antonius Cralis CP. alii eum esse volunt qui legem cantoribus ponit et choros regit. solent nostrates musici elevata depressaque manu cantus modum et ordinem praefigere cantoribus, quod Graecis deesse nequit; quibus praeterea illud est in usu, ut variis manus dextrae motibus diversisque digitorum et articularum conformatiōnibus varias vocum inflexiones in omnium conspectu melius quam musicae notulac designent, atque ita non scriptis sed manus nutibus, quam χειρονούσιαν dicunt, cantus leges ob oculos ponant. hos cum Theophilo χειρονομεῖν scriberet Cedrenus: auctor *νομικός* nuncupat.

ibid. Sequitur ὁ πρωτοκανόναρχος, *primus canonarchus*, in-

quit Junius, cuius etiam Citrius meminit. Junius in schol. *canonarchus*, qui *canonibus synodalibus et aliis legendis praefectus est*; cuius rei exemplum habetur c. 6 et 15. verum in priore loco non sit mentio *protocanonarchae*, sed canonarchae, qui duo diversi, sicut protonotarius et notarius. verba Codini p. 46 4 haec sunt: legitur a canonarcha illud πολυχρόνιον, *diuturnum faciat deus sanctum imperium tuum in multos annos*: idque tertio repeti dicit. estne hic sermo de *protocanonarcha* an de *canonarcha*? diciturne ipsius esse legere *acta synodica* et alia huius generis? estne fausta illa apprecatio *diuturnum faciat imperium tuum* etc. canon synodalis, ut Junius loquitur? multo minus id altero a Junio citato loco p. 82 4 reperire licet, ubi nullum verbum nec de canonarcha nec de protocanonarcha. sed Junius tanquam caecus in his ecclesiasticarum functionum vocabulis oberrabat, et dummodo aliquid diceret, facile se inventurum fidem arbitrabatur apud illos qui praeter praedicantes et ministros verbi nihil norunt.

Quis igitur *protocanonarcha*, et unde hoc nomen? exponet nobis hoc Zonaras, qui in commentariis super canonas Anastasinos Ioannis Damasceni ita commentatur: *canon dicitur, quia praefinitam et novem odis circumscriptam habet periodum*, ut videre est in Graecorum ritualibus libris. ab his igitur canonibus apud Graecos magnae auctoritatis et existimationis *protocanonarcha*, et qui sub illo erat, *canonarcha* nomen traxerunt: ipsorum enim erat canonas istos, quando in ecclesia decantandi erant, inchoare et reliquis quasi praeire. hinc, et non aliunde, hoc nomen originem dicit.

κανών hymnus ecclesiasticus est longior et pluribus tropariis constans. qui vero canonibus istiusmodi concinendis incumbit, *κανονάρχης* appellatione honestatur. hoc autem pacto *κανοναρχεῖ*. deficientibus libris prout apud nos, uncialibus literis exaratis et in chori medio ad omnium obtutum expandendis, canonarcha troparii unius commata successim alta voce dextro choro primum, tum alterius troparii vel strophes commata choro alteri, non interrupto cantu, suggerit; ac ita fungitur officio quod est *κανοναρχεῖ*, canonum videlicet decantandorum *singula verba et periodorum membra* prudenter ob librorum defectum *suggerere*, et quo tono sint cantanda monere.

Quartus est *εξάρχος*, *exarchus*, *dux quidem*, inquit Junius, et *praeses ministrorum ecclesiae in ordinanda singulorum functione et ministerio*. fallitur. rectius in Turcogr. fol. 192 exarchus *legatus aut vicarius patriarchae aut metropolitae*, *sicut nos legatum apostolicae sedis dicimus*. et fol. 293 dicitur exarchos missos ad colligendum subsidium pro pendendo Turcis tributo: habere etiam potestatem τοῦ ἀρχοντὸς ποιεῖν καὶ ἀφοίζειν, privandi officio ecclesiastico et excommunicandi, δι' εὐλόγους αἰτιας. item ius absolvendi poenitentes; et ad hoc propriis literis, quas συγχωρητικὰ γράμματα appellant, a patriarcha instruuntur. fol. 219 duo nominantur patriarchales exarchi uno et eodem tempore, qui et interdum *eparchi*. de exarcho nihil,

quod sciam, Citrius. exarchi dignitas olim clara fuit etiam extra ecclesiam inter palatinas functiones et imperatorias. hinc *exarchi* illi in Italia, quorum nusquam non mentio. et Gennadius *exarchus Africæ*, ad quem scribit S. Gregorius Magnus l. 1. epist. 37. hinc *exarchatus* et *exarchia*. ἔπαρχος palatina dignitas est apud Codinum p. 10 3.

p. 6 v. 10. ἔπαρχον eum hodie vocant, qui velut a latere patriarchae legatus provincias ei subiectas obit, ac de clericorum moribus, de causis ecclesiasticis, de cultu divino, si non obsolescat, de coniugij et eorum divortiis, de plebis pontificisque dissidiis, de canonum ecclesiasticorum observantia, de sacramentis, confessionis maxime, conferendis, de monachorum disciplina, de ecclesiarum a dioecesanis exemptarum legibus etc. inquirit, et his cunctis ex aequo bonoque, dum, quod aiunt, visitationem peragit, consultit in posterum; præ omnibus vero census ex unaquaque ecclesia patriarchae obvenientes et cuncta ad eum spectantia iura diligenter investigat, rigide colligit, et nonnunquam exinde per ample auctus, ad patriarcham defert. hoc eius munus imperatoris exarchis in Italia quondam residentibus non absimile, illi si quidem belli pacisque tempore cuncta imperatorum iura sarta tecta servabant: hi pariter, ceu patriarchae vicarii ac eius personam referentes, omnem eorum exercent potestatem, et omnem debitum censem eorum nomine exigunt. Allatiana: ὁ ἔπαρχος ἵσταται πλησίον τοῦ δευτερεύοντος ἐν ἐκκλησίᾳ, γνωρεῖ δὲ καὶ πᾶν σκεῦος καὶ ἀλλαγὰς τῆς περιοχῆς τῆς ἐπιστολῆς. ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς ιρέας τῆς ἀγίας ἐκκλησίας, εἰ ἐνοίδησαι δικαίωσι. καὶ γράφει τὰ ἀντιμήνια. ἀναγνωρεῖ δὲ καὶ τῶν ἀνδρογύνων τὰ παιώνια. antimesis diei annique, quo consecrata sunt, notas apponit: et matrimoniorum impedimenta examinat. observa τὸ ἀλλαγὴν vestem sacram referre, τὸ ἀλλάσσον vero frequentius per totum hoc opus occurrentes vestes sacras induere.

P 177 *ibid.* Ultimus est *ecclesiarcha, praefectus ecclesiae*. Citrius nominat tres ἄρχοντας τῶν ἐκκλησιῶν, inter quos haud dubie unus, *magistratus ecclesiarum*.

ὁ ἐκκλησιάρχης] qui suae curae demandatam ecclesiae curam tenet, ad officium divinum dat signa, lumina disponit et accendit, sedilia componit, sacras imagines profert vel recondit, ac denique munditiem ubique splendere providet, uno verbo sub sceuophylace magno vasorum custode sacristam agit. eius instituendi formam in Euchologicis protuli fol. 489. socium ex Graecorum relatu τὸν διαβαστὴν lectorem sermonum et homiliarum et κανδήλαπτην cereis lucernisque accendendis praefectum adiunxi. huic, sicut et τῷ λαοσονάπτῃ, signorum in ecclesia faciendorum studium commitit Allatius de recentiorum Graecorum templis fol. 101. proindeque, si non eorum munere fungitur, suae saltem dispositioni tenet subiectos qui sequuntur in Allatianis. ὁ πολέμιμος ὁρίζει, καὶ σημαίνοντος ἐν τῷ παιδῷ τῆς φαλμωδίας ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. ὁ καταγοιάρης (alias κατηγοριάρης) φιλοκαλῶν τὴν ἐκκλησίαν ἀπτει δὲ καὶ τὰς κανδήλας, φέρει δὲ καὶ λαμπρόν. (addunt alia: ὑπομνίζει τὰς ἐπισήμους ἔορτὰς τοῦ λαοῦ, ἵνα σχολέσῃ.) οἱ λαμπαδάριοι καθίζονται (alia: καθαρίζονται) τὰς λαμπάδας, ἀπτοντοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ὁ βασταγάριος, ἵνα βαστᾷ τὸν τῆς ἐκκλησίας ἄγιον εἰς λιτάς καὶ ἔορτὰς ἐπισήμους. [M: οἱ θεωροὶ νὰ θεωροῦν καὶ νὰ σκοπεύονται τὸν ἄρ-

χορτας, ίνα καθιζωνται καὶ εἰστήκουν εὑπαντα. ὁ δεκανός, ίνα καλῇ τοὺς ἵερεῖς εἰς τὰς αὐτῶν δικαιώμασι καὶ προσφερόμασι. ὁ κονβούκλης ίνα βαστῷ τῷ δικαιώματι τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατῇ.]

C A P U T XIII.

p. 6 v. 12. **I**n nona pentade primas tenet domesticus τῶν θυρῶν, *praefectus ianuae*, tertius nimirum *ostiarius*: nam in sexto quinario duos enumeravit Codinus, et Citrius tres ostiarios inter officiales ecclesiasticos nominat; quorum tertius hic forium domesticus seu *praeses*, uno verbo *ianitor*.

Sacri tribunalis fores subdiaconis commendatas testatur Maximus in Dionysii de eccl. Hierar. c. 3: σημείωσαι, inquit, ὅτι οἱ διάκονοι τότε τὰς θύρας εἴχον, νῦν δὲ οἱ ὑποδιάκονοι. suffragatur Thessalonicensis praesul Simeon: φυλάσσει μὲν ὁ ὑποδιάκονος τὰς πύλας τὰς ἱεράς, ίνα μὴ τις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ. eam ob rem soleam locum ad sacras altaris fores situm, de quo cum auctore c. 17, subdiaconis lectoribusque ceu propriam sedem Thessalonicensis idem assignat: ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνωστας παθῆσθαι χρὴ ἐξωθεν τοῦ βῆματος περὶ τὸν σωλέαν, ὃς δὴ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. inter subdiaconos autem vel lectores antesignanus ille, cui ceu potiori earum commendatur custodia, iure merito mihi δομέστικος τῶν θυρῶν nuncupetur.

ibid. Sequitur *chartularius*, qui longe diversus a chartophylace; et inepte vocatur *chartophylax chartularius*, ut supra dictum. Citrius non unum sed plures ponit: nam lectores enumerans collocat inter illos χαρτουλαρίους τῆς μεγάλης σακέλλης καὶ τοῦ σκευοφυλακίου, *chartularios magnae sacellae et sceuophylacii seu armarii vasorum*, inquit Bonefidius. docuimus iam supra p. 123 ex Balsamone eos qui chartophylaci, sceuophylaci, magno sacellario subserviebant tanquam administrati, appellatos esse *chartularios*, ita ut chartularii isti nihil aliud fuerint quam συμμερισταὶ τοῦ κόπου, *laboris consortes*, ut Balsamon loquitur. nec scio quam apte hoc quadret *registrator Iunii*.

Nec Latinis chartularius ignotus fuit: nam S. Gregorius l. 1 epist. 75 ad episcopos Numidia scribens nominat Hilarium *chartularium suum*, qui in Africam a praedecessore S. Gregorii missus sedis Apostolicae loco causas ecclesiasticas cognoscebat et tanquam iudex dirimebat et iudicabat; mansitque in eodem officio in Africa etiam sub Gregorii magni pontificatu, cuius ipse suis in epistolis crebro meminit. verum chartularius Codini longe inferioris ordinis et dignitatis erat, inter lectores nimirum constitutus, et antepenultimus in ultima pentade.

Porro cum plures fuerint chartularii, ut Citrius expresse scribit,

cur Codinus unum duntaxat nominat? an unum nominando reliquos subintelligit? an iste chartularius qui in nona pentade, diversus est a chartulariis magnae sacellae, scenophylacii etc? sed quod officium? Iunius expedite: utinam vere. ὁ χαρτονλάριος qui publicis literis tabulis instrumentisque curandis et retractandis constitutus est. at hoc officium pertinet ad chartophylacem eiusque chartularios seu ministros, item ad protonotarium et similes. an chartularius iste inter lectores peculiare quiddam obtinebat, ratione cuius chartularii nomen acceperat?

Registrorum, chartarum, codicillorum onus sibi impositum vel solo nomine chartularius indicat: quorum vero commentariorum curam suscepit hic privatum, ex generica communique voce non facile assignaveris. sacellario et oecono pariter legimus in superioribus chartularium adiunctum, laboris, ut ait Balsamon, συμμεριστήν: hic vero lectores inter et cantores recensitus commentariis et memoriis non invigilat alii quam quae lectores et cantores decent, ecclesiasticis videlicet libris proferendis, quorum copia cum trigesimum supererat numerum. custodem privatum non immrito sibi exposcit assignandum, haec Antonius Cralis CP lector rettulit; cui non displicet memoratum ab Allatianis decanum cum chartulario confundere. ὁ δεκανός, inquit illa, τάσσει τοὺς λεσεῖς ἐν τοὺς ἔρχομένοις αὐτῶν δικαιώμασι. rursum: ὁ δεκανὸς ἵνα παλῇ τοὺς λεσεῖς εἰς τὰ αὐτῶν δικαιώματα καὶ προσφέρειν. quantis vero tabulis chartis codicillis et scriptis ratiociniis, quibus attendere solet chartularius, opus sit, etiam vir integerrimae conscientiae fidelissimaeque memoriae fatetur.

Inter dignitates palatinas est ὁ μέγας chartularius. quis fuerit, docet Zonaras in Leone Isaurico: ὁ τῶν βασιλικῶν ἐπιπούμων ἐπιστατῶν, praefectus imperatoriis equisonibus. pertinuisse dignitatem hanc ad curam stabuli regii docet ipse Codinus, munus magni chartularii explicans c. 5. fuit inter militaria officia chartularius. id liquidum ex Leone imperatore, qui diataxi tertia cum protonotario thematis et cum praetore sive iudice thematis numerat quoque chartularium thematis, quem constitutum dicit πρὸς τὴν τοῦ στρατοῦ καταγραφὴν καὶ ἀναζήτησιν, describendo et recensendo exercitu. vide Rigaltium verbo protonotarius. qui sint homines chartularii, disces ex Cuiacio Observat. 4 5. vide eundem de chartulariis ab lib. 10 cod. Iustin. tit. 23 et infra lib. 2 c. 3.

p. 6 v. 13. Tertium locum obtinet ὁ δεποτάτος. Citius numero multitudinis δεποτάτοι. quantum errorem Iunius commiserit fol. 194, deceptus lectione falsa, quam facile emendare poterat, iam alibi P 178 dictum est (ad p. 93 22). in scholiis non minus ineptit. ὁ δεποτάτος, barbare, chartulario adiunctus ἀντιγραφεύς, quem vulgo, ut Budaeus loquitur, contrarotulatorem vocant. praecclare. interim nos credamus Citrio, qui deputati munus non numerat inter officia, in quo a Codino dissentit, sed inter διακονίας seu ministeria. sed quicquid sit de hoc, quod deputatorum munus esset, his verbis docet: οἱ δεποτάτοι δὲ μανδυοφοροῦντες μετὰ λαμπάδων προπορεύονται τοῦ τε ἀγίου εὐαγγελίου, ὅποτε ἀναφέρεται εἰς τὸν ἄμ-

βωνα ποδὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τῶν ἀγλῶν δώρων ἐν τε τῇ εἰς τὴν ἄγιαν τράπεζαν εἰσόδῳ καὶ ἐν τῇ εἰς τὴν πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν.

p. 6 v. 13. ὁ δεποτάτος] Allatiana: ὁ δεποτάτος περιπατῶν ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως παθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν στράταν, viam populo mundam vacuanque reddit. alia: ὁ δεποτάτος νὰ παλῆ τοὺς ἀρχοντας εἰς τὸν ἀρχιερεα καὶ νὰ παθαρίζῃ τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν στράταν.

Fuerunt etiam deputati inter officia militiae, de quibus multa ex variis imperatorum constitutionibus Rigaltius in suo lexico, verbo δεποτάτοι, quem vide: nihil enim illi ad nos, qui ecclesiastica officia tractamus.

ibid. Sequitur ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας. Junius *praefectus instrumento sacro*. de quo duo potius suspicor quam scio. quid si ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας sit ille qui pavimenti in magna ecclesia curam gerebat? nam ποδέα est *solum, pavementum*; unde Germanis *der boden*. et patet hoc ex Originibus Cp., ubi ambitus fori dicitur fuisse aequalis τῆς ποδέας τῆς κόρητης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. et ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας ideo etiam dici nequit *praefectus instrumenti sacri* seu *supellectilis*, quia distinctum et proprium officium est ὁ μέγας σκευοφύλαξ πρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. quid si sit unus ex θεωροῖς, ex custodibus qui, ut ait Citrius, τὴν φυλακὴν καὶ τὴν σκευὴν πιστεύονται τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ τῶν καλυμμάτων αὐτῶν, εἰ μάλιστα εὑρίσκονται ταῦτα λίθοις καὶ μαργαρίταις κοσμούμενα. adde quod in Turcogr. p. 181 ποδαῖς pro *vestibus* seu *tegumentis* legitur: μετὰ εὐμορφωταῖς ποδαῖς. *interpres*, *ornavit templum imaginibus pulcherrime vestitis*; in margine additur μετὰ ὡραιοτάτων ἐφαπλωμάτων, cum *venustissimis integrumentis*. quid si horum et similiūm cura ad istum spectabat?

ibid. ποδέαν Meursius interpretatur *ministerium, utensilia*. nisi quae sint illa proferas, ministerio tuo non utar, Meursi. prosunt amplius Graeculae mulieres, quae ποδέαν partem vestis inferiorem crura pedesque suos velantem vocant: utilius adhuc me docuerunt viri, talaris cuiuscunque tunicae oram terram allambentem, quia pedes ambit, ποδέας nomen mereri. profuere prae caeteris illi sacratae Graeci, qui anterioris altaris ornamentum, sacrasque illas vestes sericas vel auro textas vel etiam ex auro solido vel argento confectas, ac imaginibus in ecclesiis circumponendas, ποδέας nuncupari asseruerunt. fidem cunctis a me datam confirmat Nicetae auctoritas in variis eius lectionibus obviam facta, in Isaacio quidem Angelo l. 1: οἱ νήπια πατήσιψαν, τὸν ἔνδον πλοῦτον περιεβάλλοντο, ἵερὰ ἀναπεύνησαν φροντιστήρια, ποδέας ἀφέλλοντο τῶν ἀγῶνων, cui ultimi commatis vice alia lectio reponit ἐπιπλα ἀφέλλοντο παναγῆ. eiusdem Isaacii l. 3: τὸν ἐν ἀναπτόροις περιώνυμον ναόν, ὃς νέα μονὴ πικλήσεται, θείας πάσης ποδέας ἐψίλωσε. alia lectio θείου παντός ἐπιπλον ἐψίλωσε. ex his conicio τὸν ἐπὶ ποδέας esse vel qui ecclesiae stragulas vestes, sive muris sive altaribus ornandis, sub sua dispositione teneret, vel qui sanctas imagines fictis vestibus circumtegeret, vel denique, quod certius autumo, limbos pontificiarum vestium honoris gratia soleret e terra tollere, quod munus apud nos magnatibus a servis puerisque honorariis praestatur, cui 'etiam exsequendo officium *caudatarii* nomine pontifex summus et cardinales voluerunt in Romana curia institutum. conjecturam fapprobavit Antonius Cralis memoratus, ab altari tamen et

ecclesia ministerium eius semovit, et per vias tantum locaque gressibus difficultia monuit adhiberi consuetum.

[ισθι δὲ καὶ τοῦτο. τὸ συνοδικὸν καὶ ἡ ἀνάγρωσις ἀπασα, ὁ χαρτοφύλαξ ἀναγινώσκει αὐτά. εἰ δὲ οὐκ ἔστι χαρτοφύλαξ, οἷς πρωτεύει τῶν ἀξιωμάτων.

καὶ διεργηνευόμεθα καὶ τὰ μῆνεα τῶν αληθινῶν. ἡ πρώτη πεντὰς τὰ διπλᾶ, ἡ δευτέρα πεντὰς ἐν καὶ ἥμισυ, ἡ τρίτη πεντὰς ἐν καὶ τέταρτον. ἀρχεται οὖν καὶ ὁ πρωτοπαπᾶς εἰς τὰ διπλᾶ τοῦ.

αὕτη ἔστιν ἡ διάταξις τῆς ἀγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ἷμπερ ἐνομοθέτησαν οἱ ἀγιώτατοι πατριάρχαι καὶ οἱ οἰκουμενικοὶ πατέρες παρὰ τῶν ἀγίων συνόδων, καὶ ἐνέθησαν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ ποιεῖν οὐτως ὡς ἔφημεν. M.]

Porro sicut in primo quinario Codinus ponit sex, ita in hoc ultimo collocat duntaxat quattuor. ταῦτα τὰ ὄφρικα τὰ ἐκκλησιαστικά, inquit Codinus, haec sunt officia ecclesiastica. quae etiam in epist. Graecorum ad Gregorium X. papam ex parte commemorantur. *magnus oeconomus, protecdicus, logotheta, castrisius, referendarius; qui super iudicia, qui super secreta, qui super sacrum et dona apostolica, qui primicerius patriarchalium notariorum; qui princeps ecclesiarum, qui super petitiones, qui rememoratorii, qui ostiarii, qui patriarchales notarii, qui protopapae cum toto presbyterio archidiacanatus ecclesiastici, et qui domestici cum omnibus psalmistis et lectoribus.* Gregorius papa in epist. ad Graecos *sacellarium* addit.

C A P U T XIV.

In enumeratione officiorum ecclesiasticorum non convenit Citrius cum Codino, ut supra c. 6 monuimus. causam addit, quia patriarchae haec omnia arbitratu suo mutabant depressoque in altum evehebant et evectos deprimebant et nova munia instituebant, prout huic vel illi gratificandi voluntas ferebat. praeter officia a Codino enumerata sunt istaec: ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, *catechista, orphanotrophus, quatuor defensores, καὶ ὁ περιοδευτής, circitor* Bonesidio, *correctori- bus visitator.* quid si sit ille quem Typicum sancti Sabae nominat ἔξυπνιαστήν seu ἔξυπνίστην, excitatorem, cuius erat in vigiliis et ἀγρυπνίαις circuire et somnolentos excitare?

P 179 Praeter hos recenset Citrius *theoros* seu *custodes*, et *deputatos*, de quibus capite superiore; itemque *camisatos*. sed addit haec: οὐκ εἰσὶν ὄφρικα ἀλλὰ διαπονίαι περὶ τὸ ἄγιον βῆμα. quod *camisatorum* sit officium, his verbis docet: *camisati ferendis ad altare carbonibus et sacris lebetibus calefaciendis occupati sunt, ut illic more solito aqua fervens sacrī calicībus tempestive infundatur.* solent enim Graeci, ut videre est in liturgia S. Chrysostomi et in theoria rerum ecclesiasticarum Germani et in expositione liturgiae Cabasilae, ca-

lici iam consecrato sub ipsum communionis tempus infundere aquam calidissinam, quam a fervore vocant *ζέσιν*, et ipsum vasculum in quo adfertur *ζέον*, ut quemadmodum ex latere Christi in cruce pendentis utraque (sanguis et aqua) θερμότητος πεπληρωμένα profluxerunt, ita tempore communionis communicantes et sanguinem et aquam, et quidem utraque calentia, percipient, *ως αὐτῇ τῇ ζωπαρόγχῳ πλευρᾷ φανόντων*. de qua consuetudine, quam rationi consentanea sit, nihil opus pluribus hic disquirere. huic ergo aquae calefaciendae vacabant *camisati*, ut et carbonibus pro suffitu ferendis et fovendis. sic dicti a *camisiis*. Iunius vertit *indusia* fol. 86. nec est quod quis dubitet *camisia* Italica esse *indusia*. sed si ecclesiastica vocabula ecclesiastico more iutelligere et interpretari velimus, necessario dicendum est, apud Codinum per *camisia* intelligi id quod Germanice vocamus *den chorrock* seu *chorhemd*: nam de lectoribus agens Codinus ait eos stare in medio triclinio cum vestibus et epirriptariis suis, habentes *camisia* ἐπάνω τῶν ἱματίων. sic c. 7 de mensa imperatoris Codinus: ingrediuntur *psaltae* seu *cantores* *cum suis epirriptariis et camisiis*, hoc est mit *den chorhemdem*; quae nullus ecclesiasticarum rerum peritus vocat *indusia*. vulgo vestes superpelliceae dicuntur. ab his ergo *camisiis camisati* nomen venit; quos forsan non inepte vocaveris *lineatos*.

Praeter hos sunt apud Citrium patriarchales domestici: *καὶ τοῦτο δὲ τὸ ὄφθιμον τῶν ἀναγνωστῶν ἔστι*. functio huius est τὸ ἐν ταῖς προσόδοις τοῦ πατριάρχου λέγειν εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. quae acclamatio mirum quam Graeci delectati fuerint. hinc nihil crebrius apud illos quam illa *πολυχρονιάζειν, πολυχρόνισμα, πολυχρόνιον*.

Quod attinet ad Graecos recentiores, praeter multa ecclesiasticorum officiorum vetera nomina habent sua et propria, quae nec in Citrio nec in Codino apparent; quae ex Turcograecia colligi possunt, ut est ὁ νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, πρωτοσύγγελος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἐφημέριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, *lampadaricus magnae ecclesiae* (nam ὁ ἄρχων τῶν φώτων videtur fuisse alius apud Codinum), *magnus logotheta magnae ecclesiae*, ὁ μέγας ἀρχιτεχνος. meminit quidem Codinus rhetoris, sed absque τοῦ μεγάλου additione.

C A P U T XV.

Ex clericis aulae nominatum exprimit p. 93 v. 5 Codinus 1) *protopsalten*, quem simul ait esse imperatori cleri exarchum. 2) *domesticum*, quem ait esse exarchum cleri Augustae, eundemque aliquando simul esse domesticum ecclesiae; aliquando vero ecclesiam

P 180 proprium domesticum habere. erat autem domesticus unus ex psaltis seu cantoribus, et a protopsalta proximus, sub se habens alios psaltas seu cantores, *quos veteri consuetudine*, inquit Codin. c. 17, *nominant cractas*, hoc est, ut Germani dicere solent, *schrailing*. 3) *protopapam*, qui et ipse aliquando unus et idem erat in ecclesia et aula, aliquando diversus, ut dicit Codinus n. 40 ibid. 4) *μαστρωρα magistrum*, qui et ipse cantor. c. 6. 5) *canonarchas*. 6) *lampadarium*, cuius erat imperatori lampadem praeferre. 7) archidiaconum: hunc enim non habebat ecclesia, sed aula, ut dicit Codin. fol. 125. de eodem multa fol. 96 et 97 et alibi passim; ut et de *protopapa*, lampadario et caeteris ministeriis ecclesiasticis in aula.

Apud Citrium proponuntur multae quaestiones de archidiacono: τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὄφρίμιον πόλες ἔστι τάξεως καὶ πόλου βαθμοῦ, καὶ εἰ προστατεῖ τῶν διακόνων ὡς ἀρχιδιάκονος. respondet Citrius archidiaconicum officium non esse ἀρχοντικόν, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια. Bonefidius vertit: non est *magistrale*, neque *ex liberalitate pontificali*, ut *magisterialia*. correctores correxerunt: archidiaconicum officium non est *ex officialium dignitatibus*, nec tribuitur *ex liberalitate pontificali*, ut *officialium dignitates*. prima versio satis est *magisterialis* seu *magistralis*, secunda paulo propius scopum tangit. archonticia officia et ἀξιώματα apud Citrium sunt illa quae quis obtinet διὰ τῶν ἀρχοντικῶν, hoc est *per literas et codicillos τῶν ἀρχόντων*, *principum*, sive ii essent imperatores sive patriarchae. respondet ergo Citrius archidiaconi officium non esse eiusmodi quod per *archonticia* conferatur, seu ab imperatore seu a patriarcha, sed esse longi temporis et operae diu praestitae quasi remunerationem: διὸ καὶ ὡς χρόνου καὶ ἡδίου τόπου δώρημα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικοὶ δόποιοισοῦν τετίμηνται εἴτε καὶ μή, ἐν τε τῷ ναῷ, ἐν τῷ ἀγίῳ βῆματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων.

Quaesitum quoque fuerat num patriarcha posset per sola *pittacia* et *brevia*, et mandato suo, praeferre aliquos nullo officio insignitos illis qui priores fuerant, nullo tamen ipsi etiam officio decorati. respondet Citrius hoc plane esse intolerandum, ut praferantur aliqui prioribus per *pittacia*, etiamsi, qui praferantur, habeant officia; sed quemlibet in loco et statione sua, quam tempore acquisivit, relinquendum esse: η γὰρ τάξις καὶ στάσις τῶν διακόνων τῷ χρόνῳ ἐνθυμέζεται καὶ στηρίζεται, καὶ ἔστιν ἀμετανητός, inquit Citrius; qui et addit ei qui *archonticiis* seu *brevibus* huiusmodi honoratus est, satis esse ut quando patriarcha seu pontifex rem divinam facit, sit ipse primus ἐν τῇ εἰσόδῳ, in ingressu ad altare, seu in itu et in perceptione divinorum mysteriorum. in ceteris quemvis suum locum tenere debere; et iniquum esse ut ὁ προεισοδεύσας, qui *primas tenuit*, seu ut vulgo loquimur, qui *praecedentiam habuit*, de loco suo deturbatus alteri cedere cogatur. ex quibus.

recte intellectis indicium facere licebit de interpretatione Bonefidii et correctorum eius. promotionum per pittacia meminit etiam Bal-samon ad 17 canonem apostolorum.

Quia vero in his officiis ecclesiasticis multa occurrunt compo-sita ex vocabulis ἀρχή et ἀρχων, aliquid super his notare lubet, ante omnia illud quod duplicitate cum aliis coalescant, primo quidem initio vocis, ut ἀρχιεπίσκοπος, ἀρχιτοιμην, archidiaconus, archi-strategus, archidux, architriclinus, archiatrus, architectus, archi-presbyter, secundo in fine vocis, ut patriarcha, ecclesiarcha, cano-narcha, monarcha, toparcha, tetrarcha, ethnarcha, trierarcha. inde etiam est ἔξαρχος, ἐπαρχος et id genus alia, tam in ecclesia quam extra usurpata et usitata.

Haeretici nostri temporis, ut alia, ita et ipsa prisca vocabula P 181 sustulerunt, potissimum illa quae ex ἀρχή et ἀρχων compacta. hinc archiepiscopi nomen exterminant, ut et patriarchae, archidiaconi et id genus alia, tanquam *superba fastuosa et simplicitati apostolicae ad-versantia*, quippe quae imperium et potestatem in subditos denotent, non primum in aliqua functione seu ministerio, seu primum ordine in aliquo coetu, absque tamen imperio et potestate in caeteros. hinc ipsi gaudent apostolicis illis et, ut loquuntur, modestissimis appellatio-nibus πρεσβυτέρων, ποιμένων, ἐπισκόπων, λειτουργῶν, διακόνων, δούλων. verum nomina haec esse retinenda ubi hactenus vi-guerunt, et revocanda ubi exoleverunt, fuse demonstrat Adrianus Saravia Calvinista, in libro quem de diversis gradibus ministrorum evangelicorum evulgavit c. 25, sic tamen ut his appellationibus nul-lum in alios imperium designetur, sed sola ordinis dignitas et ut sic dicam, *primitas* seu τὰ πρωτεῖα. huic Calvinistae opposuit se Cal-vinistarum antesignanus Beza proprio libro adversus Saraviam publi-cato, ubi contendit nomina haec prorsus *non esse toleranda*, sed ex ecclesiis explodenda tanquam simplicitati apostolicae prorsus repug-nantia. mihi conflictus iste inter hos duos Lapietas mire placet: nam in Saravia observo haereticam arrogantiam, quae cum omnia confuderit et permiscuerit, nunc quasi poenitentia duceretur, honori-fica illa patriarchae archiepiscopi archidiaconi et similia cognomenta ambit iisque decorari gestit, ita tamen ut antiqua notione quasi exuta novam induant, nullamque potestatem et nullum imperium signifcent. in Beza autem id prae caeteris animadvertendum puto, quod non obscure suos Calvinistas Anglos, et Lutheranos in Ger-mania et Suecia, perstringit, quia aliqui illorum sese *archiepiscopos* et *primates* et *archidiaconos* nominant, et ita etiam nominari et sa-lutari volunt, pulchrisque sub nominibus turpem haeresin celant.

C A P U T XVI.

Variis in locis sacrarum vestium ministrorum ecclesiae mentionem facit Codinus; ex quibus nonnullae solis episcopis, aliae etiam sacerdotibus et diaconis competunt. primas teneat στιχάριον, lucidi vestitus angelorum imitamen, inquit Simeon Thessalonicensis lib. de Templo. saepius enim in veste fulgenti angelos apparuisse novimus, ut et illum in monumento salvatoris coopertum stola candida, praeterea purum et ab omni inquinamento liberum sacerdotalem statum esse oportere docet; propter quam puritatem etiam sacerdos hac gratia dignus iudicatur; quod ipsum testatur, cum se induens haec verba pronuntiat “exultabit anima mea in domino, quia induit me vestimento salutis” et quae sequuntur. episcopi autem στιχάριον desuper descendencia habet flumina: est enim undulatum, et gratiam docendi in ipso repraesentant. nam et inter angelos non omnibus idem est ordo et gradus, sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. vocantur autem flumina propter vocem salvatoris in evangelio dicentis “qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.” hoc idem pallio episcopali notatur. flumina quidem habet propter ea quae diximus, pocula vero pro typo veteris et novae gratiae. quae etiam fluminibus quasi innatant; quod non aliud sibi vult quam magistro sive doctori ex duobus testamentis ad docendum hauriendum esse. erant autem sticharia non solum candida, sed nonnulla etiam purpurea, quae a sacerdotibus et diaconis tota quadragesima gestari testatur Codinus c. 9 p. 67, excepto festo annuntiationis, palmarum et magno sabbatho paschae.

Inter caeteras quaestiones quas Bulgariae archiepiscopo Demetrio Chomatiano posuit Constantinus Cabasilas archiepiscopus Dyrrachii, fuit ista, an consentaneum sit in purpureis pontificalibus vestimentis, quemadmodum et in albis, in stichario quidem flumina, in phaenolio autem cruces gestare. respondet Demetrius: *consuetudo ecclesiae purpurea pontificalia indumenta simplicia vult esse et sine praedictorum fluminum cruciumque adiectione.* Meursius sticharium interpretatur *sticam*: nam Glossis Isidori *stica* est tunica. sed nihil melius est quam in his et id genus aliis retinere Graeca vocabula, quia nulla suppetunt Latina quae vim et energiam Graecorum perfecte exprimant. erant autem sticharia duplia, nempe patriarchalia et episcopalia, insignita figuris instar gammae literae Γ, ut apud Balsamonem legimus; cuiusmodi vestes appellabantur *gammadia seu gammatio*. Anastasius in Leone III: *columnas argenteas octo et gammadias chrysoclabas*. quod autem Meursius existimat trigonia, quae sunt in phaenoliis, esse ipsam literam Γ, id mathematicis Leidensibus persuadeat, si potest; nos certe tres angulos ex littera Γ extundere non possumus.

2) φελώνη seu φελόνη, imo etiam φαινόλιον, φαινόλης, φε-

λόνιον. penulam hic qui vertunt, ii frustra sunt. nulli penulae inter vestes sacras locus est, tametsi non ignoro quid de penula apud S. Paulum epist. 2 ad Timoth. 4 nonnulli philosophentur. quae vero eius significatio? *sacrum φελώνιον*, inquit Simeon Thessalonicensis, *sublimiorem et superne collatam spiritus virtutem sub quadam effigie monstrat, imprimis saccum quo per ludibrium salvator induitus est; idcirco et sacci formam habet: nec enim in eo sunt quae appellantur μανίκια seu manicæ. φαινόλια patriarchica et episcopalia plena erant crucibus (unde ipsis polystaurii, quasi dicas multicrucii, appellatio), et repraesentant per totum orbem diffusam venerandæ crucis gloriam, ut inquit Balsamon in dissertatione de patriarcharum privilegiis. formæ autem triangulæ, quae in iisdem phaenoliis visuntur, declarant angularem lapidem Christum deum nostrum, qui disiuncta coniunxit, ut inquit idem Balsamon.*

3) *epitrachelium.* heterodoxi interpretes vertunt *collare seu collarium*: sed id nimis profanum videtur. retinemus ergo nomen Graecum. *epitrachelium*, inquit Simeon, *e caelo descendedentem spiritus gratiam menti subiicit. ob hoc enim et episcopus et sacerdos a capite illud induens "benedictus deus" inquit, "qui effundit gratiam super sacerdotes suos."* unde eo quilibet sacerdos utitur, quotiescumque *sacrificat*. Germanus in sua theoria rerum ecclesiasticarum: *dextram partem epitrachelii significat arundo ludibrii gratia dexteræ Christi data; sinistram partem indicat crucis in propriis humeris gestatio. epitrachelium, inquit Balsamon, significat lorum illud quo vita ad mortem tracta est.* quod autem Meursius opinatur τὸ ἐπωμάδιον esse τὸ ἐπιτραχήλιον, id difficile creditu erit illis qui τὸ ἐπωμάδιον propius ad ὡμοφόριον quam ad ἐπιτραχήλιον accedere norunt.

4) *orarium.* *diaconus angelicum sortitus ordinem*, inquit Simeon, fert in humeris quod ὁράγιον nominant, quod quasi alas habet, ut iliorum spirituum, qua præstant, intelligentiae celeritatem demonstret. quare et Cherubim facies obvelantia imitans, ipse quoque, dum cingitur, quodammodo ut rei divinae particeps et administer futurus, operitur. in ipso item orario sanctus sanctus scriptum est, quo ministratorius sanctorum angelorum ordo exprimitur. gestabatur orarium in sinistro humero. S. Chrysostomus in Liturgia: τὸ μὲν ὁράγιον ἀσπασάμενος ἐπιτελθοι τῷ ἀριστερῷ ὥμῳ. figuram diaconi orarium portantis habes initio Gregorae a Wolsio editi. apage illos qui hoc orarium volunt esse ἔκμαγειον τοῦ προσώπου, sudarium sudori abstergendo, καὶ χειρόμαντρον, manibus purgandis et abstergendis. sint enim oraria profanis scriptoribus ea quae Arnobius vocat *mucinaria*, hoc est linteal minuta, quibus et mucus narium et sudor ex vultu manans abstergitur, prout copiose ostendit Casaubonus in notis ad Flavium Vopiscum: in ecclesia tamen orarium sacra stola erat, et nullo modo a diacono induenda vel ferenda ut sudarii vicem subiret. quis ergo eius usus? non omnium vestium sacrarum usus exquirendus est: sufficit omnes inventas et introductas esse ad or-

natum incruenti sacrificii seu liturgiae, seu ut nos vocamus, missae. usum alium si habere cupis, en tibi hunc ex Matthaeo Blastare in Synopsi Conciliorum. τοῖς διακόνοις δέδοται καὶ μόνοις τῷ λαϊ ῥῶν ὄμων τοῦτο περιτιθέναι· ἐκλήθη δὲ ὡράριον ἐκ τοῦ ὡρῶ τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηδῶ· οἱ γὰρ ἔξαρτωντες τοῦτο διάκονοι, τοῖς ἱερονογοῦσι παριστάμενοι καὶ τὰς τῆς Ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηδοῦντες εὐχάς, τῷ ὡραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἀμβωνι σημαίνοντοι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὄφειλονύσης γίνεσθαι ἐμφανήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν. orario significant, quandonam tempus sit separandi voce publica catechumenos a fidelibus. lecto enim evangelio diaconus exclamabat “exeant, qui non communicant.” quo catechumeni exire iubebantur, fidelibus remanentibus. hunc Blastarae locum Casaubonus profecto perquam Calviniane explicat his verbis: *diaconus, qui orarium gestabat, eum qui in ambone sacram scripturam legebat, admonebat quando vel ad fideles vel ad infideles deberet orationem flectere.* glossa haec Calviniani spiritus est, liturgiae sacrae ritus et ceremonias ignorantis. quodsi quis vocabulum *orarii* nimium urgens linteum tergendo ori significare contendat, eo quod ab ore formari videatur, is eadem solertia dicere poterit verbum *oro* idem esse, quod *edo*, eo quod ab ore deducatur, sicut et *adoro*. Alcuinus de divinis Officiis c. 39 enumerans sacra ecclesiae vestimenta, *orarium*, id est *stola*, dicitur *eo quod oratoribus, hoc est praedicatoribus, concedatur*. etsi non his tantum, sed et sacerdotibus, qui stola utuntur inter sacrificandum, ut et diaconus et subdiaconus inter ministrandum. sudori abstergendo serviebat sudarium, *quod ad tergendum sudorem in manu gestari mos est; quod usitato nomine fanonem vocamus*, inquit Alcuinus. vide Glossarium ad codicem Legum antiquarum.

5) ὠμοφόριον humerale dicas licebit, tametsi a nostro humerali vel superhumerali prorsus diversum. proprium episcoporum gestamen, *quod ex lana confectum*, inquit Simeon, *in orbem humeros ante et retro convestit. hoc genus indumenti sine dubitatione a verbo carnem ex virginē propter nos susceptam humanaeque naturae assumptionem declarat.* ideo enim *ex lana quoque texitur, quoniā erruticam ovem, hoc est naturam nostram, signat, et quoniā ipse quoque agnus pro nobis occisus vocatus est.* ipsa item verba quae humeris eo tegendis profert, sententiae huic suffragantur: *ait enim "sublata in humeros, Christe, natura quae erraverat, assumptus deo et patri illam obtulisti."*

6) mandyas proprium episcoporum vestimentum; de quo iam saepe supra c. 13 n. 6 et l. 3 com. c. 14 ad pag. 105 17. scribitur etiam μανδύον et μανδύη.

7) epigonatum, *supergenuale*, quod victoriam adversus mortem (verba sunt Simeonis) nostraeque naturae immortalitatem et vires salvatoris contra maligni daemonis tyrannidem robustissimas ostendit. quamobrem et romphuvae simile est, et lumbis alligatur, ubi hominiū

robur situm praedicant. hoc ipsum verba quae in cinctu adhibentur confirmant, "accingere romphaea tua super femur tuum, potentissime."

8) ἐπιμανίου. idem Simeon: τὰ ἐπιμανία actionis divinae omnia efficientis significantia sunt, et Iesum suis manibus sacrificium corporis et sanguinis sui per se obtulisse; cui convenient quae iis induendis recitantur, "dextera tua, domine, glorificata est in virtute," et "manus tuae fecerunt me et plasmaverunt me." quin etiam vincula manuum salvatoris, in quibus ad Pilatum deductus est, quidam per ἐπιμανία expressa volunt.

9) saccus; de quo iam alibi (supra n. 3 et Codin. p. 15 19). quaerebat Cabasilas Dyrrachiensis ex Demetrio Chomatiano, an fas esset purpureum saccum facere et gestare. respondit Deme- P 184 trius: *saccum purpureum nequaquam novit ecclesia, quandoquidem saccum in tribus duntaxat anni celeribus dominicis festis suum usum praebat, nimirum magno paschatis dominico, pentecoste et natali Christi. hoc igitur satis plenam fidem facit, saccum ut sit purpureus necesse non esse, cum etiam sint luctus insigne purpurea huiusmodi vestimenta: in solis enim ieiunii diebus et mortuorum memorii usurpatur.*

Mitra seu insula non utuntur episcopi Graeci in sacrificio, sed aperto capite totam liturgiam perficiunt. *aperto capite*, inquit Simeon, *episcopi et sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino patriarcha, sacris funguntur, non ob humilitatem aliquam, sed ob causam altiorem et longe diviniorem videlicet, quam divinus Paulus ponit ac docet, Christum caput nominans, nos autem membra ipsius, et oportere nos Christum caput nostrum honorantes caput inter orandum nudatum habere. nec ob hoc tantum, sed quia etiam nudo capite, qui consecratur, consecrationem accipit. atque ita quemadmodum cum ordinatur, precibus et sacris operari debet. et hierarcha potissimum, quoniam et dum consecratur, a deo tradita eloquia sive sacrum evangelium supra caput habet, in sacrificio divinissimo peragendo velato capite conspici non debet. obiicit fortasse quispiam hinc sequi, Alexandrinum episcopum et alios quamplurimos ex veteri traditione tecto capite sacris operantes non rite ac sancte facere. istuc non dico. nam illi antiqua nixi traditione, quae magis legi antiquae respondet, ita faciunt, quando et legis sacerdos cidarim, quam et mitram vocabant, in capite gerebat; quo eodem nomine hierarchae eas gestantes appellare consueverunt. ac fieri potest ut eo capitis tegumento aut spineam domini coronam aut sudarium, quod fuit super caput eius, in mentem nobis revocent. haec ille. si Graeci non parcerent suo Alexandrino, procul dubio, ut alia multa adiaphora, sic et morem istum tecto capite litandi praecise ac simpliciter repudiarent damnarentque: illud enim schismatis ingenium est, ut praeter id quod sibi placet, vix quicquam aliud placeat. vocatur insula praesulis Alexandrini a scriptoribus phrygium, quod S. Cyrillo concessum fuit, quando in concilio Ephesino Coelestini papae Romani vicarius erat. a Cyrillo ad successores quoque phrygium seu mitra venit; dicebatur-*

que haec tiara *phrygium*, quod Phrygio opere constaret. *phrygii* mentio fit in diplomate Constantinanae donationis, ubi ita Constantinus: *deinde diadema, videlicet coronam capitinis nostri, simulque phrygium, nec non superhumerales, videlicet lorum quod imperiale circumdare assolet collum, verum etiam et chlamydem purpuream atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta etc.* quae totidem verbis leguntur quoque apud Leonem IX pontificem in epist. contra Michaelem Copolitanum et Leonem Achridenum. Balsamon in Graeca versione huius edicti ubique per *lorum* intelligit *mitram* seu *tiaram* sive *phrygium*, ut et in meleta de *patriarcharum privilegiis* et in meleta de *officio chartularii*, cum tamen nemo aliis *lori* nomen hoc significatu usurpet. sunt qui suspicentur Balsamonem respexit ad laurum seu lauream, usitatissimum olim coronae genus: ex lauro enim facilem esse transitum in *lorum*. utcunque sit, de sensu an lapsu Balsamonis satis constat. illud eiusdem edicti in Latina versione, *sicut noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est candido linteamine illustratis, sic utantur et clerici*, ut recte accipias, ipse textus Latinus facit, dum illud *cum udonibus explicat cum candido linteamine*, retento, deflexo tamen nonnihil Graeco vocabulo, ὁδόνη seu ὁδόνιον, quod est linteum. eodem edicto vocatur corona sacerdotalis, qua Sylvester in capite insignitus erat, παπαλῆθρα.

Lubet hic referre quod annotavit Sirmondus noster ad epist. 3 l. 6 Epistolarum Sidonii. *tonsura clericalis ita olim fiebat ut circulus tantummodo capillorum emineret, instar coronae.* *sic enim describit Gregorius Turon. de Nicetio Trevirorum episcopo. S. Nice-tius, inquit, ab ortu suo clericus est designatus: nam cum partu fuisse effusus, omne caput eius, ut est consuetudo puerorum, a capillis nudum quidem cernebatur, in circuitu vero mediorum capillorum ordo apparuit, ut putares ab iisdem coronam clerici fuisse signatam. hodie apud nos antiquam coronae formam soli fere monachi retinent, et pueri vocales symphoniaci. nam brevis ille orbis in vertice, quo cleri pars magna utitur, insolens olim atque inusitatus in ecclesia fuit, ut docet canon 40 concilii 4 Toletani. haec ille.

P 185 Diximus Graecos non celebrare operto capite, excepto patriarcha Alexandrino et pauculis aliis, cum ecclesiae Latinae episcopi tiara seu infula caput tecti potissimum liturgiae partem peragere soleant. sed quid Alcuino contrarium affirmanti de divinis officiis c. 38 respondebimus? audi eius verba. *huiusmodi vestis (cidaris) non habetur in Romana ecclesia vel in nostris regionibus: non enim moris est ut pileati divina mysteria celebrent; apud Graecos autem hoc dicitur, qui pileos, hoc est cyprias (scuphias), gestant in capite, dum adsistunt altaribus.* an dicemus tempore Alcuini viguisse alium morem quam posterioribus seculis, Graecis suam consuetudinem deserentibus Latinisque eam complectentibus?

LIBER SECUNDUS.

C A P U T . I.

Post indicem officiorum et officialium magnae ecclesiae subiicit Codinus catalogum officiorum et officialium aulae Cpolitanae, et quidem longe accuratiorem quam sit prior ille.

Circa inscriptionem et titulum huius partis mss codices non conveniunt: nam Bavarii ita habent: τὰ ὄφφικα τοῦ παλλατίου. οἱ δὲ καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλατίον, καὶ πᾶς τὸν βασικέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως δεσπότου καὶ πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῷ παλλατίῳ. eodem ferme modo codex Augustanus et apographum inde sumptuū, citante Iunio. tres alii libri plura adhuc ingerunt, indicem scilicet et post indicem scholium satis longum.

Indicem etiam A, scholium Regii alii. ita enim Goarus: Se monatum, ubi praefaremur, meminisse precor lectorem, e duobus integrerrimis exemplaribus Regiis, quibuscum praeiens opus contuli, neutrum caput de officiis ecclesiae CP continere; atque ita tanquam a primo, ab hocce de nominibus officialium palatii utrumque ordiri. advertet exinde non eundem in editis a Gretsero ac in Regiis esse capitum totius operis ordinem: quin imo in eo qui numero 1149 inscribitur, quodque e duobus *primum* (A) ubique nuncupo, diversam omnino distribuendi libri dispositionem servatam, eidem quippe in duodecim tantum sectiones singulis suis titulis illustratas partito, cuncti simul in ipso limine collecti praeponuntur.

P i n a ἔ τοῦ βιβλίον.

P 136

Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωμάτων καὶ ὄφφικῶν τοῦ παλατίου ἡτοι τῆς συγκλήτου. (καὶ τῶν ὄφφικῶν, omissis τοῦ — συγκλήτου, Δ.)

Περὶ τῶν φορεμάτων ἐκάστου τῶν ἀξιωμάτων. (τῶν τε ἀξιωμάτων καὶ ὄφφικῶν A).

Περὶ τῆς ὑπηρεσίας ἐκάστου τῶν ὄφφικῶν.

Περὶ τῆς τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τάξεως καὶ τῶν κατ' αὐτὰς τελουμένων ἔθίμων. (addit A: ἐν αἷς διαλαμβάνεται καὶ περὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὑπηρεσίας τοῦ τε πικέρνη, τοῦ δομεστίκου τῆς τραπέζης καὶ τοῦ ἐπὶ τραπέζης.)

Περὶ διαφόρων ἑορτῶν. (περὶ ἑτέρων διαφόρων ἑορτῶν, ἐν αἷς ἀπέρχεται ὁ βασιλεύς, εἰ ἐνδημῶν τῇ Κωνσταντινουπόλει εὑρίσκεται. A)

Περὶ τῆς ἐν φωσσάτῳ ἥτοι στρατῷ ὑπηρεσίας. (ἐν τῷ φωσάτῳ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὑπηρεσίας τοῦ τε μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλης, τοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ μεγάλου ἀδνουμιαστοῦ. A)

Περὶ στεφηφορίας βασιλέως.

Περὶ προβλήσεως δεσπότου.

Περὶ προβλήσεως σεβαστοκράτορος καὶ Καίσαρος.

Περὶ προβλήσεως πατριαρχῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων.

Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.

Περὶ μελλούσης δεσποίνης γινομένης. (καὶ περὶ μελλονέμφης δεσποίνης, omisso γινομένης, A)

Ιστέον ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φοροῦσιν οἱ ἀπὸ τοῦ πανυπερσέβαστον μέχρι τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, τὰ δὲ συρματέννα (συρματηρά Regii) οἱ ἀπὸ τοῦ μεγάλου πριμμικηρίου μέχρι τοῦ (παρακ. τῆς σφ.] κουροπαλάτου Regii) παρακοιμωμένου τῆς σφενδόνης, τὰ δὲ κλαπωτὰ οἱ ἀπὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίου (πρωτοβεστιαρίου Regii) μέχρι τέλους· ὁ γὰρ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν, εἰ καὶ μεταξὺ τοῦ τῆς σφενδόνης καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου εὑρίσκεται, ἀλλ’ οὖν μήτε συρματέννον μήτε κλαπωτὸν σκιάδιον φέρει, ἀλλὰ διὰ βλατίου ἀσπρὸν μετὰ μαργελίων (ὁ γὰρ — μαργελίων om. Regii). τὰ δὲ σκαράνικα (φοροῦσιν addunt Regii) οἱ ἀπὸ ἀρχῆς μέχρι τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγελῶν, τὰ δὲ πόκκινα οἱ (οἱ om. Grets.) ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου καὶ (καὶ om. Regii) μέχρι τέλους.

Sed haec ipso Codino capitibus tertio et quarto dilucidiora evadent, tametsi non satis cum indice congruere videntur.

[Alium officiorum Palatinorum indicem Medonius edidit, et ante Medonium Leunclavius Iur. Graeco-Rom. 1 p. 184. is infra positus est.

Τὰ ὄφθιμα τοῦ παλατίου.

Οἱ δεσπότης, οἱ σεβαστοκράτορες, οἱ καίσαρες, οἱ πανυπερσέβαστος, οἱ πρωτοβεστιαρίοις, οἱ μέγας δούκες, οἱ μέγας δομέστικος, οἱ πρωτοστρατάρχης, οἱ μέγας λογοθέτης, οἱ μέγας στρατοπεδάρχης, οἱ μέγας πριμμικηρίος, οἱ μέγας κοντοσταῦλος, οἱ ἐπὶ τοῦ κανικλείου, οἱ πρωτοσέβαστος, οἱ ἐπικέρνης, οἱ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης, οἱ παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος, οἱ μέγας βαῖσουλος, οἱ κουροπαλάτης, οἱ πρωτοβεστιαρίτης, οἱ

δομέστικος τῆς βασιλικῆς τραπέζης, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης,
 ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ, ὁ μέγας παπιάς, ὁ ἵπαρχος,
 ὁ μέγας δρουγγάριος τῆς βίγλης, ὁ μέγας ἑταιριάρχης, ὁ
 λογοθέτης τοῦ δρόμου, ὁ ὑπατος τῶν φιλοσόφων, ὁ μέ-
 γας χαρτουλάριος, ὁ μυστικός, ὁ πρωτασηκρῆτις, ὁ
 ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου, ὁ δο-
 μέστικος τῶν σχολῶν, ὁ πριμικῆριος τῆς αὐλῆς, ὁ πρω-
 τοσπαθάριος, ὁ μέγας ἄρχων, ὁ τάτας τῆς αὐλῆς, ὁ
 μέγας τιανούσιος, ὁ πραίτωρ τοῦ δήμου, ὁ λογοθέτης τῶν
 οἰκειακῶν, ὁ μέγας λογαριαστής, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων,
 ὁ ἀρχιδιάκονος, ὁ σκοντίριος, ὁ πρωτοκύνηρος, ὁ
 ἀμηνάλης, ὁ ἀκτονάριος, ὁ μήγας ἀδνουμιαστῆς, ὁ
 κοιταίστωρ, ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, ὁ πρωτοιερά-
 πιος, ὁ κοιτῆς τοῦ βῆλου, ὁ μέγας διερμηνευτῆς,
 ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν, ὁ δικαιοφύλαξ, ὁ ἀπόλουθος,
 ὁ ὄρφανοτρύφως, ὁ πρωτονοτάριος, ὁ κριτῆς τοῦ φωσσά-
 του, ὁ δομέστικος τῶν τειχέων, ὁ πρωταλογάτωρ,
 ὁ βεστιαρίου, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μονακαβάλων, ὁ
 στρατοπεδάρχης τῶν μονατάτων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζακ-
 κώνων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων, ὁ ἐπὶ τῶν
 ἀναμνήσεων, ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος, ὁ προκαθή-
 μενος τοῦ βεστιαρίου, ὁ δομέστικος τῶν θεμάτων, ὁ
 πρωτοκόμης, ὁ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων, ὁ
 δομέστικος τῶν δυτικῶν θεμάτων, ὁ προκαθήμενος τοῦ μεγά-
 λον παλατίου, ὁ προκαθήμενος τῶν Βλαχερονῶν, ὁ λο-
 γαριαστῆς τῆς αὐλῆς, ὁ μέγας διοικητῆς, ὁ νομοφύ-
 λαξ, ὁ βεστιαρίτης, ὁ ἑταιριάρχης, ὁ ἄρχων τῶν ἀλ-
 λαγίων, ὁ μέγας μυρταΐτης, ὁ κοιτῆς τοῦ σενδέτου,
 οἱ ὥρδονῦχοι, ὁ καβαλλάριος, ὁ σεβαστός, ὁ προκαθή-
 μενος κάστρου, ὁ δρουγγάριος στόλου, ὁ κόμης.

p. 6 v. 17. Despota Iunio dominus: sed ego Graecum nomen
 et hic et alibi libenter retineo, praesertim cum despota etiam La-
 tinorum usu et calamis tritus sit; neque Latina vox dominus vim
 Graecae illius despota assequitur. despota inaugurationem habet
 c. 18. nec probo quod Glossarium affirmit, despota nomine voca-
 tos fuisse filios, fratres, generos imperatoris, sebastocratoras, Caesa-
 res et patriarchas. nullus hoc nomine appellabatur, nisi despota
 honore certisque ornamenti insignitus esset, sicut etiam nullus se-
 bastocratoris aut Caesaris nomen obtinebat, nisi per inaugura-
 tionem hanc dignitatem consecutus fuisse. loquor autem de poste-
 rioribus sequioris Graeciae temporibus, quae nobis Codinus repre-
 sentat; tamenetsi extra Cpolim transiit etiam sine inauguratione ad
 alios. hinc princeps Serviae vocabatur despota Serviae; pro quo
 annales Latini saepe despotus. apud Gregoram lib. 3 et Aetoliae P 187
 et Epiri despota. despota Serviae etiam ciales, hoc est rex audie-
 bat; et uxor eius non tantum despoina sed et cralaena seu cralitsa:

nam ut est in Pandecte Turcico c. 54, Ungaris Bulgaris Serviis *kiral* aut contractius *kral* rex est et *cralna* regina; quae Polonis *krol* et *krolna*. nec dubium videtur illud *kiral* exstisset ex Graeco κύριος.

Proximus erat despota ab imperatore; quo circa in syllabo dignitatum primum locum obtinet. Michael tamen Palaeologus despota maiorem honorem, tametsi anonymum, excogitavit; cuius vestigia Cantacuzenus sibi sequenda duxit, ita de se 45 scribens: *Matthaeum seniorem filium nulla nominatim dignitate coherestat, honore tamen supra despotas effert, nempe ut esset imperatori proximus; quem honorem primus Palaeologorum imperator Michael propter filium Constantinum Porphyrogenitum invenit; videbaturque ea dignitas despotarum dignitati antecellere.*

p. 6 v. 17. δεσπότης] imperii collega, ut et senior imperator, dictus quondam Augustus; imperii vero designatus successor, vel ab imperatore primus, ad Alexii Comneni, qui tyrannidem circa Christi annum 1117 invasit, nuncupabatur Caesar. Alexius Nicephoro Melisseno nomen ac dignitatem Caesaris iam adepto fratrem Isaacium praeferre meditatus, sebastocratoris nomen, quo supra Caesarem proximus ab imperatore coherestatur, adinvenit; ac tandem Alexius alter Angelus imperio potitus ex Alexio Theodoroque generis alterum creato recentius despotatus dignitate, sebastocratori Caesarique superiore, sibi secundum, auctore Phranze 11, effecit. exin celebre despotae in curia CP nomen, urbeque a Latinis occupata et nondum a Graecis recepta Ioannes Ducas Michaelem Thessalum filiumque Nicephorum τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι despotatus honore legitur extulisse apud Gregoram 2 13. sub Ioanne Lascari, memorati Ioannis nepote, cum imperii administrandi curam in se suscepisset Michael Palaeologus, ac ad ipsum imperii solium, quod solus herede pulso tenebat, omni arte totisque viribus contendenter, ὀλίγα παρῆλθον ἡμέραι, scribit praefatus Nicephorus 3 10, καὶ δεύτερον συγχροτοῦ βουλευτῶν οἱ αὐτοῦ σπουδασταί, οὐδὲν εἶναι φάσκοντες τὸν τὰ βασιλικὰ καὶ κοινὰ διοικοῦντα πράγματα καὶ προσβείας πολλῶν ἀναδεδημένον ἔθνων μὴ καὶ τῆς βασιλείας ἔγγιστα ἔχειν καὶ τὸ ἀξιώμα, τιμῆς ἔνεκα τοῦ τῶν Ρωμαίων γένους καὶ ἄμα βεβαιώσεως τῶν μεταξὺ γινομένων καταστάσεων. ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ δεσπότον ἀξιώμα δέχεται παρά τε τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ νιοῦ τοῦ βασιλέως, Ioannis nimirum Theodoro nati. eo tamen titulo iam Michael alias Theodori gener gaudebat, quo constet, ut in inveniendis subtiles, ita et in geminandis dignitatibus Graecos fuisse liberales. Iubens tamen fateor Michael hunc non eo nomine despotam vocatum, ut imperium heres adipisceretur, sed ut Aetoliae et Epiri princeps audiret, quo quidam alii dicti sunt Serviae despotae, hoc est reguli: quo etiam sensu Chaganus Turcarum dux ὁ μέγας δεσπότης ἐπτὰ γενάν et κύριος πλιμάτων τῆς οἰκουμένης ἐπτά legitur apud Theophylactum Simocattam l. 7 de rebus Mauricii; nec non Boesilas τῶν Μυσῶν δεσπότης apud Cantacuzenum 1 55.

p. 7 v. 1. Sequitur σεβαστοκάτωρ, novum inventum et commentum Alexii Comneni, de quo filia eius Anna Alexiad. 3: νέον ὄνοματοποιήσας ἀπό τε τοῦ σεβαστοῦ καὶ αὐτοκράτορος τάδελφῷ ἔθηκε. eadem Zonaras in Alexio Comneno. at Glōssarium contentit nomen hoc longe fuisse antiquius Alexio Comneno, quippe principibus Thessaliae a Constantino Magno concessum. itaque novum

fuisse, sed in palatio, non extra. et probat hoc ex l. 7 Nicephori Gregorae; apud quem tamen nihil huius invenio. verba eius dabo. ὁ δὲ Ρωσικὸς τὴν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξέλωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήσωται Κωνσταντίνου, ὁ δὲ Ηλεοποννησιακὸς τὸ τοῦ πριγκιποῦ, ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς τὸ τοῦ μεγάλου δονύμος, ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηρῶν τὸ τοῦ μεγάλου πριμαριηρίου, ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσου Σικελίας τὸ τοῦ ἥηγός, καὶ ἄλλοι ἄλλα. nec alio loco, quem adducit Glossarium, id affirmat Gregoras, sed tantum dicit in postremo Thessaliae principe, qui erat Ioannes Ducas, defecisse maiorum successionem et sebastocratorum principatum, qui ab Alexio Comneno talis esse poterat: ut enim nomen despotae transiit ad alios principes, ita etiam nomen sebastocratoris ex aula ad principes Thessaliae manasse videtur. adde quod Anna dicit Alexium novum nomen composuisse ἐκ τοῦ σεβαστοῦ καὶ τοῦ αὐτοκράτορος. quomodo ipse primus haec duo in unum conflavit, si nomen hoc a Constantini magni aeo descendit? Zonaras κατινὸν ὄνομα vocat. quomodo κατινόν, si a Constantino magno? idem ex ipso Codino satis manifestum est. an nomen *superintendentis* ideo novum esset, licet Glossarii auctor scholae Leidensis superintendentis salutaretur? translatio quidem ad hunc hominem nova esset, sed vox ipsa nova non esset utpote iam pridem in novatorum circulis decantatissima. etiam antecessores Alexii hoc morbo laborarunt, et in primis Leo philosophus, qui teste Zonara Zantzem Stylianum non tantum designavit magistrum et dromi logothetam, sed et novo excoigitato nomine βασιλεοπάτορα nominari voluit.

[σεβαστοκράτωρ] dignitatis eius instituenda causam refert Anna Comnena institutoris filia Alexiados l. 3. Ioannes Alexii filius concessos patruo honores servavit, ut in eius vita narrat Nicetas. Ioannes idem Manuelem quattuor filiorum ultimum σεβαστοκρατορικαῖς ὑπεξήρειν τιμαῖς. Ioannis filius Manuel patre mortuo vocatus ad sceptrum Isaacium patrum etiam sebastocratorem vocatum, missis in urbem amicis, ne tum sanguinis iure tum ob dignitatem imperatoriae proximam moliretur res novas, compescuit. Nicetas idem in Manuele l. 1: μή πως περὶ τοῦ τῶν ὅλων αὐτὸς εἶναι κύριος διαιτηθήτη ἀτε ἀπὸ γενεσεώς εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλούμενος. ut potestate et insignibus, ita (usque ad despotaū creatum) sanguine coniunctus fuit imperatori sebastocrator. Isaacius Angelus anno 1184 imperium sortitus fratrem Alexium regni successorem, ac patrum quoque Ioannem ducem, sebastocratores declaravit; Alexius hic Isaacium filiae maritum priorem pari titulo insignivit. plures insuper eo nomine simul ornatos refert memoratus Nicetas, ex quo haec deprompta, qui et praefatis tertium addit, Alexium neque alterum Manuels notum, Annalium Isaacii l. 3.

Observa Iunium verba illa p. 7 v. 5 πρῶτος κατὰ τὸν χρόνον vertere et facile primus per illud tempus. inepte. natu maiorem verte, vel Anna Comnena l. 3 indice, quae de Isaaco fratre Alexio Comneni, πρώτον τῶν ἀδελφῶν κατὰ χρόνον ὄντα ἔχοιν τημθῆναι ἀξιώματι.

C A P U T II.

P 188 p. 7 v. 14. **C**aesar olim proximus ab imperatore, nunc in hoc censu apud Europalatam tertius, qui forsan paulo post maior vel minor erit, prout Favonius ex palatio Cpolitano adspiraverit; cuius iuauigationem habes infra c. 19.

Ab imperio potiundo, cuius spe pristinis saeculis fovebatur, Caesarem longe ablegavit Alexius, et sebastocratori supposuit. longius amovit alter Alexius, despota dignitate eidem anteposita. tertius itaque ab imperatore temporibus ultimis numerabatur Caesar, ut Gregoras his 41 verbis manifestat: ὁ μὲν γὰρ σεβαστοράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα, ὁ δὲ μέγας δομέστικος ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος, ὁ δὲ Καίσαρ ἄμα τῷ πενθερῷ τοῦ δεσπότου ἐς τὸ τοῦ σεβαστοράτορος. ἐποιεὶ δὲ ἐπίσημον τὴν ἐν τοῦ πενθεροῦ διαφοράν, ὅτι ἐν τοῖς κανονοῖς πεδίλοις καὶ χρυσοῦρεις αὐτῷ ἐνημόζοντο ἀστοῖ. sebastocratoris praeterea publicis in acclamatiōnibus simul cum imperatoris pronuntiatum nomen audiebatur, quod superior observatio ex Anna Comnena declarat, Caesaris nusquam: id enim per unius tantum anni spatium Alexio fratri concessit Michael Palaeologus, ac ut pariter imperatoris pene more recuperata Cpoli triumphans incederet coronatus, de quo Gregoras laudati libri sect. 5: ἀντάξιον ἀπέδωκεν γέρος Ἀλεξίῳ τῷ Καίσαρι, ὅτι δὶ αὐτοῦ τοῖς Ρωμαίοις τὴν τῶν πόλεων βασιλεύονταν ὁ θεὸς ἔχαριστο. τὸ δὲ ἦν θριαμβον συγκροτηθῆναι πολνανθρωπότατον καὶ περιφανέστατον κελεύσει τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν Καίσαρα πομπεῦσαι ἐπὶ πάσῃς τῆς πόλεως, οὐ μόνον τοῖς τοῦ Καίσαρος παρασήμοις κοσμούμενον, ἀλλὰ ποὺς τούτοις καὶ στεφάνῳ πολυτελεῖ καὶ μικροῦ δέω λέγειν βασιλικῶ. ὁ δὴ καὶ γέγονε. προσετετάχει δὲ ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς διὰ μηνῆς τὸ τοῦ Καίσαρος δύομα ἀγεσθαι διοῦ τοῖς τῶν βασιλέων ἐν τοῖς υψηληροῖς καὶ εὐφύμοις ἀπασι, πανταχῇ τῆς τῶν Ρωμαίων ἐπικρατείας ἄχρις ἐπιαντοῦ. καὶ τὰ μὲν τοῦ Καίσαρος εὐτυχήματα τοιαῦτα.

ib. v. 15. Magnus domesticus hic ordine tertius est. Graecis domesticus nihil aliud est quam προηγούμενος καὶ ἐπιστάτης et in ecclesiasticis *domesticus* appellatur ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης μελωδιῶν τε καὶ μελωδῶν, ut est apud Citrium in Responsis; de quo iam lib. 1 c. 2. ut autem domestici nomen sonantius esset, vocula μέγας appingenda fuit. quae duo Latini interdum coniungunt, ut Tyrius de bello sacro 2 5: *cum esset in imperiali palatio plurimum honoratus, et megadomestici dignitate, quem nos maiorem seneschallum nominare consuevimus, fungeretur, ab imperatore secundus.* hinc δομέστικάτον dignitas seu officium domestici. Anna Comnena l. 8: καὶ τὸ δομέστικάτον αἰτούμενος τῆς ἀνατολῆς οὐκ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως. utitur eadem vocula Turonensis 2 8: *Gaudentius pater Scythiae provinciae primoris loci, a domesticatu exorsus militiam, ad magisterii equitum culmen proiectus est.* verum tam μέγας domesticus quam alii domestici saepius adhuc nobis sese spectandos exhibebunt.

Non unus, sed plures domestici, ecclesiastici, militares, civiles. hic unus qui μέγας, de cuius nomine et officio pauca et huic

tantum loco congrua dicenda. domesticus idem olim qui procurator, ac numerosae familiae totiusque domus curam gerens. Simocatta 8 13: ἀναιρεῖται ὁ πραισεντίνος ὁ τὰς τοῦ Πέτρου (στρατηγοῦ) πεπιστευμένος φροντίδας, ὃν δομέστικον εἰώθασι Ρωμαῖοι αποκαλεῖν. hic in fidem suam communia familiae bona recipit, ac etiamnum hodie in monasteriis πιστικός audit. Artabasduum Artabasduus alius Copronymi gener domesticum (procuratorem intellige) apud Theophanem efficit. hinc cuiuslibet rei vel ordinis praefectus ac praepositus vocatur domesticus a Graecis; de quo Ioannes Citri episcopus: η τοῦ δομέστικον προσγραφά κατὰ Λαζίνον τὸν ἑξάροντα, τὸν προηγούμενον, τὸν ἐπιστάτην δῆλος. a re itaque familiari ad militiam translata vox ducem exercitus supremum, et ut loquitur Comnena Alexiados 2, στρατηγὸν αὐτοκράτορα, vel ut alii praefectum praetorio, quod militares copias sub imperatore diceret communiumque rerum administrationem ab eo sibi commendatam teneret, significat. eadem occurrit primum apud Cedrenum in Theophilo, sub quo Manuel Romanas legiones ducit, Theophobus Persicam: ille vero domesticus mox declaratur. legitur quoque primum apud Theophanem in Michaelae Rancabe μέγας δομέστικος Theophilo antiquior. in Irene et Constantino cernitur Antonius quidam domesticus cum militaribus copiis ad bellum missus: η βασιλισσα ἀπίστειλεν τὸν Ἀντάνιον σὺν τοῖς τάγμασιν. Antonius idem πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν scribitur in Copronymo. unde coniicio supremum exercitus Romani ducem circa Copronymi aetatem domesticum, ac paulo post magni honore adjuncto vocatum, qui prius στρατηγός ubique audiebat: fatear licet alia iterum vice domesticum exstare in Iustiniano 2, at non exercitus sed στρατόρων equionum celebrari. eius igitur est exercitum educere, et belli res curare. eapropter Michael Palaeologus Ioannis Angelii fratrem μέγαν χειροτονήσας δομέστικον, καὶ τὰ στρατεύματα παραδόντας αὐτῷ, εἰς δύσιν ἐκπέπομψε κατὰ τὸν ἀποστόλον Μιχαὴλ. φροντιστής etiam et ἐπιμελητής δημοσίων πραγμάτων ab auctore memoratur; cuius quidem ac amplioris etiam muneris descriptionem exhibuit Cantacuzenus, ipse magnus domesticus, 2 5.

p. 7 v. 16. Panhypersebastus.] etiam hoc ἀξίωμα καὶ ὄνομα est Alexii Comneni ποίημα, qui in his excogitandis secundus et secundus fuit. vide Zonaram in Alexio Conneno. sed ut hic dicitur, iste panhypersebastus, ultra quem ambitio progreedi non posse videbatur, invenit sequentibus annis parem Ioannem Cantacuzenum, magnum domesticum, et paulo post maiorem ac superiorem, ut et protovestiarium. ita ceu pila ludebant isti et rebus et nominibus modo in altum elatis modo deorsum pressis. Andronicus senior imperator Ioannem nepotem suum panhypersebasti dignitate decorans eum longe augustiorem effectit quam antea fuerit, concessis vestimentis calceis et equi ornamenti lutei coloris, ut inter imperatoriam nobilitatem maxime illustris esset, ut ait Gregoras l. 7. ut autem uxor despotae despoena, Caesaris Caesarissa, sebastocratoris sebastocratorissa dicta est (vide c. ult. Codini), ita uxor panhypersebasti panhypersebasta audiit; qualis apud Gregoram l. 3 filia Theodori Metochitae, matrimonio iuncta praedicto Ioanni panhypersebasto.

Ο πανυπερσέβαστος] de cuius dignitate ab Alexio Comneno inventa praeter Zonaram haec Anna filia: κατ' ἐπεῖνο δὲ παιδοῦ τετίμηται καὶ ὁ Ταραντίτης καὶ γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῆ τοῦ βασιλέως πρωτοσέβαστος τε καὶ πρωτοβεστιάριος. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ παν-

περσέβαστος ἀναδίκηνται καὶ σύντροφος τοῦ Καισαρος γίνεται. τούς των δὲ τῶν ἀξιωμάτων τὴν καινοτομίαν ὁ ἔμος πατήρ προσεξένετο ξυνθεῖς, τοῖς δὲ καὶ παραχοησάμενος· τὸ μὲν γὰρ πανυπερσέβαστος καὶ σεβαστοκράτωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συντεθεικέναι παραχοησάμενος φαίνεται. σεβαστοῦ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἀνέπαθεν κοινῶς ὄντοι μάζοντο, καὶ ην ἰδιαίόντως εἰς βασιλέα λεγόμενον τὸ τοῦ σεβαστοῦ ὄντονα. αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρότερον πατήνεγε τὴν τοιαῦτην ἀξίαν. erat enim, non Caesare modo sed et domestico, panhypersebastus humilior, unde et panhypersebastum, a quo sibi metuebat, promeriturus senior Andronicus ad Caesaris dignitatem evexit. Gregoras 8 20: ὃνδεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς διὰ δέος μειζόνων κακῶν ἀπέστειλε πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν (πανυπερσέβαστον) καὶ ἐμε τῇ προεβάσῃ καὶ τὰ τοῦ Καισαρικοῦ ἀξιώματος σύμβολα. illustriorem tamen a prima sua institutione reddiderat idem imperator, ut apud Gregoram ipsum reperies libri praecedentis sect. 28. et ut illustrem valde laudat Nicetas in Andronico l. 1.

p. 8 v. 13. *Protovestiarus]* primus praefectus vestiarii, cuius uxor *protovestiaria* salutabatur, ut est apud Annam Comnenam l. 6 Alexiad. de protovestario saepius dabitur dicendi locus.

p. 8 v. 18. *vestiarium* adibit qui de protovestario sollicitus est. *vestiarium* nonnunquam *vestitus* est, *res vestaria*, quantum *satis* est *vestium*, sicut *calciarium* quantum *calceamentorum* necesse est. *vestiarium* in postremis libris Codicis et in Notitia Imperii accipe, in quo *vestes principis conduntur et reponuntur*. Moschopulus lib. cui titulus συλλογὴ Ἀττικῶν ὄντων: βεστιοπάτης ὁ ἡπτῆς. βεστία γὰρ παρὰ Ρωμαίος τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως, ἐν ὧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Guillelmus Tyrius l. 2 de bello sacro: quo facto ex imperialibus vestiariis oblata sunt praedicto viro in auro vestibus vasis et pretiosis lapidibus. vides in vestiario non *vestes* modo sed et aurum vasa lapides pretiosos reponi, unde nonnulli *vestiarii* thesaureque unam acceptancem contendunt. *vestiarius* itaque qui huiuscemodi curat, profert, recondit, asservat. is βεστιάριος Graecis, ut Zonarae in Eudocia, Ioanni Damasceno monacho et aliis. princeps omnium πρωτοβεστιάριος, de quo in praesenti, cuius nomen iam a Theophili temporibus agnatum apud Theophanem, a caeteris deinde historicis usurpatum, a magnis viris ambitum. panhypersebasto nondum instituto a domestico dignitate secundus fuit, auctore Cedreno in Constantino Romani filio: Νικόλαον γὰρ τὸν πρώτον αὐτοῦ θαλαμηπόλων δουέστιου προεβάλετο τῶν σχολῶν καὶ παρακοιμάμενον, Νικηφόρον δὲ τὸν μετ' ἐπείνον τὰ δεντρεῖα φέροντα πρωτοβεστιάριον. ut domestico proximus, ac rem *vestiarium* tractans, sacras Christi fascias in ecclesiastica processione gestare manibus audet apud Cedrenum in Michaelae Paphlagone. illi ad cubiculum imperatoris nec non in ipso sacro cubiculo dormire fas erat. Leo Grammaticus in Michaelae Theophili filio: ἐνδοθεν δὲ τοῦ κοιτῶνος ἦν Βασιλιουμανὸς τῇ βούλήσει τοῦ βασιλέως ὑπνώσας ἐν τῇ πλίνῃ τοῦ Ρεντακίου πρὸς φυλακὴν αὐτοῦ. erat Rentacius ille protovestarius, prius aliquo tempore a Michaelae ad monendum de Basilio coronando patriarcham missus, et vestes regiumque apparatum omnem prolaturus.

p. 9 v. 4. ὁ μέγας δούκ^ε notum est unde Graeci ducis nomen acceperint. inde δούκαια ducis uxor, Nicetae in Alexio Commeno l. 1. δούκας, δούκάδος, δούκάδι, δούκάδα. Synodus Florentina: καὶ οἱ μεγάλοι αὐθέντες καὶ ἡγγάδες καὶ δούκάδες. legimus etiam οἱ δούκαι, τὸν δούκα καὶ δούκαν. Tyrius magni ducis meminit, sed iunctis et corruptis vocabulis, 20 14: misit cum classe de suis prin-

cipibus megalducas consanguineum suum, et 22 11: Alexius megalducas, qui classi erat praefectus. usurpant etiam Graeci δονάτον pro praefectura et ductu; et pro moneta, quae Germanis est ein ducat. δονάτων duxor. vide Meursium in Glossario Graecobarbaro. olim At-

P 189

ticae et Athenarum princeps magnus dux audiebat, ut est apud Gregoram l. 7.

Ut officia nunquam, ita nec officiorum appellations temere confundendae. quamvis itaque in posteriorum imperatorum constitutionibus nuncupentur duces qui limitibus militibus provinciis et foederatis praeuersunt (στρατιωτικὸς καταλόγος τῆς ἰδρυσατο, οἷς δὴ αρχονταὶ εἰσεὶ ἔριστάναι διώρισεν, ὃν Ρωμαῖοι δοῦκα τῇ Λατίνων καλοῦσι φωνῇ, de Iustiniano ait Procopius ubi de eius aedificiis l. 3), dux tamen magnus, de quo hic, navale solum sub sua dispositione tenere potest. ac ita vires imperii cum magno domestico dividit ut ipse maris, domesticus terrae potestatem sortiatur, prout cum auctore statim c. 5 legemus. eam ob rem ubi magni domestici nomen terrestrium copiarum duci inditum, de quo nuper coniecimus, tunc vel non multo serius magni ducis, ut maris praefectum speciatim indicaret, vulgatum suspicor. penes Gregoram itaque 7 6 fides est ut Atticae et Athenarum princeps, cuius ditio imperii CP frustulum rescissum fuit, iam a Constantini aetate magni ducis, ipse Romanis ducibus allectus, dignitatem fuerit adeptus. memorat Leo Grammaticus τοῦ πλωτῶν τὸν δοῦκα. magni nomen addidit Nicetas Manuelis Comneni l. 2 non uno loco. l. 5: ὁ Μανουὴλ στέλλει τὸν μέγαν δοῦκα τὸν Κοντοστέφανον Ἀνδρόνικον περὶ ποντᾶς ἐπατὸν καὶ πεντήκοντα τριήρεις ἔχοντα, ὅτι μηδὲ τῶν Βενετικῶν ὁ στόλος ἦν ἐνδεέστερος. in Alexio Manuelis huius F: ὀῷμησεν ὁ πρωτοσέβαστος τοὺς πιστοπόταντος στόλῳ ἐπισήμαι τριηράρχας, καὶ παραδοῦναι αὐτὸν τοὺς ἑκάτων κατὰ γένος ἔγγιζονται. τοῦ δὲ μεγάλον δούκου τοῦ Κοντοστέφανον ἀντιπρεσβάτος, καὶ τῆς στολαιοχίας παντὶ τῷ πότῳ ἔξεχουμένον ὡς αὐτῷ καὶ οὐχ ἐτέρῳ δήπονθεν προσηκούσης, ἀναγκαστὸς τὴν βούλησιν μετατίθησιν. subditur: καὶ δὴ ὁ μὲν Κοντοστέφανος Ἀνδρόνικος κύριος καθειστήκει τὸν στόλον παντός. Isaaci Angeli l. 3: στέλλει Ἰσαάκιος τὸν ἴδιον ἔξαδελφον Κωνσταντῖνον, ὃν παῖ δοῦκα τὸν στόλον προσυβάλετο. Anna Comnena μέγαν δοῦκα Ἰσαάκινην μετὰ στόλου μεγάλον in Cyprus refert missum l. 8. Constantium Dalassenum facta ad nomen allusione δαλασσοκράτορα, a patre Alexio, novorum nominum et dignitatum auctore, προκεχειρισμένον, ac inferius δοῦκα Κύριον nominatum. meminit etiam magni ducis Latinus Tyrius 20 11: misit cum classe megalducas consanguineum suum, et 22 11: Alexius megalducas, qui classi erat praefectus. iuncta corruptaque sunt haec verba, aiunt quidam: a quo, non edisserunt. certe non nisi a Tyrio scriptore barbare megalducas, μεγάλος δοῦκας vice, pronuntiante connexa. vox μεγάλος trivialis licet, prae μέγας, minus anomala est: fateor δοῦκας, vice δούξ, grammatico iure recentiore scribi.

p. 9 v. 5. Protostrator] mendose codices nonnulli πρωτοστάτων. Nicetas existimat protostratorem esse Latinorum mareschalcum: ita enim in Balduino de Gofredo loquens: μαρέσχαλκος ἦν ἀξιώματος ἀνήρ, δηλοῖ δὲ καθ' Ἑλληνας ἡ φωνὴ τὸν πρωτοστράτωρα (ita scriendum, si Latinam quantitatatem spectes: occurrit tamen crebro per ο, πρωτοστράτωρα). Ioannes Curopalata in Theophilo vocat τῶν ἐπποκόμων πρῶτον, quia illis praeerat. etiam simplex στράτωρ usurpant. Suidas: στράτωρ εἶδος ἀξιώματος. in donatione Constantini: στράτωρος ὄφφίκιον ἐποιήσαμεν.

p. 9 v. 5. stratorum erat equum freno tenere et condescendi magistratui opem ferre. Spartianus in Caracalla: *cum illum in equum strator eius levaret.* Paulus Diaconus de gestis Langobard.: *equus quamvis hinc inde a stratoribus, verberibus caesus, non poterat elevari.* ἐπιποκόμους eos dixerunt veteres Graeci: εὐθὺς οὖν καλεσάμενος τοὺς ἐπιποκόμους καὶ τοῦ ἐππον ἐπιβὰς τῆς πρὸς τὸν Κομηνὸν φρεούσης πορείας ἥψατο, στρατώδων τινῶν καὶ ἔτέρων βασιλικῶν ἀνθρώπων. eorum primus πρωτοστράτωρ. Cedrenus in Theophilo: *Μιχαὴλ ἐπποκόμων ὁ πρώτος γενόμενος πρωτοστράτωρ τοῦτον φαστ.* eadem fere Europa-lata apud Meursium. Theophanes in Michaeli Theophilii filio: *τοῖς οἰκείοις ἐπποκόμοις Βασιλείου ἐπέστησε.* πρωτοστράτωρα τοῦτον οἶδεν ὄνομάζειν ἡ διάλεκτος κοινή. eadem ad verbum ex Theophane Zonaras Ann. 3. alio nomine ἐπποκόμων στρατεύοντα vocavit Cedrenus in Michaeli Rancabe, κόμητα τοῦ ἐπποτοτίου in Israo Leone. δομέστικον quoque τῶν στρατώδων dixit in Iustiniano 2 Theophanes: ibidemque πρωτοστράτωρα τοῦ ὄψιν memorat, alium tamen a regio, comitatus nempe ὄψιν vocati, stratorum primum, magnum quoque scripsit Phranzes; at ubi decrescebat imperium, acies protostratorem saepius legimus duxisse apud Cedrenum Zonaram Gregoram et alios. senatoria dignitate claruisse discimus ex Cantacuzeni 1 15: πρὸς θύραις ταῖς σαῖς ἐφεστήκασι τῶν τῆς συγκλήτου τινές. illi domesticus et protostrator erant.

p. 9 v. 6. Magnus stratopedarcha] Graecum nomen et hic et alibi libenter retineo, quia vix suppetunt Latina, quae talium vocum vim satis exprimant.

'Ο μέγας στρατοπεδάρχης] is non aliis quam tribunus, qui militum causas definit, crimina etiam leviter castigat flagellisque caedi iubet, et absente exercitus praefecto in milites animadvertisit, vigiliarum et profectonis tesseram dat. si miles crimen aliquod admiserit, ait Vegetius 22 9, auctoritate praefecti exercitus a tribuno deputatur ad poenam. arma militum, vestes, equi, annona ad curam eius pertinent. disciplinae ius et severitas exercitus, non solum peditum sed etiam equum legionariorum, pracepto eius quotidie curatur: ipse autem custos et diligens et sobrius legionem sibi creditam assiduis operibus ad omnem devotionem reformat et industram, sciens ad praefecti laudem subiectorum redundare virtutem. στρατοπεδάρχην vero tribunum esse declarat Theophanes in Ioviano, quem eundem τριβοῦντον, deinde στρατοπεδάρχην, mox χιλιαρχὸν appellant. ultima quoque voce hoc officium eius explicat Cedrenus; quem domesticorum praefectum Marcellinus, eorundem primicerium scribit Hieronymus in Chronicō. στρατοπεδάρχην castrorum curam gessisse ex nomine scribunt alii, quibus assentior; id enim quoque muneris praestitit. auctoritatem et alia ad caput quintum proferam. Eu-mathium, ut Cyprum recuperatam tueretur, stratopedarcham ab Alexio creatum refert Anna filia l. 8: δεῖν ἔγνω Ἀλέξιος τὰ κατὰ τὴν Κύπρον ἀσφαλίσασθαι, καὶ τὸν Φιλοκάλην Εὐμάδιον τὴν ταῦτης ἀναθέμενος φρονδὰν στρατοπεδάρχην προεχειρίσατο, ναῦς πολεμικᾶς δεδομῶς αὐτῷ καὶ ἐππότας, ἐφ ᾧ τὰ κατὰ τὴν Κύπρον διά τε θαλάσσης καὶ ἥπερθεον ἀσφαλίζεσθαι. explicat Logotheta στρατοπεδάρχην voce Turcica iam Graecis satis familiari πελάρπανν: Leunclavius Peclarpax ait esse Begler-beg, quem exponit praetorem, praesidem, et tandem supremum castrorum principem; additque vocem Graecam στρατοπεδάρχην. magnum hunc stratopedarcham quattuor minoribus praefuisse scribit Meursius: at non magnus semper qui aliis praestet, sed qui officio praestat.

p. 9 v. 7. Magnus primicerius] de primiceriis iam egi l. 1 c. 2.

illud hic observa, olim Boeotiae et Thebarum principem *magni primicerii* nomen tulisse, teste Gregora l. 7, qui addit hunc ipsum principem posteris temporibus pro *magno primicerio μέγαν κύριον* appellatum esse, *a prima syllaba occasione sumpta*, a prima nūnirum syllaba vocabuli *κηρίου* amputatis compendii gratia, ut vulgus solet, ex vocabulo *primicerii* dualis prioribus syllabis. ex quo colligas iam tum *η* et *v* eodem sono, instar iota, prolata fuisse: alioqui duas illas voculas *κήριος* et *κύριος* vulgi consuetudo non confudisset.

Si primicerius ex Suida πρωτός τάξεως τῆς τυχούσης, ex Heracio in Novell. l. 2 Iuris GR ἐν ἔκστρῳ τάγματι πρωτός, ut inter cantores, de quibus superiori cap., inter advocates, de quibus Ius GR p. 225, prior est *primicerius*, an ita hic magnus inter varios imperii primicerios ut cunctis imperet? affirmat, ut nuper de stratopedarcha, Meursius, at cum alias sit in aula primicerius (*ποιμικῆριος* enim τῆς αὐλῆς legitur frequentius in sequentibus), ideo *magnus* hic, quia illi certisque praeeminet; et ea causa *primicerius*, quod, ut infra scribit auctor, sit εἰς τὸ φροσάτον κεφαλὴ τῆς βασιλικῆς συντάξεως, *in exercitu imperatorii comitatus seu ministerii princeps*; qui vulgo aulici ministerii cum potestate curator, le grand maistre. faveat voci data a Gregora interpretatione 7 8: *primicerium* enim quasi *primum κύριον*, et aptius *μέγαν κύριον* vertit. καὶ μὲν δὴ ἔστιν ἀ τῶν τοιούτων παραφθοράν τινα τῷ μακρῷ χρόνῳ παθόντα ἀμυδρᾶς πασι ὑπεμφαίνονται τὴν ἀλήθειαν. τὸν γάρ τοι τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηρῶν ἀρχηγόν, ἀντὶ μεγάλου ποιμικηρίου, μεγάλου κύριου ὄνομάζονται τοῦ, εἰς τοῦ παρενεχθῆντος ἐκ τοῦ παρενεχθῆνται τὴν πρώτην συλλαβήν. quod vero praemittit Boeotiae principem iam a Constantino primicerii nomen adeptum, nullam apud me fidem meretur.

p. 9 v. 8. Magnus contostaulus, comes stabuli, Gallis *conestable*. nomen conflatum ex *contos* seu *conto* comes, et *staulos* stabulum. Cantacuzenus 1 40: *comperiunt principem Sabaudiae, quem Latinorum lingua contos vocat*; quia ea aetate princeps iste necdum erat dux sed comes. Synodus Florentina: ἐκαθέζοντο δὲ παβαλλάριοι τε καὶ μαρκέσιοι, κόντοι καὶ δουκάδες. est etiam recentioribus Graecis κόντον breve, curtum, kurz, parvum; unde *contacium* sacri odarii genus. Cedrenus scribit quendam appellatum esse κοντολέοντα et alium κοντοστέφανον ob parvitatem, quasi *parvum leonem* et *parvum Stephanum*. est etiam κοντὰ πλησίον, prope. σταῦλον seu σταῦλος ex Latino *stabulum* detortum: nam extrita unica literula b habes *stabulum*. hinc etiam Germanis est *stall*, *stallung*, *ein-stallieren*, quod barbaris *installare*, *stallum* seu *stationem assignare*, nec mireris si talium origo a vocabulo *stabulum* repetatur, cum eadem vox contostaculo nomen tribuat, et quidem honorificum; hodieque die *stallmeister*, magistri stabuli, magno loco sunt in aulis principum. scribitur etiam κονσταῦλος, sed rectius est prius illud. habebant quoque veteres Franci comitem stabuli, ut videre est in epist. 3 Hincmari c. 16; quem vulgus corrupte appellabat constabulum, ut est apud Reginonem l. 2. et apud Tyrium passim legere est *constabularius*. habes et simplex *stabularius* apud Anonymum 8 6 de bello sacro: *Conradus Henrici III stabularius*.

Habuerunt Romani *comites stabuli imperatorii*, de quibus Paulus Diaconus l. 17 et L. 29 c. Theodos. de Annona et Tributis l. 11. Graeci pariter etiam vocibus consoni Badurium Iustini fratrem κόμητα τῶν βασιλικῶν σταύλων, aliumque anonymum eadem appellatione insignetum apud Theophanem et Leonem Grammaticum in Theophilo iacentum. ab iis vetusti Franci regiorum stabulorum comites *connestables*, Graeci recentiores suos πονεσταύλους πονοσταύλους vel ποντοσταύλους deducunt; hos tamen ab istis. rem paucis aperio. *comites neoterici κόντρος* (ne ποντούς, hoc est *breves*, dixeris) appellant, ut Nicetas in Andronico l. 1: οὐνοῦν τοῖς στρατηγοῖς ὄπτανόμενος, οὓς κόντρος εἶπη τις ἐν Λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος. *stabula* σταύλα vel σταύλους. Moschopulus: ἵππωνες ἵπποστασεις, σταύλοι. ex utroque nullo negotio ποντοσταύλος creatur. ex Gallico *connestable* deduxisti, inquies. dictum volo. Franci namque, ut Christianorum bono nati, ea qua gaudent in exteris regiones excurrendi licentia, frequentius a Graecis, fidem in Saracenos propugnaturi, stipendia promerebantur (ut Ruselius ille qui quadringentis Francis apud Cuperpalatet et Annam Comnenam adiunctus Graecorum exercitum ducebat), ducemque suum nonnisi appellatione apud suos colenda dictum voluerunt. quae vero *stabuli comite*, vulgo *constabulario*, honoratior esse potuit aut sibi decentior, τοῦ *connestable*? en ut ad hanc vocem velut iu fontem Graeci referant suos ποντοσταύλους, inter quos Gregoras et Chalcondyles πονοσταύλους pronuntiant. dictionem tamen apud auctores Alexio Comneno superiores, nec dignitatem eo priorem reperias: at de *comite stabuli* vel *contostaulo* ceu Francorum duce testatur auctor c. 5.

p. 9 v. 9. Magnus logotheta] quid sit logotheta, iam l. 1 c. 6 explicavimus. et quanvis Nicetas dicat esse eum qui Latinis sit cancellarius, tamen id ubique locum habere non potest. quis enim logothetam ἀγέλων, pecuariae seu *gregum*, vocet cancellarium, ut et logothetam τοῦ δρόμου, *cursus*?

ibid. λογοθέτην a Cyrillo et a Chrysostomo de Poenit. ac primum a Cedreno in Anastasio memoratum, verum in alio quam qui per tractatur sensu reperio: praesens enim est non qui aerarii, sed qui publici regiminis *rationes ponit*. magnus namque logotheta cum imperatore communis boni rationem habet, res unde reipublicae commodum et simul principis thesaurus augescit administrat, et denique cunctis providet. de illo Gregoras, ubi de Muzalone, 6 2: ἦν ὁ Μονχαλῶν (λογοθέτης) τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύων τότε, καὶ τοὺς βασιλικοὺς καὶ δημοσίους μεστεύων πράγματι, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως μεγίστην καροπόνμενος τὴν αἰδῶ διά τε σοφίαν καὶ γῆρας μαρεάν καὶ ποιήσην ἐμπειρίαν πραγμάτων μετὰ φρονήσεως ἔχων. Nicetas ubi de Hagiоtheodorite, in Manuele l. 1: μελεδωνῶν δὲ μεσενοντα καὶ τῶν οἰκείων ὑποδοκητῆς διαταγμάτων τὸν Ἀγιοθεωδορίην τίθησιν Ἰωάννην. καὶ ἦν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἡ διά τοῦ ὄπτανόμενος, καὶ τὰ τούτον ἐντάλματα δέσσε καὶ ἐμφάσεις ἐν ηρέττονος μοίρας δεχόμενος. Cuperpalates in Michaelie Parapinacio: εἰς τὴν τῶν ποιῶν διοίησιν παταστησάμενος, λογοθέτην αὐτὸν προβαλόμενος. is non absimilis summo regii publicique iuris ministro, quem supremum cancellarium Graeco Niceta teste vocamus: ὁ μὲν τὸν οἰκείον, ὡς ἡ Λατίνων βούλεται φωνή, παγνελλάριον, ita scribit eiusdem Manuelis l. 7, ὡς δ' Ἑλληνες εἶποιεν λογοθέτην (ἥν δὲ οὖτος ὁ Μαγέντζης ἐπίσημος) ἐπειψεν. fax alia, qua vox illustretur, mihi superflua est. animadverte modo logothetam prius fuisse qui publici aerarii quaestor vocatur; de quo sensu nos infra, ubi logothetam τοῦ γενικοῦ exponemus. μέγαν hunc λογοθέτην ante Alexii tempora vix auditum scio: διοικητοῦ vocem eius munus apud antiquos significasse fa-

teor: ac tandem cum ab imperatore his verbis institutum “tu magnus logotheta es” quae sibi dicta Phranzes asserit, quamvis clavis ita creatus pro more officii imperatorem venerari ac publice adorare velitus fuerit, carterum an hic μέγας λογοθέτης idem sit qui τάν ορχόεται et amplissimi senatus caput, nihil pene indubium: ubi enim huic mentio, de illo altum fit silentium, ac eum magnus ille personat, alias secreta latitat: an non ideo quia binominem diversis temporibus se fecit haec dignitas? certe scrupulum omnem a terenda sententiae huiusmodi semita Nicetas amovet in librorum titulo quo se λογοθέτην τῶν ορχόετων καὶ ἐπί τῶν ρυματῶν, secreti logothetam et iudicis praepositem, et in Murzuplo, ἐπί τοῦ ἀρχαὶ ορήσαι τῆς ουρανίτου βασιλεῖ; καὶ τὸν ορχόετος λογοθέτην, in summo senatus solo consedisse et in secretis iudiciorum rationem supremam habuisse affirmat: at quid hoc aliud quam magnum logothetam egisse? logothetam insuper et urbis praefectum iubet Anastasius, referente Cedreno in eius vita, consenso ambone Acephalorum haeresim proclaimare: quid hoc aliud quam senatus praesidem populique rebus praepositem eidem voluisse favere et auctoritate publica confirmare? logothetam secreti Annae Comnenae l. 3, et apud Nicetam statim sub historiae limine, et in Isaaci Angeli l. 3 lego, magnum logothetam apud Nicephorum Gregoram et eo posteriores, logothetam nude sumptum vel τὸν γερικὸν addito apud omnes Niceta scriptore superiores.

p. 9 v. 10. *Protosebastus primaugustus*, ut Wollius vertere amabat. Rogerus in Annalibus Anglicanis: qui vocabatur Graece *protosebastos*, Latine *comes palatinus*. protosebasti dignitas dicitur hic ordine decima tertia; et ita est in nostro indice: in catalogo Iuris Graecorum l. 2 decimum quartum locum obtinet. in nostro magnus domesticus quartus est, in illo septimus.

[Ο πρωτοσιβάστος] inauditum ante Alexii Comneni tempus nomen; ac ubi cum sebastocratoros et panhypersebasti commentum Anna filia narrat l. 3, ibi generum Taronitem protosebasti et protovestiarii dignitate auctum, Adrianum vero fratrem protosebastum clarissimum vocatum, refert: ὁ Ἀδριανὸς ὁ ἀδελφὸς τοῦ κατονότος πρωτοσιβάστος ἀξούται περιστεράτος. mox absque medio subdit: τούτων δὲ τῶν ἄξωντος τὴν καινοτοπιὰν ὁ ἔνος πατήσ προστένοστο. alios protosebastos protovestiarii dignitate coniuncta Nicetas Gregoras Cantacuzenus recensent. ad Alexium et Annam redeo. ipsa ubi Venetos bellorum socios donis et honorum cumulis a patre compensatos narrat, ipsum reipublicae ducem protosebastorum dignitate et stipendiis, patriarcham vero pervenerandi appellatione, collato non illiberali donativo, coherestatnum scribit. verba eius sunt: δε διὰ πολλῶν τούτους ἀμειψάμενος δωρεῶν καὶ τιμῆς καὶ αὐτὸν τὸν δοῦλα Βερτλας τῷ τῶν πρωτοσιβάστων ἔξιόμενι μετὰ τῆς φόρας ἐτιμηγε, ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν πατριαρχῆν αὐτῶν ἱερού μετὰ τῆς ἀλόγου φόρας. nusquam tamen erat ἀλογος φόρα, nec in rationem militabat, cum Venetos, ut sui patriarchae sustentarent inopiam, paucō retro tempore, anno videlicet 1073, Gregorius septimus pontifex Romanus literis suisset hortatus, de quibus Baronius illo anno num. 51. protosebasti pileus erat viridis, ut c. 4 legemus, viridisque liquor ei proprius, quo, sicut imperator rubro, subsignandi protestatem nactus est. Nicetas de Alexio protosebasto iu Alexio Manuelis filio: δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξήνεγε, μὴ ἄλλως εἰπυράδεντα οὔσθαι ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑποσημαίνεται γράμματα, εἰ μὴ πρότερον ὀφθεῖεν τῷ Ἀλεξιῷ, καὶ οὕτω τὴν δεξιὰν τῷ βασιλεῖον ἐπιδοὺς γεώματι τὴν τὸν ἐρυθρὸν ἐπισημασίτην βασιεύσειε.

In nostro nullus est ὁ ὑπατος τῶν φιλοσόφων, summus philo-

sophorum: at in altero 29 stationem obtinet. 86 locum tencit δαβδοῦ
 P 190 χοι. interpres vertit *lictores*; noster index rhabduchis caret. sunt et aliae diversitates, quas lector mutua utriusque catalogi collatione deprehendet.

p. 9 v. 11. Pincerna pocillator. scribitur etiam πικέρνης. in indice Iuris Graeco-Romani annotatur et approbatur lectio ista ὁ ἐπικέρνης. sed tueamur vulgatam: alioqui paulo post exsurget qui divisi legat ὁ ἐπὶ πέρνης.

ibid. pincerna Latinis dictio cognita, ex qua, ut rentur quidem, Graecobarbara πιγέρνης: at si mihi fidem non omnino demperis, ipsa πικέρνης germane Graeca est, quasi ἐπὶ πέρνης, *poculis praefectus*. scis verbum περάννην vini temperandi vel miscendi significantiam adeptum, cuius vice περνῶ profert vulgus; ab eo πέρνη pocillatio et *praebendi calicis ministerium*, ac ὁ ἐπὶ πέρνης *pocillationi sive poculis praepositus*: exinde duabus in unam contractis dictionibus fit per aphaeresim πικέρνης, ex affinitate ad Latinum pincernam etiam πιγέρνης vocatus, qui Cedreno in Theophilo οἰνοχοῶν, Nicetae l. 1 Alexii κυλιμφόρος, l. 1 Andronici ὁ ἐπὶ περάννης (vinum περάννης sive περάννων hodie dicunt), et Manassi denique ὁ ἐπὶ πέρνης scriptus. ita me deus amet, vates fuit Gretserus: his enim madida adhuc charta vix exaratis characteribus in eo primum legi “paulo post exsurget qui divisi legat ὁ ἐπὶ πέρνης.”

ib. v. 12. Curopalata] nomen, ut videtur, a cura palatii formatum. Evagrius 5 1: τὴν φύλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν πουροπαλάτην ἡ Ρωμαίων λέγει φωνή. quem descriptsit Corippus land. Iust. 1 185 et lib. 2 282. Latini nomen curopalatae varie depravant: hinc apud Luitprandum in legatione est *Leonis coroplati*, et apud Leonem Ostiensem *coroplasi*. πουροπαλάτισσα uxor curopalatae, et πουροπαλατίκιον munus seu dignitas curopalatae; qua insigniebantur etiam absentes, et quibus Cpolis nec visa nec fortean videnda. exempla invenies in libello Constantini Porphyrogeniti de administrando Imperio.

De Curopalata passim Codinus in suo libello; quem olim officium habuisse ait, sed ignotum, *nunc vero*, hoc est tempore Codini, *nullum*. Alemannus ad p. 28 Procopii duplarem Curopalatam statuit, alterum qui sub se habebat praetorianos milites, quorum plures ordines, *domestici*, *protectores*, *silentiarii*, de quibus Procopius p. 108. ex his aliis in atrio et vestibulo regiae versabantur, alii pro cubiculis desidebant et excubias agebant diu noctuque: hi σωματοφύλακες, Latine excubitores vocabantur, illi φύλακες τοῦ παλατίου, custodes palatii, praetorii milites seu praetoriani, aulae vel aulici milites. praefectum his ordinibus *comitem praetorianorum* seu *excubitorum* appellat Iornandes, Procopius *principem custodum palatii*, Corippus de laud. Iust. Min. 2 285 *curam palatii*. alter curopalata erat praepositus fabricae palatii, de quo Cassiodorus libro 7 Var. epist. 5, cuius magnam dignitatem fuisse credit Meursius in Glossario, *quod ante regem Theodoricum auream virgam gestans primus incederet. at Cassiodorus: primus, inquit, inter obsequia numerosa, hoc est non inter*

singulares et primarios viros, patricios senatores et Consulares. aurea vero virga est, quam Codinus δικανίκιον appellat, inferioribus etiam ordinibus concessa honoris ergo, idque ex eodem Cassiodori loco colligere est. plures aliquando erant Cpoli hac dignitate conspicui. Cedrenus: μετὰ δὲ τὸν θάνατον Ἰουστινιανὸν ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιός αὐτοῦ Ἰουστίνος ὁ ἀπὸ κονδοριαλάτων. et apud Ioannem Europolatam in Isaacio Comneno: Ἰωάννην δὲ τὸν ἀδελφὸν καὶ Κατακαλῶν τὸν κεκαυμένον Κονδοριαλάτας καὶ ἀμφοτέροις τιμῆς. nec Cpolitani tantum, sed et exteri hac dignitate honestabantur, maxime Iberes, ut constat ex Constantino imperatore lib. de administrando Imperio c. 45 et 46.

Copolitanum palatum ita describit Luitprandus Ticinensis l. 5 rerum per Europam gestarum: *Copolitanum palatum non pulchritudine solum verum etiam fortitudine omnibus, quas unquam viderim, munitionibus praestat; quod etiam iugi militum stipatione non minima observatur. moris itaque et hoc post matutinum diluculum mox omnibus patere, post tertiam vero diei horam, emissis omnibus dato signo, quod est MIS, usque in horam nonam cunctis aditum prohibere. Sed quale hoc signum MIS? an missa vel missio? quod est illicet? at quid haec Latina apud Graecos? an misa? nam posterioribus Graecis haec dictio nsurpata fuit. vide Meursium v. Misæ.*

Vox in Graeciam serius invecta, a Latinis primum inventa, *cura palatii*, qua is magistratus intelligitur qui *palatii curam* agit et *curator palatii* nuncupatur in nonnullis editionibus cod. Theod. de Comit. et Trib. Scholar. l. 6. eundemque reor quem Theophanes in Mauricio celebrat κονδότωρα τὸν βασιλικὸν οἶκον, ad cuius dignitatem ut imperatoria proximam sumimus viros vel aspirasse vel evectos fuisse memorant historiae. Justiniani nepos Iustinus κονδοριαλάτης, ita scribit Theophanes, *ex cura palatii* (dictio Marcellino propria) concendit imperium. Leo nuncupatus Isaurus Artabasduum data in coniugem filia europaletem fecit, ex eodem Theophane, qui Mauricium quoque nepotem Domentiolum eo titulo resert auxisse. hunc honorem Domentiolo fratri contulit Phocas, ut Cedrenus in eius vita, et pariter germano Theodoro Heraclius, ut Nicephorus in Breviario. Michael S. Ignatii pater ex europalete factus est imperator. Bardas Ignatio infensus, summam ambiens potestatem, europaletes primum, tum Caesar est salutatus. de eius insignibus et ministeriis suo loco: plura et diversa reperies apud Meursium, Gretserum, Bulengerum, Fabrotum in Cedreni Glossario, Dempsterum de Antiq. Rom. 1 4, Savarum in Sidonii Apollinaris carmen 23.

p. 9 v. 13. ὁ παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης] Iunius accubitor fundae. in catalogo Iuris Graeco-Romani ὁ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης: interpres accubitor magnae palae. ego versione mea rem ipsam explicare studui, cum nihil suppetat quod Graeca apte exprimat. nam παρακοιμώμενος iste erat sigillifer seu custos annuli imperiorii, quo literae obsignabantur; qui annulus per partem suam, nempe per σφενδόνην seu palam, significatur: pars enim haec servit signaturae, ut sic loquar.

Annulos signatorios sive sigilla in annulis adhuc postremis saeculis imperatores gestasse declarat Nicetas tum in Ioanne Comneno sta-

tum sub historiae suae limine, quo ipse εἰσεισι τὸν κοιτῶνα τὸν πατρικόν, καὶ προσπεσών ὡς δῆθεν θρηνήσων ὑφαιρεῖται λέθῳ τῆς ἐκείνου χειρὸς τὸν σφραγιστῆρα δακτύλιον: tum in Alexio laudati Ioannis nepote ad calcem, ubi eo crudeliter obtruncato auris abscissa subula perforatur, trajectoque filo et apposita cera Andronici tyrannidem invadentis annulo signatur: τιρῷται ὁβελίσκῳ τὸ οὖς, καὶ κρόκης ἔξαρθρίσας κηρὸς περιπλασθεὶς τῷ Ἀνδρονίκου σφραγιστῆρι ἐνσημανεται δακτυλίον. annulus ille et quodvis aliud sigillum σφρενδόνης nomen accepit. σφρενδόνη, inquit Suidas, ἡ τοῦ δακτυλίου περιφέρεια, καὶ ἡ εἰς λίθον ἐπιβολὴν ἐπιτηδεία χρῆσις. illius annuli et cuiuslibet alterius regii sigilli custos fores eius in quo reponitur loci observant, ad illas sedet, moratur, vigilat, et pro excubitorum more etiam somnum capit, παρακοιμάμενος τῆς σφρενδόνης, regiae signatures antistes, sacri cerarii exarchus, gardes des seaux de l'empire.

p. 9 v. 14. Praefectus seu accubitor cubiculi] aliqui addunt *sacri*, utpote imperatorii. hodie in aulis vocantur *kammerherrn*, *camerarii*, aureis clavibus conspicui.

ibid. exponit Constantinus Manasses παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου μὲν οὐκέτι, sub cuius dispositione erant πρόκοιτοι καὶ προφύλακες, de quibus Nicetas, qui ante fores excubabant et imperatorem custodiebant. οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι ἀπὸθέντες ποντοῦ βασιλικὸν κοιτῶντος νυντὸς πατρήναζον, ait ille in Andronico l. 2. ergo isti propius, ad fores nimisimum principis ac iuxta cubiculum, qui hac de causa κοιτῶνται a Leone Grammatico et πρόκοιτοι a Zonara dicuntur in Theophili vita, a Niceta in Ioanne Comneno οἰνίδιοι καὶ πρόκοιτοι, a Theophane in Iustiniano κονθινονάριοι καὶ σπαθάριοι: armati quippe spathis sacrum cubiculum observabant. eam ob rem somnio, quod interitus fuit oraculum, exteritus Mauricius apud Theophanem διτυνισθεὶς ἐκάλεσε τὸν παρακοιμάμενον αὐτοῦ, ut qui dormienti principi iuxta nomen excubias agens accubaret.

ib. v. 15. Logotheta aerarii generalis] ita vertit Glossarium Graecobarbarum secutus Junius, *logotheta publicae rei*, longe aptius quam interpres Ioannis Cypriolatae historici, cui Nicephorus ὁ ἀπὸ γενικῶν est *Nicephorus a Genicis*. interpres Iuris GR curatorem genici indigitat. Wolfsius vertit *generalem*, absolute, et *generalem logothetam*, quia Zonaras in imperio Irenes et Constantini filii Nicephorum γενικὸν λογοθέτην appellat. Theodori Metochitae maximus encomiastes est Nicephorus Gregoras in sua historia, praecipue l. 7, non procul a fine. hic Metochites etiam huius logothetae munere functus est.

ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ] lucem sibi mutuam accendunt hae voces. Γενικὸν locus est Cpoli, quo ius tributorum subditi exolvunt et negotiatores vectigalia pensant, quem Zonaras periphraستικῶς τὰ ἀρχεῖα τοὺς φορολόγους λογοπρακτοῦντα scripsit in Constantino Duca; de quo Cedrenus in Basilio: καὶ εἰς τὸ λεγόμενον Γενικὸν κατιὼν τοὺς εἰσποττομένους ἐκόπει παρὰ τοῦ δημοσίου, μή πού τις ἀδίκως εἰσπράττοι, καὶ οὕτως τοὺς ἀδικούμενοις ἐπήμυνε. et descendens ad Genicum, aerarii sedem, eos qui ab aerarii ministris vectigalia exigebantur, ne quis quid iniuste persolveret, speculabatur, ac ita iniuriam passis opitulabatur. γενικός exinde portorii vectigaliūmque exactor est, ut aiunt, generalis. Suidas v. Γενικός: Ἀναστάσιος βασιλεὺς Ρωμαίων αἰσθόμενος στολὴν Σαρακηγῶν ἐρχεσθαι πατὴν τῆς πόλεως, Ιωάννην

ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου, διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν Γενικὸν καλοῦσιν. Cedrenus quoque Nicephorum exgenicum, ἀπὸ γενικοῦ, vel ut scribit Europolates ἀπὸ γενικῶν, imperatorem factum testatur in historiae limine: hinc ipse audivit γενικὸς λογοθέτης, qualem Theodotum quoque iniquissimum monachum reperies apud Theophanem et Cedrenum in Iustiniano posteriore. iam quo constet logothetam hunc a cancellario longe diversum, nec eius aut similis alterius munere fuisse implicitum, sed summam aerarii praefecturam gessisse, observo λόγον computum, *ratiocinia*, *rationem*, *fiscum*, aequem ac alia referre; qua de causa dixit Theophanes in Copronymo: τὰ δὲ λεγόμενα πατριμώνια τῶν ἐν Ράμῃ ναῶν τῶν ἀγίων καὶ κονφαύων ἀποστόλων, τὰ ἔκπλαι τελούμενα τάκαντα τοῖς ἡμίσιοις, τῷ δῆμοσιῷ λόγῳ τελεῖσθαι προσέταξεν, publico aerario pendi, in fiscum referri, publicis rationibus accenseri iussit. λογοθέτης, ἀπὸ τοῦ λόγου, publicas rationes componit, quo pacto Cyrillus τελωνάρχαις et πρωτοψηφισταῖς λογοθέταις annumerat, et λογοθετᾶς rationem reddere, *ratiocinia* instituere ex Photio reddidit Stephanus. eam ob rem rapax et iniquus logotheta Theodotus describitur a Theophane, ἐπὶ τοὺς πλείστους τῆς πολιτείας ἀρχοντας καὶ ἐμφανεῖς ἀνδρας, οὐκ ἐκ τῶν διοικητῶν μόνον ἀλλὰ ἐκ τῶν τῆς πόλεως οἰκητόρων, εἰκῇ καὶ μάτην ἀπροφασίστως ἀπαιτήσεις καὶ ἐκταγὴς καὶ δημεύσεις ποιούμενος: a pluribus reipublicae proceribus illustribusque viris, non qui agros modo et rura sed et qui praecepit am imperiū civitatem incoherent, indicta causa, nullo demerito, absque rationis praetextu pecunias exigere, multas eis imponere, bona publicata rapere. apud eundem Nicephorum Phocas avaritiae rapacitatique deditus imperator ἐκέλευσε Νικήτα πατρικῷ καὶ γενικῷ λογοθέτῃ τὰ δημόσια τέλη τῆς ἐκκλησίας καὶ μοναστηρίων ἀναβιβάσσαι. alias Nicephorus ipse logotheta, referente Europolate ad historiae calcem, iuquiritur ab adversariis περὶ τῶν τῇ βασιλίδι διαφερόντων χορηγῶν, quam ut logothetam sibi infensem e medio tollerent; ad eum siquidem, ut hoc ex Theophane addamus cumuli gratia, pertinent τὰ τοῦ γενικοῦ λογοθεσίον πρόγματα generalium computorum negotia quaevis, et ut idem inferius habet δημόσιοι τῶν λογοθεσίων καθικες, publici computorum libri, δημόσια χειροθέσια, publica ratiociniorum scrinia. illi ministri ascribebantur ἐκλήπτορες τῶν δημοσίων φόρων vectigalium receptores. de quibus Theophanes in Iustiniano posteriore; διοικηταὶ thesaurarii, eidem et Paulo Diacono dicti in Leone Isauro; ἔξισταὶ pendendorum exaequatores, quos memorat Cedrenus in Basilio et alii. ultimi inter generales logothetas Theodori Metochitae merita et honores, quem hic auctor memorat, reperies descripta Gregorae l. 7.

p. 9 v. 20. Protovestiarites] diversus hic a protovestiaro, ut tum ex catalogis tum ex diversis officiis manifestum evadit.

ὁ πρωτοβεστιαρίτης] errant qui protovestiarum et protovestiaritem unum putant, quibus, sub non absimili penitus nomine, munus et ordo penitus diversa. βεστιαρίτης cubicularius est, cuius onus ut vestibus sibi a vestiario prolatis principem induat et exuat. indicat id βεστήτορος vestitoris dictio Latina, prioris vice posita: ubi enim scribit Cedrenus Iustiniani anno 22 ἀπόλεσαν οἱ βεστιαρίται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως, Theophanes habet ἀπόλεσαν οἱ βεστήτορες τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως. Euchologium: ἐπιλέγει τὸ χλωρύδιον ὁ πατριάρχης καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τοῖς βεστίτοροις (ita scribit illud) καὶ τὴν φίβλαν. πρωτοβεστιαρίτην itaque regii cubiculi magistrum, sive regiorum cubiculariorum principem interpretabere; eumque opus ἀδέσποτον iam referendum εἰς οἰκου βασιλέως πράττειν, in imperatoris cubiculo ministrare, describit.

Qui sequuntur, domesticus mensae et praefectus mensae, satis noti sunt.

p. 9 v. 21. praefecturam ac primatum super eiusdem ordinis reliquos constat ex dictis superioris domesticum sortiri. qua de causa domesticus mensae, et ut Gregoras 8 7 habet, ὁ τοῦ δομεστίκου τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς σεμνυνόμενος ἐπικλήσει, censembitur is quem Pancirollus in notitiam Imperii Occidentis c. 44 castrensem sacri palatii vocat, qui mensam principis et totum palatium curat, quem nos *magnum hospitii magistrum*, regiae mensae structoribus praepositum ac in caeteros aulae regiae ministros ius exercentem, conspicimus.

p. 10 v. 1. ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης] qui τραπεζοποιός, mensae structorem ac dapiferum, τὸν τῆς πάσης περὶ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον, ex Hesychio intelligimus; cuius officii titulo, iam a Constantini temporibus, Russiae principem in imperatoris palatio gavism auctor est Gregoras l. 7. at certe unus est testis ubi ait: ὁ δὲ Ρωσικὸς ἡγεμὼν τὴν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξέωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκληρωται Κωνσταντίνου.

P 191 p. 10 v. 2. Magnus pappias] pappias absolute pater, est idem quod πάπας seu πάπιας. Palladius in Lausiaca Historia in Paulo Simplici: καὶ δύνοντος τοῦ ἡλίου λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος, παπία (nam et simplici π scribitur) θέλεις φάγωμεν ἄρτου πλάσμα; hic nomen palatinae dignitatis est, de qua Codinus infra c. 5.

Ab blandientium et balbutientium puerorum, patres et seniores appellantium, vox est παππίας. Eustathius in Iliados 5: κατὰ βρέφων προσφώνησαν καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν λέγουεν πάπας καὶ παπίας, πάτερ nimirum vice. ille monachus apud Palladium in Lausiaciis blande: παπία, θέλεις φάγωμεν ἄρτου πλάσμα; et ille alias: τί ληπεῖς καὶ ἀδημονεῖς, παπία; a privatis domibus et familiis aulae CP redditia familiaris vox fidum et seniorem significat ministrum, cuius custodiae palatium committeretur et integratati claves noctu traderentur asservandae. ita me monet Georgius Coresius in scriptis; nec temere aut ignare: Constantini namque Manassis auctoritate fulcitur. πρὸς τὸν τῶν οἰκουν φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις, παπίαν λέγουεν αὐτὸν κατὰ Ψωματων γλώσσαν. addit Coresius idem aulae clericis palatinisque ecclesiis suis praepositum, ac protopapae (archipresbyterum intellige) nonnunquam munere donatum. egregie: nam et pro huiusmodi sententia hae militant auctoritates. prima, Irenes devotee imperatricis in lecto duas imagines repperit impius coniux Leo Copronymi filius, ait Cedrenus, quas inquisitione facta εὑρεν ὅτι ὁ παπίας τοῦ παλατίου εἰσεκόμισεν αὐτάς, a clero utique fidem et cultum imaginibus servante; altera, Leoni Armenio necem illaturi Michaelis Balbi socii, sacerdotum ornatibus assumptis simulataque religionis specie, simul cum palatinis clericis matutinas laudes in palatio decantaturis admissi sunt: τῇ νυκτὶ ὀπιλοθέντες, ἔνδοθεν τὰ ξύρη φοροῦντες, τοῦ παπίου ἀνοιξαντος, ὡς οἱ λεπεῖς, μετὰ φελωνίων εἰσῆλθον. papias itaque, ceu eos admittere solitus, ex eorum numero fuit unus. at cum papiae dignitate promoti (quod nefas ecclesiasticis, ut optime disserit Anna Comnena) acies eduxerint in hostes et frequenter cum eis manus conseruerint, frustra clero coniiciuntur allecti; quia a clero quoque alieni sacras imagines inferre et palatii portas clericis, non segnius quam ipsi, reserare potuerunt. clericus itaque sive fuerit seu etiam ecclesiastici ordinis exsors nonnunquam, claves palatii teste Leone Grammatico sua fidei commendatas tenuit. hoc eius verba declarant in Basilio Macedone: ὁ Ἀρτάβασδος εἰσδραμὼν πρὸς τὸν παπίαν καὶ ἔρας ἀπ' αὐτοῦ τὰς πλεῖς βιαιώς ἤνοιξε τῷ Βασιλεῖον. καὶ γενό-

μένος ἐδοθεν Βασιλείους ὡρα τὰς κλεις τοῦ παλατίου λαλήσας, καὶ τῇ θερινῇ Γρηγόριον τὸν ἑπτήν, νύμενον τοῦ Φιλήμορος ἐποίησε πάνταν. eum in palatio habitasse, et factam imperatori ad eius sedem accessum fuisse, narrat Cedrenus in Leone Armenio. caeterum pappiam vel papiam scribere, ne morarer in re nullius momenti, nibi semper pro variis auctoribus aut exemplaribus perinde fuit, cetero negotium in discrimen hanc vocandum.

p. 10 v. 3. ὁ ἵπαρχος] praefectus urbis. Nicetas in Alexio 3 l 3: εἰς δὲ ἵπαρχον τῆς βασιλίδος σχηματίζεται πόλεως. Cedrenus in Theophilo: ὁ ἵπαρχος εἰς θεοῦ καὶ τοῦ βασιλίστης γαληρότητον; τὸ κοίνων λαβῖν καὶ τοῖς πολιτικοῖς λογίσασθαι τύρων; ex quo ἵπαρχον βῆμα apud Leonem Grammaticum. hoc eius munus latines alio loco prosequendum. circa nomen eius ἀπὸ τοῦ ὑπέροχον discrimen observat Blastares Elementi E. c. 15: ὕπαρχοι δὲ οἱ Μυρταιοὶ τῶν ἱπαρχιῶν ἐξαρχούστε, ἕπαρχος δὲ ὁ τῆς Κωνσταντινούπολεως. hinc obscurior Cedreni loca in lustino 2 lucem accipit, et eparchum hyparchum fieri intelligimus: καὶ ὁ ἕπαρχος, ἵηη τῷ βασιλεῖ "νῦν, διοχοτα, όπιστι ὑποχρόνην επελεῖσθαι." καὶ δὲ πασιτῆς πατρόνου αὐτὸν ἐποίησε καὶ ὕπαρχον μέχετελον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, quia nimis provinciae vel urbis alterius praesidem officio non amovenendūm constituit, vel ne dignitatem eius qui praemium meruerat immunitam assirem, praetorio praefectum eadem voce denotari asseram. Theophanes in Leone: ἐπίκλεσιν οἱ βασιλεὺς ἐπετασθῆναι λοοκέντοις παρὰ τῷ ὑπέροχῳ τῶν πρωτωρίων εἰς Κωνσταντινούπολει. in lustino: τοις Ἀκίνων πατρόνοις ἔποιησεν ὕπαρχον πρωτωρίων. in Theodosio seniore: τὸν ὕπαρχον ἴστρονεσσαν. Sozomenus hunc ἡγούμενον τὸν τότε παρὰ τοῖς Ἰλλυρίοις στρατιώταν asserit: ego praetorio Illyrici praefectum commode interpretor: eius enim erat ludos Thessalonicensium populo, de quibus ibi sermo, exhibere. iterum Theophanes in Phoca: Πρόδωμος ἕπαρχος τοῦ πρωτωρίου. correctius tamen videtur scripsisse Simocatta 8: ἕπαρχος τὴν ἡμεροτάκτην φόρον τῆς ἑώρας πρὸ τοῦ καιροῦ ἀπό τον καιρὸν ἀπειλήσει, δὲ ἕπαρχον πρωτωρίων ὀνομάζειν εἰλιθαῖον οἱ Ρωμαῖοι. ὕπαρχος demum pro urbis praefecto suendum semel mihi apud Theophanem occurriisse non diffiteor, ubi de Phoca scripsit: ἐπέτρεψεν Λύραν τὸν ὕπαρχον τῆς πόλεως.

p. 10 v. 4. Magnus drungarius τῆς βίγλης] detortum ex Latino vigilia. δρουγγάριος qui etiam δρουγγαρης, παρὰ τὸ δροῦγγος: drungus: globus militum; vox nec Latinis ignota. Vopiscus in Aureliano: omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines in triumphum durit. ubi Casaubonus: in tacticis Graecorum libris omnis adunatio militum appellatur δροῦγγος, sive plurim sive etiam paucissimum: nam et tres aut quattuor drungum faciunt. inde est δρουγγιστὶ τάττεσθαι, quod Mauricius imperator libro 4 opponit τὴν μακρῷ τάξει et continuae atque in longum portrectae aciei. vide Rigaltium in Glossario v. δροῦγγος. Leunclavius druncarium vocat a trunco, a baculo regiminis, bastone del reggimento, magistratus insigni; nec pauciores milites mille nec plures 4000 suo druncario subiicit, in altero Onomastico, quod Historiae Musulmannicae adiunxit. verum haec exigui ponderis sunt, 1) quia drungus vox antiqua est, non nuper in recentiore Graecia nata, 2) quia recentiores Graeci virgam seu baculum eius qui magistratu bellico fungitur non vocant druncum sed δικανίκιον vel sceptrum, 3) quia reclamant tactici scriptores, Constantinus de Thematibus, Leo in suis Tacticis, Mauricius Strategic. 2 3,

Codinus noster et alii. hinc δρονγγιστή globatim rottenweise. quamquam ipsum quoque vocabulum *rott* pure Germanicum. Nicetas in Balduino Flandro: μοῖραν ἦν δρονταν ἀνόμαλον. Neubrigensis 27: *copias quas ruttas vocant.*

p. 10 v. 4. praefectum vigilum ab Augusto Romae institutum, qui 7 cohortibus per 14 regiones dispositis a nocturnis grassatoribus et subitis incendiis urbem tutarentur, ex Suetonio et Dione demonstrat Dempsterus Ant. Rom. 7 34. hic cognoscebat de incendiariis, furibus, receptatoribus et aliis per vias et domos admissis flagitiis, nisi forte quam atrocia famosaque forent, ut ad urbis praefectum deferrentur, de quibus Pancrollus in Notitiam Orientis c. 27. officii huiusmodi tribunal Cpoli fuisse δρονγγαρικὸν διπαστήριον vocatum ex Alexii Comneni Nov. Iuris GR tom. 2 coniicio. aliae vigiliae erant in castris, de quibus Dempsterus idem 10 13, quarum appellatio proferunt a Graecis βίγλα, Graece magis a Simocatta σκοπή, πατασκοπή, ἐπισκοπή. praefectus, ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τὰς φρονοδάς ἔγχειριζεται, eidem Simocattae 1 9, praefectus, inquam, earum δρονγάριος, quod ex militum drungo sive turma (δρονύγος enim turma est) conflarentur. de eius ministerio auctor in sequentibus: de nomine docte fuseque Rigalius, Meursius, Gretserus, Bullengerus, Fabrotus in Cedrenum, et alii. officium antiquum et notum: circa Copronymi tempora nomen vulgare primo scriptum in Theophane reperio.

C A P U T III.

p. 10 v. 5. Magnus hetaeriarcha] apud Tyrium 21 16 *megaltriarcha*. emendat Glossarium *magaetaeriarcha*. forte nulla emendatione opus est, quia Tyrius forsan ex communi consuetudine vulgi hoc nomen extulit et in historiam intulit. notum est autem a vulgo longe aliter haec talia proferri solere quam proferantur vel scribantur à doctis. et nupera etiam Tyrii editio a viro valde docto curata vulgaritatem lectionem retinet. Codinus dicit eum *hetaeriarcham* dictum, quod ἑταίρους, *socios et amicos*, Romano imperio pararet, susceptis etiam profugis. alii ab *hetaeria*, militari cohorte, eum hoc nomen accepisse autemant; cuius cohortis mentio apud Ioannem Europalatam in Michaeli Rancabe, et duplex erat, maior et minor: illius dux et praefectus magnus hetaeriarcha dictus, huius absolute hetaeriarcha. consule Glossarium.

Gotthos belli socios Constantīnum sibi adiunxisse ac *foederatos* vocitasse scribit Iornandes; renovato deinde cum iis foedere ad sua usque tempora perseverasse eorum agmina subiungit. erant foederatorum sociae illae turmae in Tiberii secundi castris: ἀγοράσσας γάρ σώματα ἐθνικῶν πατέστησε στρατευμα εἰς ὄνομα ἴδιον, ἀμφισσας καὶ παθοπλίσσας αὐτούς, χιλιάδας δεκαπέντε, δεδωκάς αὐτοῖς καὶ στρατηγὸν Μαρξίνον τὸν κόμητα τὸν φοιδεράτων. haec ferme ad verbum ex Theophane Cedrenus, apud quem Leonem Armenium a Nicephoro κόμητα τῶν

φοιδεράτων Thomamque ab eodem Leone τοργαύχη τοῦ φοιδεράτον τάγματος institutum legimus. successu temporis φοιδεράτοι in ἑταῖος mutari, quem duci ἐπαρχίοντος nomen impositum. Leo Grammaticus de Michaelo Theophili filio παρέδονεν Basiliον, ait, Άρθρός ἐπαρχίοντος τοῦ στατιστή τῆς τάγματος, ex Scythia siquidem, parentibus licet Macedonibus, oriundus erat Basilius. hetairarches itaque exteris belli sociis praebentis, ut turmani ex militibus variis nationibus ortis collegit, ita foederatis κατὰ διατάξιον καὶ αναιρίσιος φερουμένος πληθὸς, ait Olympiodorus apud Phatnum, succedit. haud tamen omnibus imperabat: Franci enim constabulario. Barang Angli acolutio etc. suberunt. reperitur hetairarches Persa Persis imperitanus apud Leonem Grammaticum in Michaelo Theophili. vide Cantacuzeni 1. 20.

p. 10 v. 6. Magnus chartularius] scribitur etiam χαρτουλλά-
ριος, a charta utique nomine ducto; qui et in ecclesia, ut supra
meminimus, et in aula, ut iste de quo in praesenti; quem Zonara
in Leone Isaurico vocat τῶν βασιλικῶν ἱππων ἐπιστατοῦντα.
erat etiam dignitas cubicularia. hinc Novella 8 Iustiniani χαρτουλλά-
ριος τῶν θείων κοιτώνων. et in Notitia Consuetudinum habes
χαρτουλλάριος τοῦ θείου κοιτώνειου. chartularius bellicus militem
conquirbat et conscribebat, ut liquet ex Constit. 3 Leonis Imp.

Scrinarius, inquit Meursius, optime: nam et Etymologicum vetus
chartularios commentarienses, publicis literis tabulis instrumentis scri-
bendis et retractandis praefuisse docet. at cum plures numerare pos-
sas huismodi, hunc qui cursus publici, τοῦ ὀγίων δρόμου, in Con-
stantino Porphyrogeneta; alium divini cubiculi Novell. 25, τοῦ θείου κοι-
τώνειου, qui et τῶν θείων κοιτώνων in Eloga LL. Leonis et Con-
stantini; magistri equitum alium L. 5 cod. Theod. de divers. Offic. et
Apparito. et proba. l. 8; quartum θεόδωρον τὸν Χονίουν χαρτουλλά-
ριον ἄρτα τῶν Ιεζουστῶν apud Nicetam l. 3 Isaaci, et apud Zonara
in Leone Isauro βασιλικῶν ἱππων ἐπιστατοῦντα; in exercitu alium
qui τοῦ ἑραρος, ex Constantino in Tacticis; alios magno logothetac
subditos apud Nicetam Manuels l. 1, quos describit ὀπονογόνος (λογο-
θέτος) οὐκ ὀλίγος τῶν γραφουένων καὶ λεγούένων, λογίον ὄνδρας;
et quotquot alios scrinarios ex Imperii notitia assignabis: hic tamen μέγας,
ad quem caetera referrentur, aut qui reliquos honore praecederet, de
ecclesiae chartario, ut alterius ordinis, nil in praesenti. magno huic
exercitus commissos legimus apud Nicetam in Manuele l. 3, in Alexio
eius filio, in Isaacio Angelo l. 3.

Sed quid in Legibus Francicis l. 6 108 homo chartularius? est,
inquit Pithoeus in Glossario, homo per chartam sive per epistolam P 192
liber factus. liberti ecclesiastici erant, ait alias in notis ad Para-
neses, quibus archidiaconus iubebat scribi chartas tabularie missionis
seu manumissionis, unde chartularii et tabularii nominati.

ib. v. 7. ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου rationalis curvus, summus cur-
serum praeses. de cursu publico Procopius ἐν ἀνεῳδότοις: Romani im-
peratores qui antea fuerunt modum excogitarunt quo cuncta sibi quam ce-
lerrime possent nuntiari, et ut scirent quae ubique inter hostes agerentur,
et si qua in civitatibus sedition vel quid aliud improvvisum e praesidiis vel
aliud quomodounque oriretur, et ut annua tributa velociter et tuto trans-
mitterentur. publicum ergo et celerem quendam ubique cursum hoc modo
instituerunt. viro expedito ad iter diei stationes constituerunt, quandoque
octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum

eveniebat. quadraginta vero equi in singulis mansionibus stabulabantur, et ibidem hippocomi ad curandos quot poterant equos erant destinati. succedentibus vero sibi ad stationes probatissimis equis, qui eos agebant, decem ferme dierum iter vicissim conficiebant, agentes quomodo significavimus. haec ille. qui rationes cursorum habebat, λογοθέτης appellabatur saepissime τοῦ δρόμου, ut apud Theophanem Cedrenum Zonaram Nicetam et alios occurrit; nonnunquam τοῦ ὁξείου δρόμου, quod scripsit Theophanes in Copronymi filio Leone, correctius τοῦ ὁξείως δρόμου, quod Constantinus in Chorographia posuit. Latini e Graeco logothetam *tu dromu et tu dromi* cum Paulo Diacono pronuntiabant. Theophanes item in Iustiniano: καὶ ὁ τοῦ δημοσίου δρόμου ἐπιμελούμενος ηὔτομόλησ παραδοὺς τοὺς δημοσίους ἵππους. habebat ille sub sua dispositione protonotarium, de quo Constantinus citatus: ἀπέστειλε χαρονιάτιον τὸν ὁξεῖως δρόμου. qui nimis cursorum equitationes, tradita, recepta, annotaret. Theophanes in Michaeli Theophilii filio: ἐν τούτῳ δὲ τὰ γράμματα τῷ πρωτονοτάρῳ τοῦ δρόμου παρὰ τοῦ περφάκοτος ἀρτι ἐνεχειρίσθησαν, ὡς ἐν τοῖς Μελαγγείοις ἑτοιμαστείσαντο οἱ Σαρακηνοὶ διαγγέλλοντα. ὁ γοῦν πρωτονοτάροις σκυνθρωπήσας ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ προσῆλθε τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑπεδέκιν τὰ γράμματα. de logotheta hoc divinat Leunclavus in Onomastico. *arbitror*, ait, ita dictum cancelliarium *dromi*, cuiusdam scilicet palatii CP, quod *dromum* vocabant. reperio in Iure GR p. 132 δικαστήριον τοῦ ἵπποδρόμου, ad Hippodromum nempe situm. quid si de rebus in ipso Hippodromo contingentibus iudicaret, ac λογοθέτης τοῦ δρόμου non cursus modo publici sed et equestris in Circensibus ludis certaminis sumptus rationes census discuteret? suspicandi suggerunt ansam ea l. 5 Anthologiae Epigrammatum quae composita Thomas patricius κατέτης τοῦ δρόμου in Anastasium ac plures alios quattuor factio[n]um in Circō de palma decentantium aurigas. auget suspicionem Turnebus Advers. 11 11 scribens: erat et procurator *dromi*, quem ego credo eius loci procuracyrem gessisse ubi equos suos Veneti aut alia factio exercere solebat. Dromus enim locum hic significat, ut in Hippodromo; estque plane Hippodromus, ut in illa epigrapha,

PROCURATORI DROMI FACTIO[N]IS VENETAE.

p. 10 v. 8. Qui πρωτοασηκρῆτις, πρωτοασεκρῆτις, nec non πρωτοασηκρέτης scribitur, ut *primum secretarium* indicat, ita et *iudicum omnium praestantissimum*. a *secretis primarium* significat, *secreta* siquidem τὰ ἀπόρρητα Procopius interpretatur, et a *secretis arcanorum notarium*, l. 2 de bello Persico: Ἰονίαν ἢ τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα. ἀσηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξιώμα Ῥωμαῖοι σηκρῆτα γὰρ τὰ ἀπόρρητα. Suidas: τῶν ἀπόρρητων γραμματέα, τοντέστι νοτάριον, ἀσηκρῆτις καλοῦσι οἱ Ῥωμαῖοι. Manasses in politicis carminibus: ἀνάπτων ὑπογραμματεύς, ὃν φασιν ἀσηκρῆτιν. *secretum* secundo veteres glossae δικαστήριον exponunt. Cassiodorus l. 11 praef. quapropter administrator amplissimus (id est *praefectus praetorio*) si vacasse credatur, opprobrium est, cuius etiam *Secretum* dicitur, quod tumultuosis actionibus verberatur. vide *Secretum auditorium praefecti dictum*; ideo *Secretum* quia in *secretiore penetrali*, minime tamen *secretum*, quia tumultuosis actionibus personans. Paulum Samosatenum damnat Eusebius 7 25, quod σηκρῆτον, ὡσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἀρχοντες, εἰλέν τε καὶ ὀνόμαζεν: *Secretarium* idem Latinus audit, et *Græcis ἀσηκροτεῖον*. Cedrenus in Leone Armenio: δεξάμενος τὰς μηνύσεις ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἀσηκροτείοις ἐκάθισε, καὶ ἀποιβῆς ἔξεταστης τῶν μηνυθέντων ἐγίνετο. Cupopalates in Michaeli Theophilii: ἡ φυγὴ δὲ πρὸς τὸν ἵπποδρόμον κατὰ τὰ ἀσηκροτεῖα· ἐπεὶ γὰρ τότε τὸ τῶν ἀσηκρῆτις καταγώγιον. Nicephorus et Ignatius patriarchae sanctissimi a *secretis* fuere, ac ideo λαϊκοι a Cedreno scripti. ex his colligo πρωτοασηκρῆτιν ab arcans principis

praecepit dicendum auctore Codino in Orig. Const. καθάς φησι Πλούταρχος πρωτοστηρήτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστινιανοῦ. senatorum insuper iudiciumque praesidem hoc nomen mereri ceu πρότον inter ἀσημητήτις, et qui a Constantino Lectore dicitur τῶν σκηέτων πρώτιστος: qui etiam Hincmaro notissimus fuit epist. 3 16. cui sociabatur summus cancellarius, qui a secretis olim appellabatur etc. verum quisnam hic de quo nos cum auctore πρωτοστηρήτις? an arcana inter caeteros delectus exceptit, vel supremo iure exercuit iudicium? utrumque existimo, agnovit siquidem Menander in Eclogis εἰνὰ παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλεῖς τε καὶ δημοσίους πράγματις ἔχυπηρούμενον, ὃν εἰ τις Ιατίνων γενόσαιτο φανῆ, ἀσημητήτις προσαγορευειν. discrimin utriusque a secretis plura apud probos auctores confuse scripta perturbatimque legenda dilucidat Dempsterus. Artemius Anastasius et Photius, uterque πρωτοστηρήτις assumpti sunt, ille in imperatore, alias in patriarcham CP.

p. 10 v. 9. ὁ ἐπὶ τὸν στρατὸν] Bullengerus exponit τὸν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, qui armamentario praest, apud Nicetam Alexii l. 3 ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ὅπλων, apud Theophanem ἐπάρτω τοῦ ἀρματικοῦ reperio scriptum: addit esse τὸν στρατοπέδου καταστάτα ὑπαρχον, ὃς τῆς δαπάνης χρηστήρος ὄνομαζεται. τὸν στρατὸν φύλακα exercitus custodem vocat Nicetas, metieundis castris praefectum ostendet auctor c. 16.

ib. v. 10. ὁ μυστικός] legebat olim Gretserus ὁ μυστικὸς τῶν σχολῶν: sed omnino prave. legunt Regia absque addito ὁ μυστικός. Gretserus interpres nude vertit mysticus: mox domesticum scholarum addit. perversa lectio ὁ μυστικὸς τῶν σχολῶν adegit me in Cedrenum, ut officium istud non civitati et legibus sed castris ascriberem. propius insipientem, ut secretioris consilii senatorem τὸν μυστικὸν interpretarer, Ioannis Tzetzae epistolaram ultima compulit. sic habet: τῷ μυστικῷ, κηρίῳ Νικηφόρῳ τῷ Σερβίλῳ. ὁρθαλμὲ γερονοίς, ὑπεροχὴ τῆς ἀρχῆς, μυστηριώτις βούλη, τῶν ποιν Καισάρων Σερβίλιων ἀπόγονε. nil dilucidus efflusus a Gretsero tenebras potest discutere. vim summam faciunt haec duo verba ὁρθαλμὲ γερονοίς ab ipsomet Tzette Chil. 10 tit. 350, περὶ τοῦ ὁρθαλμοῦ γερονοίς exposita: οἱ παλαιοὶ μὲν ὁρθαλμοὶ ἐκάλοντο βασιλέων τοὺς περιβλέπτοντος τῶν ἀνδρῶν, τοὺς πρώτους τῆς οργήλητον. potestas eius in iure dicundo et bonis ecclesiae vindicandis eluet Iuris GR l. 2 p. 155 et iterum p. 168. ex Mysticō Nicolaum patriarcham factum legis apud Cedrenum in Leone Sapiente. μυστογοράφος scribitur Iuris GR tom. 2 p. 180. forsitan μυστικός, quod primus in secretio consilio sisteret, quod secretum antiqui scripsere; cui quadrat illud Achmetis apud Meursium, μυστικὸς ἐστι τῷ Φαραὼ καὶ πρώτος τῶν ἀποκρύψων μυστηρίων αὐτοῦ. clarius et aptius cadit in hunc sensum versus opusculi iamiam adiungendi, incerto licet auctore: μυστικὸς βασιλικὸς πρώτιστος τοῦ σεκοέτον. Suidas v. ἡγεμονεία: ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν μυστηρίων ἀμα τοῖς ἐπιμελήταις προτοτάται. causae vero ad eum delatae homicidia maxime erant et sacrilegia, eodem Suida auctore.

ib. v. 11. ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν] scholas militantium ordines, κατ' ἀντίρροσιν ἀπὸ τῆς σχολῆς, ab otio, cui nullatenus vacarent, dictas, quin perpetuae armorum exercitationi tam palatinae quam forensi insudasse, notum est. domesticus scholarum ultimis saeculis fuit, qui Theophani et aliis κόμησι: domesticum enim ἔξαρχοντα esse superius posuimus. scholas initio undecim numeratas scribit Iustinianus ad senatum. praepositum uniuscuiusque vocat Theophanes in Anastasio ποίγυπα: ὁ Βιταυλιαρὸς προσιθηνεν ἵνα καὶ οἱ πρόγυπτες ἐκάστης σχολῆς διόσωσι. domesticum omnibus praefectum reperio primum sub Nicephoro I, Bardanum videlicet, et mox Nicetam. Theophilus Manuelem ad se reversum

μάγιστρον αὐθίς καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν ἐποίησε. Michael F πρόβαλλεται Βάρδαν μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν. sub Constantino tamen Porphyrogenito legitur apud Theophanem Constantinus alias non δομέστικος sed δονξ τῶν σχολῶν. nomen tandem redisse, cum Alexium patrem Anna δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρισθέντα scribit l. 1, coniicimus.

p. 10 v. 12. ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου] quis drungarius, ex alibi dictis notum: quis in classe, exponit Leo imperator in Tacticis περὶ ναυμαχίας c. 19: ἐπὶ δὲ τῶν θεματικῶν δρουμάνων καὶ δρουγγάριοι ἐπιστησονται καὶ τονδράρχαι· καὶ αὐτὸν τῷ στρατηγῷ ὑποταγγισονται, καὶ τοῖς ἔκεινον παραγγέλμασιν εἰζοντιν. οὐκ ἀγροῦ δὲ ὅτιπερ κατὰ τὴν ὄμοιωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλωμον καὶ οἱ τοῦ ἄλλων θεμάτων πλοῖαὶ οἱ στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐπαλοῦντο ποτε τοὺς ἄνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπὸ αὐτοὺς κόμητες μόνον καὶ κένταροι· ἀλλὰ νῦν εἰς στρατηγίδα ἡ ἐκάστων τῶν δρουγγαρίων ἀρχὴ ἀναβέβηκε (hoc est cum prius hoc non men non assumerent, postmodum se στρατηγὸν τοῦ πλωμον inscripserunt) καὶ καλομένη ταῦς στρατηγικαῖς καταμερίζεται τάξει. celocibus quoque per themata divisis drungarii et turmarchae praeſicientur. erat namque classis imperatoria toti mari imperans: ad custodiam provinciae sive thematis uniuscuiusque certus celocium numerus deputabatur. totius classis imperator erat magnus dux, de quo in praemissis; celocibus per themata divisis drungarii praeponerantur, inter quos nominatissimus Cibyraeotarum (a Cibyra civitate selecto navalı instructa) occurrit sexcentis in locis apud Theophanem, Leonem Grammaticum, Cedrenum, Zonaram et alios. drungarium τοῦ βασιλικοῦ στόλον magni ducis vices gerentem scribit Nicetas Paphlago in Ignatii vita, quem τοῦ πλωμον quoque δρουγγάριον dicit; hic μέγας δρουγγάριος est, et δρουγγάριος τῶν Κιβυρραιωτῶν, de quo nuper, a Theophane nominatur. Zonaras autem tum στρατηγοῦ tum δρουγγαρίου τῶν Κιβυρραιωτῶν meminit in Iustiniano Rinotmeto.

ib. v. 13. ὁ πρωτικήριος τῆς αὐλῆς] a caerimoniis, magister caerimoniarum, qui a Philotheo patriarcha εὐταξέας dicitur in ecclesia primicerius εὐτακτεῖ τὸν ἐν αὐλῇ πάντας: cunctos in aula componit, cunctis ordinem, locum, tempus ministeriorum distribuit. lege, si lubet, auctoris caput quintum.

ib. v. 14. ὁ πρωτοσπαθάριος] spathariorum dux. illi satellites, spatha ense armati. spatha latior gladius. σπαθίον et σπαθί vocant recentiores, quod ob asperam τοῦ δὲ pronunciationem, nonnihil τοῦ φ similem, σπαφή scripsit Crusius in Turcogracia. protospatherios tam copiosos enumerat Eustatius in Iure GR, ut quemcunque spatharium eo titulo fuisse ornatum coniiciam. hos quattuor tot lineolis coartat: Πέτρον πρωτοσπαθάριον καὶ ἐπαρχον, Πόδον πρωτοσπαθάριον καὶ μεγάλον οἰκονόμον, Θεοδόσιον πρωτοσπαθάριον καὶ οἰκονόμον τῶν εὐαγῶν οἰκιων, Ιωάννην πρωτοσπαθάριον καὶ καρτονάριον. spatharios intelligit Nicetas ubi habet σωματοφύλακας τὰ ἔφη ηραδαίνοντας.

ib. v. 15. ὁ μέγας ἀρχων] hunc, quis sit, historiae tacent, conjecturae indicant, petitur praecipua ex Ecloga Leonis et Constantini AA. tit. 6: τὸ τοῦ ἀρχοντος ὄνομα γενικόν ἐστι, καὶ σημαίνει καὶ στρατηγὸν καὶ ἀνθύπατον καὶ πάντας τοὺς ἐπιερχοῦν διοικητάς, εἰ καὶ συγκλητικοὶ ὦσιν. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ἀνθύπατον εἰδινόν ἐστι. celebrat Cedrenus in Basilio et Constantino Romani FF ἀρχοντα Ἀντιοχείας et ἀρχοντα Ἀβασγίας, in Romano Argyro ἀρχοντα Πανδέον, Novella 31 quattuor Armeniae ἀρχοντας: Cedrenus iterum in Theophilo et Zoe ἀρχοντα ἀρχόντων, quem Saracenicum principem autumo, de quo Constantinus in Chorographia: ἐναθέγετο εἰς μεγάλην Ἀμερικαν δοῦλος αὐτοῦ

βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, ὡς παρ' αὐτοῦ προβαθλόμενος καὶ τὸ τοιοῦτον δεγόμενος ἀξίωμα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ δεσποτούμενα μάστην καὶ πολιτεῖα καὶ χωρία τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων εἰσὶ. hunc nostrum μέγαν ἄρχοντα talem esse nusquam affirmarim, sed aliquem inter provinciarum rectores praecipuum, ob nomen vel praeposituram a caeteris colendum. τῷ ἄρχοντι τὰς τῶν ὁρατῶν καὶ τὰς τῆς παρανοίας καὶ τὰς τῶν ἀποκλήρων ἐπιδιωσίας reservatas asserit Suidas v. ἡγεμονεῖα.

p. 10 v. 16. Tatas seu tata aulae] nomen est a patre, sicut et παππίας. unde Germanis quoque *ein alter Tatel*, et Atta athe.

Nomen a Theodoro Lascari videtur inventum: quae dignitas fuerit, vix constat. Lascaris ille cum Theodoro Callimpani Prialpi vicinamarumque regionum custodiā commisisset, τατᾶν τῆς αὐλῆς κατανόμαζεν. at quis tatas? an quasi ἐπὶ τὰ τῆς αὐλῆς et τὰ τῆς αὐλῆς ἐπιμελούμενος? codex enim Regius ita semel legit, τὰ τῆς αὐλῆς: et in eam lectionem propendet Coresius. τᾶς τῆς αὐλῆς legit Matthaeus monachus, et opuscolum incerti operis mox exscribendum τατῆς αὐλῆς. an ita tatas sicut pappias? utraque siquidem dictione pueri appellant avos, παππίας, τατᾶς. atque ita quibusdam ab blandiri voluerint imperatores, ut puerili voce, quos *patrum* nomine vellent insignitos, τατᾶς quasi *patres aulae* constituerent. en Marcianus, ait Theophanes, Tatianum et Iulium prius heros, in aulam deinde vocatos, πατέρας αὐτὸς ἀνευήρεν; et hunc quidem Libyae (Zonaras scribit Illyrici), alium urbis praefectum constituit. Theodosius Helionem ὡς πατέρα δια τιμῆς ἦγεν, filiis Arsenium, scribit Cedrenus, βασιλεοπάτορα dedit. Leo Sa piens apud Grammaticum προεχειρίσατο Ζαοῦταν εἰς βασιλεοπάτορα. Constantinus Leonis filius ad Romanum scribit: ὡς φύλακα τῆς ἔμης βασιλείας ἐγοηροάτατον καὶ πιστότατον οὐδέποτε τῶν ὑπὸ χειρὸς ή Ῥωμανὸν εὐρηκάς, τούτῳ τὴν ἔμην φυλακὴν μετά γε θεῶν ἐπίστενος, καὶ ἀντὶ πατρὸς αὐτὸν ἔχειν ἔχοιναι, σπλάγχνα μητρικὰ πρὸς ἐμὲ καὶ διάδειν ἴσθειξάμενον. omitto a Francorum regibus pienissimis pares institutos quasi *patres*; Turcarumque principem superbia licet et ferocia insolecentem seniores aulicos *babas*, patres, nonnunquam vocitare solitum.

ib. v. 17. Magnus tzausius] retinent hodie hoc nomen *Turcae* in sua aula. Leunclavus in Onomastico: *Tzaus commissarius aulicus*, *hoc est cui variae res a sultano et veziribus committuntur, ut eis expediatur. cuiusmodi sunt diversae legationes, exterorum legatorum deductiones, aut cum literas ad principes extraneos et alios proceres preferre iubentur.*

Barbara vox in aulam CP inducta: *a mandatis, cursor, commissarius aulicus*, cui variae res committuntur, est *τζαούνιος*, Theophani in Phoca πρωτοκούρσωρ. officium nomenque a Turcis acceptum. Leunclavus in Onomastico: *tzaus-bassa*, sive *praefectus nobilium aulicorum*, quibus variae res expediundae committuntur. nomen est dignitatis in aula Sultanea magnac, cum sub hoc bassa tzausii plus minus septingenti militent. Graeci quoque *τζαούνιος* habuerunt in aulis imperatorum suorum, barbaros in hoc imitati; *tzausiorumque bassain* sua *lingua dixerunt* τὸν μέγαν *τζαούνιον*. de tzausii Turcicis Busbequius: *hi vicem accensorum apparitorumque implent, et mandata pleraque omnia seu principis Turcarum seu bassarum ferunt. amplius quid in aula CP gessisse arbitror: nam et imperatoris comitatum in ordinem coegisse refert inferius auctor, εὐταπτοῦσι τὴν τοῦ βασιλέως σύνταξιν. eapropter satellites sive stipatores suis Meursio constans negem: satellitibus tamen adiunctos*

lubens fateor. suadet Apomazar in Myst. male a Meursio perceptus: Σητητέον παρὰ σωματοφυλάκιων καὶ τξανσίων τί βονητέον. Pontanus ex Phranze: Tzauchides (tausii) et φαβδούχοι aulae virginis ferreis et scuticis eos urgebant.

p. 10 v. 18. ὁ πραιτωρ τοῦ δήμου] de praetore in communis Iustinianus: πραιτωρας ἐκάλον ἐν τῷ τῶν ἄλλων ἀπάντων προτέραι καὶ προτέρεσθαι ταῦτην αὐτοῖς δόντες προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντές τε αὐτοῖς καὶ τὰ πολεμικὰ διοικεῖν καὶ τὸν νόμον γράψειν, οὗτον καὶ τὰ δικαστικὰ καὶ παταγώγια πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολλοὺς νόμους ἐν τῇς τῶν πραιτώρων ἐνεχθῆναι φωνῆς. potestas eius cum militaribus simul esset ac civilis, processu temporis divisa est; at politica quidem mansit penes hunc τοῦ δήμου, quem Simocatta 6 10 τῶν δήμων scribit, penes thematum praetores militaris. Leo in Tact.: προσέτι δὲ καὶ ὁ πραιτωρ ἥγονν ὁ τοῦ θέματος δικαστής. de primis Cpolis praetoribus fuse Pan-cirolus in Notit. Imp. Or. c. 29.

ib. v. 19. ὁ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν] sanctioris aerarii praefectus, sacratioris gazae custos, qui olim comes privatarum, quem Zosimus l. 3 τῶν ἀνημόντων ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ταμείων προσβεβλημένον, Theodoreus Eccles. hist. 3 12 τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ ιπημάτων ἡγεμόνων πεπιστευμένον, recentior Nicetas Alexii Comneni l. 3 τῶν ἕστο λεγομένων ταμείων φύλακα vocat. publicas enim pecunias, quae et regii thesaurei aerariumque generale (τὸ βασιλικὸν ταμείον ἢ τὸ οικὸν ποντανεῖον Zonarae dictum), logotheta τοῦ γενινοῦ vel, ut Nicetas in Isaacio Angelo, ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ταχθεῖς curabat, duplex hoc aerarium prodit Cantacuzenus 2 1: ἀναλαμάτων ἐνεκα αὐτοῦ τε καὶ οἰκειοῦ ἀπό τε τῶν δημοσίων φόρων τὴν λεγομένην παρέσχετο τοπικήν, φέροντας ἐπ' ἐνιστόν τις διεχιλόντος ἐπὶ μυρίοις χρυσούς, καὶ ἔτερα χρήματα ἵσα ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ἐπέλευσε κρονγεῖσθαι ταμείον. tribunal ac sedes eius erat τὸ σκηνετον τῶν οἰκειακῶν secretum domestici fisci, de quo Ius GR p. 375 et Nicetas in Alexio Manuelis F. comes privatarum cognoscit περὶ τῶν ἀθεμιτογαμιῶν, ait Novella 12. in poenam contractarum huiuscemodi ὁ δημόσιος, ait Alexius Comnenus Novell. 3 Iuris GR l. 2, διὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν τὸ τοῦ συμβολαίος ἐγκείμενον ἐξ ἐπερωτήσεως πρόστιμον ἀφ' ἐκάστου αὐτῶν εἰσπράξεται πατά τὸ ὀλόνηρον. Manuel eius nepos ibidem Novell. 2: δώσει πρόστιμον λιτρῶν τριάκοντα νομισμάτων ἀπαιτηθησομένων ἀσυμπαθῶς ἐξ αὐτοῦ παρὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν.

ib. v. 20. ὁ μέγας λογαριαστῆς] rationum fisci magister, rationum aerarii disceptator, exedrae rationum praefectus. idem qui λογιστής, alienus a logotheta, Meursius licet cum aliis doctis utrumque confundat. Nicetas Manuelis l. 1: καὶ τῶν μὲν δημοσίων εἰσφορῶν φροντιστὴν καὶ λογιστὴν μέγιστον τὸν ἐκ Ποντίης Ἰωάννην προβάλλεται, ubi vulgaris lectio ponit λογαριαστήν. subdit Nicetas: ἦν δὲ ὁ ἐκ Ποντίης Ἰωάννης δεινότατος τὰ δημόσια, φροντιστὴς παιπάλημα καὶ ἐπίτομμα, καὶ τῶν μὲν ὄντων δοσμοφορημάτων συζητητὴς ἀφοιβέστατος, τῶν δὲ οὐκ ὄντων εὑρετῆς ἀπαράμιλλος. auctor Grammaticae Basillii nomine λογιστῆς ὁ λογαριαστῆς. Moschopulus apud Meursium: λογίζομαι τὸ διανοούμαι καὶ τὸ λογαριάζω. λογισμὸς ὁ λογαριασμός. λογιστῆς ἡ λογιαστῆς.

ib. v. 21. ὁ πρωτονυμῆγος] Gallis magnus venator, regiae venationi praeest; de quo Meursius. πρωτονυμῆγον Θεόδωρον memorat Greoras 3 7.

p. 11. v. 1. ὁ σκοντέριος] Italicum scudiero Graecobarbarum σκοντέριον procreavit. eum denotat qui principis in publicum vel in aciem procedentis scutum gerit, et scutigerulus sive scutifer audit. auctor de

illo c. 5. officium obibat eo tempore praecipuum quo scuta coloratis insignibus et aenigmatibus depicta viri principes et nobiles ad cruenta ludicraque certamina vel ad solennes conventus deferebant. ornabat imperatoris Orientis scutum coccinus color, cui crux aurea eminebat: angulos sive spatia inter crucis ramos expansa litera *B* auro pariter exarata decorabat, ita tamen ut bis ad sinistrum latus posita gibbos verteret in exteriorem et sinistram partem, ac penitus inversa videretur, et quattuor dictiones, quarum singularum est initialis, indicaret: Βασικέν^ς Βασιλέων Βασιλεύων Βασιλεύσει: ita Marcus Vulsonius in Heroica scientia at de his iterum. consule interim opusculum retro notas praesentes ponendum, in quo non σκοντέριον sed σκοντάριον (ἐν τῇσι ἀσπίδος τῆς βασιλικῆς λαζόντα τὴν ἀξίαν) lego.

ib. v. 2. ὁ ἀμηδάλιος] est qui putet vocem omnino Graecam, et quia classis magistratus est appellatio, ἀπὸ τοῦ ἀλυνδοῦ et ἄλατος quasi ἀλυνδάλιος formatam. et vere opusculum nuperime laudatum ἀλὸς ἀλυνδῶν ναναρχῶντα, *almyram salis*, id est maris, *navarcham praepositum* scribit. itane sal ipsum sale condiendum, ἀλυνδον ἄλας; an sal infatuatum est, ut sale indigeat? autumat alius Arabicam simul et Graecam, et quasi emir ἄλατος, *dominum principemque salis*, significare, emir siquidem dominus est et praepositus. ita sentit Iunius apud Gretserum. verum cum alia sit Arabum, alia Graecorum lingua, qui convenient dialectum in unam? suspicarer esse τοῖς ἀλυνδοῖς quibuscunque et ἄλατι praepositum, *salarium* nempe *mancipem* et *salinarum custodem*: fuit enim Alexius quidam Hypocaucus apud Gregoram 8 6 τῶν ἀλῶν τὴν διοίκησιν ταμιονλῶν. nec moratur fidem, quod idem domesticus fuerit occidiuorum thematum: simul enim utrumque munus obire poterat. et certe vox ad classis praeturam et magistratum maritimum spectans, eumque qui magno duce et classis drungario primas tenentibus sit minor, ut auctor c. 5 declarat; ac mihi nil nisi Arabicum sonat, et quem *emir halem* Leunclavius exponit in Onomastico, *dominum flammeolorum et vexillorum*, qui scilicet supremus est sultani vexillifer. omnibus etenim beglerbegis et sanzaebegis, cum creantur, vexilla porrigit sultanus. *magnus flammeolaris*, *magnus flamularius* dicitur apud Graecos. hi vero a Saracenis nonnulla sunt mutuati, ut ipsis propria rapuerunt illi. ameralius itaque cum classis sub magno duce praeturam sortiretur, regio simul vexillo ceu insigni cunctis conspicendo donabatur, cuius usum haud parce describit Leo in Tacticis c. 19: εἰναι δὲ σημεῖον ἵσταμενον ἐν τῷ σῷ δρόμῳ, εἴτε βάνδον εἴτε φλάμουλον εἴτε τι ἔτερον, εἰς τόπον περίοπτον, ἵνα δι' αὐτοῦ σημαίνοντός ποντὶ δεὶ πράττειν εὐθέως ἐπιλαμβάνωνται τοῦ δόξαντος ἔργον οἱ λοιποί. ac equidem si auctorem inspicias c. 5 scutifero, de quo nuper sermo, vexillum imperatoris commendatum referentem, quid obstat quo minus ille in terra, hic in mari regium vexillum suae fidei commissum teneat? cumque dicat auctor potestatem omnem eum sub magno duce adeptum, potuit et regium in mari vexillum gerere: eundem enim Georgium inter sanctos nominatissimum modo δοῦκα modo φλαμονλάρην vocat Damascenus Studites in eius vita.

ib. v. 3. ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων] insignitos hoc officio memorat Nicetas in Alexio 2 et Andronico 1. 2. δεήσεις vocat Zonaras in Alexio δεητήρια διδακτικά, et quo proposito praesarentur enarrat. τεταγμένας ἡμέρας ὠρίσατο, καθ' ἃς ἐπεῖσες δημοσίως προνοάθητο, ἀφορῶν πρὸς πεδιάδα πλατεῖαν. τῷ βούλομένῳ δὲ εἰς ἐπεῖνον πάροδος συγκεχώρητο, καὶ ἐκαστος τῶν δεομένων ἐπανετείνετο δεητήριον διδακτικὸν ὅτου δέοιτο. καὶ ταῦτα ἐνώπιον αὐτοῦ τιθέμενα ὑπέτατε τοῖς ὑπογραμματεύοντος ἐπένειναι καὶ γνωρίζειν αὐτῷ τὰς ἐκάστων αἰτήσεις. καὶ αὐτίκα τὴν ἐφ' ἐκάστῳ ἀντιγραφὴν προσέτατε γίνεσθαι καὶ βεβαιονμέ-

νην τοῖς δεομένοις παρέχεσθαι. congruam magis huius officii expositionem opusculo inferius subdendo reperies.

p. 11 v. 4. ὁ κοιτάστω] ut Theophanes, κοιτάστω, ut Leo Grammaticus et plures, κοιτάστω, ut Latinae pronuntiationi cum Simocatta vicinus, κονιάστω. non ignorant Graeci a quaerendo dictum. Moschopulus: ἔστιν ὁ συνητῶν καὶ ἐρευνῶν ἐπὶ χρήμασι. Procopius de bell. Pers. 1: βασιλεὺς πάρεδρος, κοιτάστωρα τοῦτον καλοῦσιν. Leo Grammaticus in Theophilo: ὡρίσθησαν ὁ τε κοιτάστω καὶ οἱ ἀντιγραφεῖς ἀπελθεῖν καὶ μέχρις θευελίων ἐκδιαφίσαι τὰ αὐτοῦ οἰκήματα. Simocatta Mauricianae historiae statim in limine: βασιλέως γλώτταν τὸν Ἰωάννην ἐδείνεν, ἄνδρα ἥντορά τε δεινὸν καὶ Ῥωμαϊκῶν νόμων ἐπιστήμονα, ὃς τοῦ βασιλέως τὰ προστάγματα τῷ διατόνῳ τῆς εὐγλωττίας ἐμεγαληγόρει μεγαλορροσύνης ἐπάξια. τοῦτον ἐπιχωρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλοῦσι κοιτάστωρα. κοιτάστωρα τοῦ δείου παλατίον vocat Ecloga Leonis et Constantini tit. 7.

ib. v. 5. Magnus adnumiasta] ἀδνούμιον est descriptio nominum apud Romanos, inquit Suidas; et ut alius ait, ἀδνουμιάζειν est κατ' ὄνومα διέρχεσθαι. est ergo delectus et census militum; unde actio ἀδνουμιάζειν, quasi dicas adnumerare; et ἀδνουμιαστής censor, lustrator, quasi adnumerator. non improbabile est a Graecis ex Latio hanc vocem petitam esse: sonus sane non abludit, ut nec significatio. vide Rigaltium.

Glossarium Bibliothecae Reg. ἀδνούμιον κατάλογος στρατιωτῶν. eos itaque censem adnumiastes. exponit dictionem Rigaltius; ex eo plura mutuantur Meursius, ex Meursio Gretserus, ex utroque cuncta Bullengerus ad verbum. eadem ingerere importunum. Theophobus apud Cedrenum in Theophilo: πολλοὺς ἐκ τούτων ἐμπόρευεν τοῖς βασιλικοῖς ἀξιώμασι πεποιηκὼς καδίξι στρατιωτοῖς (ἀδνουμιῷ) ἀναγόρευται, τάγμα Περσικὸν τούτοις ὄνομάσας. Nicetas in Isaacio: μετήξει δοσα τῶν στρατιωτικῶν εἰσὶ καταλόγων.

ib. v. 6. ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ] quattuor aeraria numero apud Gregoram I. 6: τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ προτανείον ἐδίδοντο, τὰ δὲ ἐκ τῶν στρατιωτικῶν, τὰ δὲ ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν. magnus logotheta sacras omnes gazas recognoscet, τοῦ γενικοῦ publicas, τῶν οἰκειακῶν privatas, hic de quo sermo, in milites erogandas. aerarium militare ab Augusto institutum scribit in eius vita Suetonius: utque perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosque snppeteret, aerarium militare cum vectigalibus novis instituit. curaverunt aerarium primo quaestores, teste Dione I. 43, aliquando aediles, narrante Suetonio in Augusto, nonnunquam praetores, eodem Suetonio referente: rediit iterum ad quaestores, ait Dio in Claudio; ac demum eius omnis cura penes logothetas mansit. huius adhuc στρατιωτικοῦ, nempe λογοθέτου, sexta Synodus act. 1 et septima act. 1 meminere: modo imperiale logothetam, modo quaestorem militaris aerarii reddidere interpres. laudes Cabasilae logothetae militaris prosequitur Cantacuzenus I. 49.

ib. v. 7. ὁ πωτοὶερακάριος] aucupum regiorum praefectus, quique enutriendis accipitribus aquilis falconibus et praedatricibus quibuscumque avibus ex imperatoris mandato vacat: magnus falconarius nostris dicitur. Andronicum iuniorem refert Phrantzes 1. 12 accipitres supra mille quadrungentos, totidemque qui curarent, aliuisse.

ib. v. 8. ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν] armenta gregesque praecipios fuisse regum antiquorum census sacrae literae narrant: erant etiam agri

domus possessiones eorum divitiae. Julianus Augustus in epist. Γαλιλαιῶν τὰ χρήματα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι δοθῆσμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ πτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις. Theodoretus hist. Eccles. 3 12 memorat Εἰρίδιον τῶν ὅδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ τημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένον. ille, inquit, privataram, hic de quo tractamus, gregum logotheta est. verum greges in agris et possessionibus ille censebat; et iura nonnulla regia quibus equi boves camelii etc ad comitatus usum pararentur, potuit hic exigere. hinc equi curatricii in codice Theodosiano memorati, a colonis et obnoxiiis curatoricio nomine flagitati; hinc oves gallinae etc canonici pariter nomine patriarchae offerenda, de quibus Ius GR abunde.

p. 11 v. 9. ὁ μέγας διερμηνευτής] magnus et praecipuus, eo quod plures in aula CP interpretes asserit Tyrius de bello sacro 18 30: *ad-sunt imperatoris CP legati, primus vir illustris Guido Stephanus, eiusdem consanguineus, secundus maximus palatinorum interpretum, Trissillus, homo uaser et pro negotiis imperialibus valde sollicitus.* Persicae linguae memorat Procopius de bello Persico: ὁσπερ αὐτῷ ἔουηνες εἴπετο, σὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς πατέντινε, πράγμα οὐποτε γεγονός πρότερον ἐν τοῦ παντὸς χρόνου. loquitur de Chosrois legato a Iustiniano convivio excepto. Simocatta 2 9: ἔμηνες δ' οὗτοι τοῦ Σαρακηνοῦ φύλον τοῦ ἐπικονδύντος Ρωμαίους. δραγόμενον vel δραγόμανον hodie vocant, voce Chaldaeoturcica: Chaldaeis enim Χαρά est interpretari. drugemenz scripsit Villahardonius antiqua Gallica iamque antiquata dictione, cui purior successit truchement.

ib. v. 10. ὁ ἀκόλονθος] Anglorum sive Barangorum sub imperatoris signis promerentium ipsiusque satellitum dux, ipsum imperatorem pone sequens, ac quos regebat Anglos praecedens, de quo rursus c. 5. cum auctore Cedrenus in Constantino Monomacho: διὸ καὶ πατέντα σπονδὴν ὁ βασικεῖς τὸν ἀκόλονθον Μιχαὴλ μεταπεμψάμενος ἐξ τῆς ἑσπέρας ἐς Ἰβηρίαν ἐπέπεπτε. ὃς ἐπεὶ γενομένος, καὶ τοὺς διεσπαρμένους ἐν τε Χαλδείᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φράγγοντος καὶ Βαραγγοντος ἀγηοζώς, κωλύειν ἡπειροτον τὸν ἐνόντα τρόπον τὰς ἐκδρομάς τοῦ συντάνον. de Barangis inferius.

ib. v. 11. φωσάτον] scribitur etiam φωσάτον, φωσάτον et φωσάτον, exercitus, acies, a fossato sive vallo quo castra muniuntur; unde fossatum et vallum nonnunquam significat, saepius et fere semper exercitum. fossatum indicat in illa Cedreni sententia: Βελισάριος λαβὼν τοὺς ἵππους τῶν πολιτῶν καὶ ἔξοπλίσας λαὸν ἥλθεν εἰς Χίτον πόλην, καὶ ποιήσας φωσάτον, δισυνέπειται ἐξ αὐτῶν, ἀπέπειται. in hac Leonis in Tact. const. 11: κροίως φωσάτον τὸ ἀπληπτον τοῦ ὄλου στρατοῦ καλεῖται. et infra: ἀσφαλίζεσθαι δρύμασιν η πάλοις, ὀλοπλήσσοις τάφρῳ ο λέγοντος φώσσα. exercitum vero indicat apud Leonem eundem, Constantimum de Adm. Imp., Turcograeciam, Ius GR et alios locis bene infinitis. ιριτὴς τὸν φωσάτον, qui iurgia lites et disceptationes inter milites et exercitus duces ortas componit et in sortes animadvertisit. Leo per totam constitutionem II iudicia ab eo exercenda desinit, quea tamen non ad ιριτήν sed ad ipsum ducem refert. εἰ μέντοι ἀδικηθῆ παρά τινος, τῷ ἀρχοντι τοῦ τάγματος προσελθέτω. εἰ δὲ παρὰ τοῦ ἀρχοντος αὐτοῦ ἀδικηθῆ, τῷ μείζονι ἀρχοντι προσελθέτω. Suidas quoque v. ἡγεμονεῖα: τῷ πολεμάρχῳ εἰσάγονται ἐπιδιπασίαι ὃσαι ἀποστασίον γραφήν ἔφερον. imperator Leo nihilominus inferiores iudices in exercitu constitutos testatur Tact. constit. 4: ὁ προάτωρ ἡγον ὁ τοῦ δικαστος δικαστής, ὃς τὰς δίκας τῶν δικαζουμένων διαλύει, ὃς εἰ καὶ τῷ στρατηγῷ ἐν τισιν ὑποτάσσεσθαι χρή, ἀλλ ὃν τοὺς λόγους τῶν ἰδικῶν αὐτῶν διοικήσεων πρός τὸν βασιλέα ἀφορᾷ.

p. 11 v. 12. Praefectus alogii et p. 11 v. 13 Protalogator] vitiōse ἀλλαγίου, et longe adhuc vitiosius πρωταλλαγάστωρ. Glossario tamen placet ἀλλαγίον et πρωταλλαγάτωρ, quia ἀλλαγή sunt loca mutandis equis in publico cursu destinata. hinc ἀλλαγίον cursus publicus, Post, et ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου praefectus publici cursus, Postmeister, et πρωταλλαγάτωρ generalis publici cursus. subscribat qui volet, ego quod edidi amplector, cum etiam Glossarium v. πρωταλογάτωρ a nobis stet, vertatque praefectus generalis equitum. quo tamen, inquit, maior erat ὁ ἄρχων τοῦ ἀλογίου, princeps equitum vel equorum: ἀλογίον enim Graecis est equus seu iumentum.

ibid. ὁ ἄρχων τοῦ ἀλογίου] officium haud explicatu difficile, ex vocis nihilominus ἀλογίου dubietate et obscuritate iam pene incertum et ignotum. legunt hic quidam ἀλόγιον, at ἀλόγως: et ex voce ἀλογον sibi nota (quis enim equum ignoraret) τὸν ἄρχοντα τοῦ ἀλογίου veredariorum et cursorum praefectum creant. lexica auctoritates coniecturae quaeruntur: verum οὐδεὶς λόγος. sanior lectio hic restitutum certum proferet sensum. et abdicato iure alieno proprium officio reparabit. legendum itaque ἀλλαγῶν, quod frequenter tum hic tum c. 5 posuerunt Regia cum duabus Mazarinis mss exemplaribus postmodum proferendis, quod constantem habet Cantacuzeni, Regium item exemplar aliud, quod indubie retinendum censuit auctor Glossarii v. ἀλλαξιμάριον, ἀλλάγιον. errat tamen, ut saepe solet, dum ἀλλαγίον et ἀλλαγῆν confundit, ac eo quod ἀλλαγὴ ζῷον δρομικόν, veredarium et equum mutatorium, indicat, ex propriis in eodem sensu τὸ ἀλλαγίον exponit. errorem animadvertisse dices, ubi subiungit: scholiastes Oppiani Halieut. l. 1 τὸν λόχον interpretatur ἀλλαγία: at, quasi repudiata veritate quam palpaverat, excusat confessum et ad equos publicumque cursum nervis omnibus contendit. adhaeremus nos λογίως sensui apud memoratum scholiastem reperto. ἀλλαγίον itaque est λόχος, agmen, turma, acies, et ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, qui eam quavis ratione dicit et illi imperat. verum quodnam agmen, inquies, regit hic ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, ut cum domestico, comite stabuli, stratopedarcha et aliis potestatem exerceat et obtineat dignitatem? respondet auctor c. 5: ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου εἰς τὴν τοῦ βασιλέως εὐρίσκεται μὲν σύνταξιν, καὶ ὑπὸ μέγαν δὲ πρωτικήριον. praefectus allagii locum obtinet in imperatoris comitatu, et subest magno primicerio. observa praetermissos silentio equos et σύνταξιν memoratum. at quid σύνταξις quam comitatus, agmen, acies? quid igitur ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου quam ἄρχων τῆς συντάξεως, et εὑρίσκεται ducis more εἰς τὴν βασιλικὴν σύνταξιν? βασιλική vero σύνταξις imperatorius vel sacer est comitatus, cuius magnus primicerius est caput, ex auctore c. 5 πεφαλὴ τῆς βασιλικῆς συντάξεως: illi supponitur ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, ac eius vices gerit. ergo non equorum, sed comitatus, sub primicerio dux fatendus, qui nonnullis primipilus.

ib. v. 13. ὁ πρωταλογάτωρ] verius ac communius, in Regiis, apud Meursium, Mattheum monachum infra referendum, et Cantacuzenum superiori nota memoratum, lego πρωταλλαγάτωρ, vocem ab eadem radice qua praecedens deductam, ἀπὸ τοῦ ἀλλαγίου nimirum, ita tamen ut ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου et πρωταλλαγάτωρ sic se habeant ut ille praecedat agmen, hic sequatur; ille milites ducat, hic ordinet; ille paratos in aciem et hostes exemplo provocet, hic militiam deserturos, ut in ordine stent, vi compellat; ille recta fronde in hostes pergit, hic a tergo imperitis et sola facie conversis confessim, ex pedissequo, dux fatendus, appareat; unde ex honore quem tunc assequitur, et quia μετὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀλλαγίου dignitatem et onus bellandi ducendique dividit, πρωταλλαγάτωρ ei nomine in-

ditum. ille Leoni λοχαγός, hic οὐραγός dicitur in Tact. constit. 7: στρατιῶται στρεφόμενοι ὡς ἵστανται ἀντιβλέποντος κατὰ τοῦ νάτον, ἥγον τὸ ὄπίσω μέρος, οὐκέτι τοῦ λοχαγοῦ εὐθυσκορέον, ἀλλὰ τὸ ἔξαιρεντον οὐραγοῦ. milites quemadmodum ante stabant conversi, solum ad tergum extremam aciem respiciant, lochago sive praestite in anteriorē partē minime, sed ultimā iam in fronte constituto, quem οὐραγόν, id est caudanum, nominant. superius dictis attestatur idem. οὐδὲ τοὺς οὐραγοὺς παραγγέλλεσθαι, καὶ ἐκ τῶν ὅπισθεν προσωθεῖν καὶ ἀποθεῖν αὐτάς εἰς τὴν χρείαν, ἵνα μὴ ἀπομένωσι τινες, ὡς εἰκός, δειλιώτες. πρωταλλαγάτωρα Sennacherim laudat Cantacuzenus 1 26; quem dum equis cursoribus praefectum autumat in margine interpres, in errorem equo celoce citius contendit.

p. 11 v. 14. ὁ μέγας διοικητής collector tributorum est. Leo Nova 61: τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους διοικητάς ή συνήθης δύμιλα καλεῖν οἶδε. Cedrenus in Leone Isauro, cuius predecessor Theodosius fuerat διοικητής, quem modo procuratorem modo quaeSTOREM reddit interpres: προσετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν κανόνα, κατὰ νομίσμα, μιλιαρίσιον ἔν, καὶ λαμβάνειν αὐτὸν ἡ βασιλεῖα, καὶ πτίζει τὰ τείχη. καντεῦθεν ἀπεργάτησεν ή συνήθεια, παρέχειν τὰ δικέατα τοῖς διοικηταῖς. frequentius quam ut referatur legitur apud Cedrenum eundem, Theophanem, Leonem Grammaticum, Nicetam et alios recentiores historiae Graecae scriptores. graphicē τὸν ἐπὶ τῶν εἰσόδων τῆς πόλεως depingit ultimo memoratus auctor in Ioanne Comneno, qui speciatim urbica tributa legit; cui favet Cedrenus iam productus.

ib. v. 15. ὁ ὁρφανοτρόφος] clarior est dictio quam ut eam dicamus orphanis nutriendis praepositum, tanquam tutorem et curatorem minorum, significare: clarissimum quoque officium, quod iura non silent in Leg. Orphanotrophos. in principio cod. de Episcopis et Clericis, et in Lege. Omnia privilegia. primus ei instituendo dedit ansam Constantinus, qui ex Theophane σιτομέτροιν κατὰ πόλιν ἔχαρσατο ταῖς ἐκκλησίαις εἰς διατροφὴν διηνεκῶς γῆραις καὶ ὁρφανοῖς καὶ ἔνοισι πένησι τε καὶ πληροιοῖς. palatinum insuper, non ecclesiasticum fuit hoc munus, ut commode orphani educarentur. alia vero pleraque misericordiae, quae circa corpus occupatur, exercendae munia ecclesiastica fuere et episcopi recognitioni subiecta. Ecloga Leonis et Constantini AA. tit. 8: ὁσπερ ψιλοικὸν οἶον δήποτε βαθμοῦ ἐπὶ χρήμασι προβάλλεσθαι οὐν ἀνεγόμενα, οὗτως οὐδὲ ξενοδόχον η̄ πτωχοτρόφον η̄ νοσοκόμον η̄ ἄλλον νῦν δήποτε εὐαγοῦς οἴκον διοικητὴν η̄ οἶον δήποτε ἐκκλησιαστικὸν φρόντισμα χειρίζοντα. et infra tit. 9: τοὺς οἰκονόμους καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους καὶ πτωχοτρόφους καὶ τοὺς τῶν ἀλλων εὐαγῶν οἴκων διοικητὰς καὶ τοὺς ἀπαντας πληροιούς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθεισῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ὡς ὑπόκεινται, ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμὸν τῆς ἰδίας διοικήσεως πληροῦσθαι καὶ εἰσπράττεσθαι. orphanotropheum locum orphanis educandis deputatum memorat Cedrenus in Leone Armenio ad S. Pauli aedem locatum.

ib. v. 16. ὁ πρωτονοτέροις ita vocatus iam ab antiquo, a Socrate quidem Graeco 7 23 et a Marcellino Latinae linguae scriptore l. 25. primicerium notariorum nuncupat Pancirollus in Notit. Imp. Or. c. 92, eidemque tres notariorum ordines, tribunorum, domesticorum et inferiorum tribunorum, supponit alias τοῦ βασιλέως, τῆς ἴπονοργίας, τοῦ βασιλικοῦ ἰδικοῦ lego in Theophane et Leone Grammatico: protonotarios non paucos in Iure GR, τοῦ δρόμον speciatim in Ioanne Comneno et Andronico apud Nicetam. ταχυγράφους si legas, semper notarios reputa: verum cave ne valde dissitos scriptores ταχυγράφους et καλλιγράφους

confuderis: qui enim cito, prave, qui tardius, scribit quoque rectius et nitidius.

p. 11 v. 17. ὁ ἐπὶ τῶν ἀναυγήσεων] memorialem, quem magistrum memoriae vocat Imperii Notitia, putat Meursius institutum, ut laudationes eorum qui militiae aut alibi fortiter se gessissent imperatori suggereret ac praemiis cohonestandos admonereret; clarumque iustiusmodi officii se represisse gaudet monumentum tum apud auctorem c. 5, tum apud Agathiam l. 4, his verbis: ἐκ βασιλέως τῷ Ρουστίῳ ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ὃ ἐναστά τε τὰ ποιούμενα εἰς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν καὶ τὸ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀριστεύοντας τοὺς βασιλεῖος δῶροις φιλοφρονεῖσθαι. at non unicum hoc est memorialis munus, qui de omnibus ad rempublicam et principem spectantibus, de publico bono adaugendo, removendis incommodis, puniendis sceleribus aequae ac virtute compensanda ipsum commovere ac commovere suscepit. non repudiandum huic sententiae testimonium promit Cedrenus in Iustino, ubi praefectus urbis loquitur: συγχωρεῖτα με ἡ βασιλεία σου εἰσέχεσθαι πρός σε ἀκαλύτως τοῦ τὰ ἀνηκοντα ὑπομιμήσκειν τὸ κοάτος σου, καὶ βεβαιῶ μετὰ τοιάνοντα ἡμερῶν μὴ εὐδόκεσθαι τὸν ἀδικοῦντα ἡ ἀδικούμενον· εἰ δέ τις ὑπομησει περὶ τινος ὑποθέσεως ἡς ἡκουσα ἔγὼ καὶ οὐκ ἔξεδίκησα, κεφαλαιῶς τιμωρηθήσομαι.

ib. v. 18. ὁ δομέστικος τῶν τειχέων] reges consules imperatores muris urbes cinxisse non infreuerter legimus; bellorum duces etiam hoc onus assumpsisse Belisarii Narsetisque res gestae docent: transiit hoc studium ad ipsos urbium populos, ac demum plebis expensis, novo a Leone Isauro imposito tributo, nusquam tamen deinceps extineto, fuere Cpoli reparati. Theophanes in eius vita: ἐπενοάτησεν ὁ σεισμὸς μῆνας δώδεκα. ὁ οὖν βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τείχη τῆς πόλεως πτωθέντα, διειλάησε τῷ λαῷ ὅτι ὑμεῖς οὐν ἐκπονεῖτε τὰ τείχη μτίσαι. ἀλλ ἡμεῖς προστάξαμεν τοῖς διοικηταῖς, καὶ ἀπαιτοῦντις εἰς τὸν κανόνα διοκτίνων, μιλιαρίουν. καὶ λαμβάνει αὐτὸν ἡ βασιλεία, καὶ πτίζει τὰ τείχη. ἐντεῦθεν οὖν ἐπενοάτησεν ἡ συνήθεια δίδειν τὰ διπέρατα τοῖς διοικηταῖς. ac inde forsitan emanavit pariter ut murorum praefectus instituuntur: tunc enim primum occurrit, in Theophane, Nicetas quidam Anthrax ἄρχων τοῦ τείχους, qui, ut ex dictis de domestico patet, domesticus murorum non inepte potest scribi.

ib. v. 19. ὁ προκαθήμενος τοῦ ποιῶνος] praecipuus cubiculariorum ac sacri cubiculi praefectus, cuius curam et custodiam παρακοιωμένῳ suppositus demandata habet. ita auctor ipse infra c. 5. lectum etiam somno capiendo ac imperatori noctu custodiendo in sacro cubiculo habuissé constat ex Leone Grammatico in Michaelae Theophili filio: Ἰγνάτιος δὲ ποιῶντος ἀπελθὼν τοῦ κλείσαι τὴν θύραν τοῦ ποιῶνος εὗρε διεστραμμένην, καὶ ἀπογονὸς ἐκαθέσθη ἐπὶ τῆς κλίνης, τίλλων τὰς τοβζοὺς αὐτοῦ. τοῦ δὲ βασιλέως ὑπονοματίου παραπλήσιον ποιωμένον ἀθρόως ἐλθὼν Βασιλεὺς μετὰ καὶ ἐτέρων τὰς θύρας ἀνέρξεν. καὶ ἔμφροσος ἔξειλθὼν Ἰγνάτιος ἀντέπιπτεν Βασιλεὺς μὴ εἰσελθεῖν. curabat hic imperatoris defuncti corpus. idem Leo paulo infra: ἀπέστειλε δὲ Βασιλεῖος καὶ Παῦλον ποιῶντην τοῦ ἐνταφιάσαι τὸν Μιχαὴλ. Callicrinitem προκαθήμενον τοῦ ποιῶνος memorat Cantacuzenus 1. 19.

ib. v. 20. ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου] de vestiario Hesychius: βεστιαρίον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ ποιῶν. ut vestes asservat, vocatur alibi ab auctore τὸ ἐντὸς ἀλλαξιαότον, penetrare vestibus mutandis dispositum, quasi dicas mutatorium: ut aerarium munere defungitur, a Niceta l. 3 Alexii Comneni τὸ ἔσω ταμεῖον internum aerarium. Latinis idem praestat vestiarium ex bibliothecariis Guillermo et Anastasio, illo quidem in Stephano 6 scribente: quid mirum si vestiariorum gazas reperit? hoc autem in Severino: sigillaverunt

*omne vestiarium ecclesiae seu cimelia episcopi. nec superflue duas istas significantias coniunctim ponendas censui: huic enim vestiarii curatori ut vestium custodia nullatenus deneganda, ita regia thesaurei cura nec non rei domesticae, aequae aci privataram logothetae et aliis, tribuenda cum auctore c. 5, ubi postquam protovestiaritae subiectum asseruit, ὑπηρετεῖ δέ inquit εἰς τὰς προσφερομένας καὶ ἔξερχομένας εἰσόδους τε καὶ ἔξ-έδους. confirmat Anna Comnena Alexiados 2 vestiarium sive cubiculum imperatoris idem fuisse quod et eiusdem aerarium: Βυζαντίῳ δέ τινι καθ' ὅδον ἐντυχών, χρυσοῦ βαλάντια ἵκανα ἐπιφερομένω καὶ πρὸς τὴν με-γαλόποιν ἀπίστοντι, ἥστο αὐτὸν τοῦτο δῆ τὸ Ὀμηρούν· τις πόδεν εἰ ἀνδρῶν; καὶ ἐπειδὴ παρ' αὐτοῦ ἐμάνθανεν ὅτι τὸν πολὺν χρυσὸν ἐπιφέρεται ἀπό τινων ἐπορχέεται, καὶ ὅτι πρὸς τὸν κοιτῶνα τοῦτον ἀνενοίγεται. hodie pariter aerarium et fiscus pontificis *camerae apostolicae* nomine indigitur, *la camera*; summusque camerarius apostolicis quoque gazis praeficitur, ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, quem Leo Grammaticus in Constantino Leonis filio προμηκήσιον τοῦ βασιλικοῦ βε-στιαρίου dixit.*

p. 11 v. 21. ὁ βεστιάριος] vestiarium hunc cense protovestiaro et vestiarii praefecto subiectum. eius praecipuum munus est summa circa vestiarium vigilantia ac eius perpetua cura; unde et expeditione marina suscepta triremi illud deportanti imperat, ac eius triremis velut apotheca vestaria imperatoriam sequitur. auctor c. 5.

p. 12 v. 1. ὁ ἐταιριάρχης idem officio ac μέγας ἐταιριάρχης, verum ei suppositus.

ib. v. 2. ὁ λογαριαστὴς τῆς αὐλῆς aulicus thesaurarius, qui meritis et obsequiis stipendia exaequat. at non tam rationum aerarii quam ministeriorum discussor ac disceptator existit. auctor de illo uberioris c. 9. nos de logariasta, ubi de magni huius nominis officio.

ib. v. 3. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν Μονοτάτων] qui sint Murtati coniuncti quidem, at non certo probare possumus. est certe μοῦλτον sedatio, tumultus, apud Constantinum Porphyrogenitum in Nov. ἐπιβονταῖς ἐπι-χειρεῖν ἢ μούλτῳ. cuius sententiam refererunt Matthaeus Blastares Elementi Σ c. 11. in Nomoc. scribit μούρτῳ vice μούλτῳ: recentioribus enim λ in ο mutare quam familiare, ut ἡρθες vice ἡλθες, ἀρμυρόν vice ἀλ-μυρόν. an vero ἀπὸ μούρτον Μονοτάτοι, non qui tumultum excitent, sed qui compescant silentiariorum vice, vel etiam si tumultum edant, ad reverentiam imperatori exhibendam, vel praeſentis maiestatis signum edunt, literatus lector iudicabit. Murtatos porro stationarium militum agmen esse nulli dubium, ut eorum ducem στρατοπεδάρχην, qui Leoni in Tacticis καμπιδούκτων.

ib. v. 4. τῶν Τζανόνων] Laconas hodie vocari Tzaconas recte obſervarunt ex Gregora l. 4 Meursius, Gretserus, Bullengerus: corrupte tamen τξ vice λ substitui infitior. sunt itaque Tzacones germana populari-que pronuntiatione a Tzaonia Peloponnesi monte, qui antiquis Cronium est vocatus, oriundi. ita Gemistus apud Ortelium et Georgius Coresius in rescriptis. magistrum porro Tzaconitam, de quo Luitprandus in legatione, esse hunc τῶν Τζανόνων στρατοπεδάρχην nullo auctore Meursius affirmat.

ib. v. 5. μονοκάβαλλοι ἕδειν qui μόνιπποι, unico pugnantes equo. hos Palaephatus κέλητας vocat, Plinius 34 5 celetes, Seneca singulato-ress ab equo singulari quo utebantur. κέλης Suidas μόνος ἵππος, καὶ ὁ ἐπὶ τούτον φερόμενος. ὁ σελλάριος, ὁ γυμνός. καὶ ἵππος δὲ κέλης ὁ γυμνός. scholiastes Graccus: κέλης ἵππος μονάμπνξ. plura Hermannus Hugo de militia equestri 3 4.

p. 12 v. 6. τξάγγος arcus, τξαγγούτορος sagittarios quidam cum Meursio reddunt: quos autem arcus, quos sagittarios intelligent, non exponunt. breviter et sincere. τξάγγος balistae sunt, de quibus Cantacuzenus 1 36: ἐν τόξω λατινών τῶν λεγομένων τξάγγος ἀριέντες βέλη. belle interpres in margine: *inde zangratores, qui arcubalistarii fuerunt, quorum usus in bellis tunc temporis plurimus.* sunt et testimonia quae arcus huiusmodi indicent, Annae l. 8: τὸ ἀπὸ τῆς τξάγγος (femineum reddidit femina) βέλος ἐμπεσόν. nusquam hoc de usitato arcu diceretur, sicut nec illa Heronis μαχαγανότξαγγος, machinae balistariae. sunt et alia quae balistarios ingerant, Nicetas in Manuele Comneno l. 2: φραξάμενοι τε, ὡς είχον, τὰ τείχη τοξόταις οὐτὶ τξαγγούτοροι. at nisi τξαγγούτορος balistarii forent ab aliis sagittarii diversi, ut quid utrumque mentio, ut ex iis moenibus tutamen accederet? arcus tamen est balista, balistarii quoque sagittarii sunt, quos proinde τξαγγούτοξόται nominat Nicetas in Alexio l. 3. at Phranzis interpres Pontanus belle rursus de illis 2 14: *zangratores* (quidam enim codices habent ξαγγούτορες, alii τξαγγούτορες) *genus sagittariorum, alterius generis vestes et insignia habebant*, ab aliis nempe sagittariis Tzaconibus sive Laconibus diversa.

ib. v. 7. τῶν μεγάλων παλατίων] plura fuere Cpoli palatia ab historicis ac speciatim Originum CP auctore memorata: qui supremus omnium curator et custos, is est προκαθήμενος, de quo in praesenti. elegantur Gillius et Pancirollus de 14 regionibus urbis CP. unum fuit inter reliqua praecipuum. Leo Grammaticus βασιλείου, Nicetas l. 1 Isaaciī μέγιστον ἀρχεῖον, Manuelis l. 1 μέγα ἀρχεῖον, ἐνθα τῶν χοημάτων αἱ σωρεῖαι οὐτὶ τὰ τῶν κρατούντων γνωσιτικὰ περιβλήματα. alibi μέγα βασιλείου, rursus λεγόν ἀρχεῖον vocat. in eo regium satellitium ac solennes excubiae: ea propter occiso Michaelē silentio illud occupare studuit Basilius Macedo, in Leone citato; Manuel vero Ioannis Comneni filius a patre quantumvis renuntiatus, hoc unum sollicitus amiebat, ut palatium imperii arcem teneret, in Niceta loco iam memorato.

ib. v. 8. erant blachernae ad maris sinum Cpoli: τὸν ἐν Βλαχέρναις κόλπον memorat Cedrenus in Michaele Balbo, in eo non sacras modo deiparae, sed et regias imperatoribus Pulcheria construxit aedes, quarum custodiae fuit sollicitus hic προκαθήμενος. Nicetas in Alexio Manuelis F: τοῦ Ἀνδρονίκου καταβάντος ἐν τοῦ τυραννείου εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις βασιλείου, οὐτὶ γενομένου κατὰ τὸν ἐντὸς τούτον ὑψηφεοῦ δόμον, ὃς Πολότυμος λέγεται. incultum ruinaeque vicinum describit Gregoras 4 7: τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις ἡμέλητο ἐν πολλῷ, οὐτὶ ἡν τὸ πλεῖστον γε ἐν πολλῷ καπνῷ οὐτὲ κόνεως ἐμπεπλησμένον, quapropter urbe recuperata in eo habitare neglexit Michael Palaeologus. tandem sub imperio Turcico misere conflagravit. lego Cantacuzeni 1 56: Πεπανόν τινα τῶν ἐν Βλαχέρναις προκαθήμενον βασιλείων, τῶν τῆδε τειχῶν τὴν φυλακὴν πειστευμένον. hoc προκαθημένον huius officium.

ib. v. 9. ὁ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων] magistrorum, duum, comitum, Orientis et Occidentis praetorio praefectorum deploranda reliquia fuere hi duo domestici Orientalium ac Occidentalium copiarum, sub magno domestico, vix et pene nomine praepositi. itaque praeter δούκας, κόμητας ac στρατηλάτας τῆς ἔως οὐτὶ τῆς ἐσπέρας, obviam apud Theophanem Cedrenum Zonaram Annam et alios passim reperiendos, observo etiam στρατηγὸν ampliori potestate donatos, hos quidem in Oriente illos in Occidente imperitasse. de Orientis praefecto loquitur Theophanes in Zenone: ὁ βασιλεὺς θέλων τὸν Ἰλλον πληροφορῆσαι ἐποίησεν αὐτὸν στρατηγὸν τῆς ἔως πάσης, δοὺς αὐτῷ ἔξοδίαν πᾶσαν, ὥστε οὐδὲ δούκας ποιεῖν. ἀνατολικὸν στρατηγονομίνοντος ὅπερι Λογίνον celebrat idem Theophanes in Copronymo, et sub eius filio Leone

Ρωμανὸν στρατηγὸν τῶν ἀνατολικῶν: Leo Grammaticus Bardae consobrium monosotropatηγον εἰς τὰ δυτικὰ θέματα. exin domesticatus nomine inducto, de quo superius, occurrit in Oriente δομέστικος τῆς ἀνατολῆς τιμηθείς, apud Nicetam in Isaacio Angelo apud Annam l. 8 quendam τὸ δομέστικάτον αὐτούμενον τῆς ἀνατολῆς, apud eandem l. 2 δομέστικον τῆς ἑσπέρας, l. 7 προχειρισθέντα μεγάλον δομέστικον τῆς δύσεως, apud Nicetam laudatum et Cantacuzenum δομέστικον τὸν δυτικῶν θεμάτων reperies.

p. 12 v. 11. ὁ μέγας μυρταῖτης] Georgius Coresius ieuno quamvis, solus tamen hanc vocem exponit in epistolis, et vult esse ducem satellitum, quorum insigne fuit myrti ramus in pileo gestatus.

ib. v. 12. ὁ πρωτοκόμης] qui principem ducem vel agminis bellici caput hic intelligit, errat. comes, de quo sermo, Θαλάσσιος, officium habet in classe, ait auctor c. 5 versus finem, et magnum ducem, drungarium magnum et amiralium pone sequitur, iuxta dignitatis gradum. uno verbo eretarcha est, *remigii praefectus*, qui *remiges agit*, et dux est impellendis remis, adestque gubernatori in regenda triremi: *comite*, *officer de galère* Leo in Tacticis const. 19: οὐχ ᾧ ἔτυχε πάντων τῶν δοουάνων πορευομένων, ἀλλ' ἐπιστήμεις αὐτοῖς ἀρχοντας, η κατὰ πέντε η κατὰ τρεῖς δρομωνας ἔνα τὸν λεγόμενον κόμητα, οὗτις ναναρχός τε καὶ ἡγεμών τῶν ὑπὸ αὐτὸν δρομωνών ὑπάρχων φροντίσει προσεχέστερον περὶ πάντων εὐκολίους, καὶ διατάξει πρὸς ἕκαστα. et paulo infra: στρατηγοὶ δρονγάριοι ἐπαλοῦντό ποτε τοῖς ἄνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπὸ αὐτοὺς κόμητες καὶ κένταροι. Eustathius quoque Iliad. 1: ναναρχον τὸν τοιοῦτον φασίν, εἴη δὲ ἀν ὁ τοιοῦτος ὁ καὶ κόμης παρὰ τοῖς ὑστερον. qui cunctis huiusmodi praeest, πρωτοκόμης. Matthaeo monacho iam exscribendo πρωτοκόμης τῶν νανταλῶν dicitur.

ib. v. 13. ὁ παππίας] minor hic alio qui μέγας παππίας. intellige idem de eo qui sequitur, drungario et myrtaite.

ib. v. 14. δρονγάριος] Leo in Tact. const. 4: δρονγάριος λέγεται ὁ μιᾶς μοίρας ἀρχων. μοίρα δὲ ητοι δρονγός τὸ ἐκ ταγμάτων ητοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων κομήτων συγκείμενον πλῆθος. κόμης δέ ἐστιν ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος ητοι βάνδον ἀφηγούμενος. drungarius itaque chilarchus est sive tribunus nobis, *maistre de camp*.

ib. v. 15. ὁ σεβαστός] imperator Latinis Augustus quondam dictus, Graecis σεβαστός. Alexium nihilo secius ante tyrannidem arreptam reperio hoc nomine ab imperatore et senatu decoratum. Anna eius filia l. 1: ταῦτα μὲν ἔστω πλεονεκτήματα καὶ πρὸ τοῦ θρόνου κατορθώματα, ὃν ἀπάντων γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἀξίαν, σεβαστός ἀναρρηθεὶς ἐν μέσῃσι συγκλήτου. erat adhuc sub Constantino Monomacho non multis annis Alexio superiori honoris plena σεβαστοῦ appellatio. Alanam enim pellicem ille σεβαστὴν ἀνόμασεν, inquit Zonaras, καὶ εἰ μὴ τὴν βασιλίδα, τὴν Θεοδώραν λέγω, πεποήτο δι' αἰδοῦς, βασιλίσσαν τὴν ἐρωμένην ταύτην ἀν εἶπε. iterum: τετμητο. δὲ η γυνὴ σεβαστή, αὐτῇ πρώτῃ τῆς πρώην βασιλίσσης ἀποεμπληθείσης καὶ ἀξίας καὶ ιλήσεως, καὶ ἀνομάζετο δέσποινα. Alexius tertium fratrem Nicephorum renuntiavit sebastum, ait iterum Zonaras, et Anna in patris vita: Νικηφόρος ὁ ὑστατος ἀδελφὸς μέγας δρονγάριος τοῦ στόλου προβέβληται, τὴν τῶν σεβαστῶν καὶ οὕτως ἀνάληπνον μετειληκώς. a sanguine regio alienis dignitas haec postmodum collata: recenset enim Nicetas quendam Georgium σεβαστόν, fratrem Andronici nondum imperium adepti uxoris. viluitque deinceps magis ac magis, legiturque in Isaacio Angelo l. 3: σταλεῖς ὁ σεβαστός, κύριος Θεόδωρος Χοῦμνος, χαρτουλάριος ἀν τῶν ἵπποστάθμων. in hac dignitatum no-

titia οὐραγοῦ vices obtinet, qui Alexii tertii tempore circa CP captam πανσέβαστος σεβαστός ridicule audiebat, Iuris GR p. 285 in supra margine.

p. 12 v. 19. ἐπὶ τὸν κανακλεῖον ἥν] male Iunius: *canicleo sacer imperatoris praerat atque vehebatur.* sensus verus est quem expressi: tanta enim erat canaclei dignitas ut posset impetrare filio suo filiam imperatoris et filiae filium. exemplum invenies apud Gregoram l. 7 et Cantacuzenum l. 1. Graecis unico vocabulo dicitur κανακλεῖον *canacleus.* apud Tyrium 22 6 *canaclinus* appellatur, ut et in Ligurino Guntheri l. 8: *Graeci cognominis usu hinc caniclinus erat, nobis camerarius idem esse potest.* Radevicus cancellarium interpretatur l. 1 de gestis Friderici Imp. c. 47: *unus de servis palatii, canaclinus videlicet, quem nos cancellarium dicere possunus.* verum nec camerarius nec cancellarius erat, sed ordinis longe celsioris et augustioris. erat canacleum augustissimum et magnificentissimum palatum, cui sub Theophilo imperatore iconomacho canaclei titulo praerat Theoctistus, tanta gratia apud Theophilum pollens ut quasi secundus imperator esset, teste Zonara in Theophilo. adiunctum erat eiusdem nominis monasterium, in quod Nicephorus Botoniates Alexii Comneni et aliorum coniuratorum matrem et coniuges amandavit, ut scribit idem Zonaras in Alexio Comneno.

De canicleo seu praefecto canaclei Codinus p. 17 ed. Iun.: δὲ ἐπὶ τὸν κανικλεῖον ὅχούμενος, equo scilicet vel alio vehiculo intra aulam Cpolitanam; quod nulli alteri concessum. magna erat dignitas, cuius passim fit mentio apud historicos Graecos. Ioannes Curopalata in Michaele Rancabe: *animae quasdam maculas simulat se quidam religioso explicare velle per Theoctistum, quem postea canaclei dignitate honoravit.* eadem de canaclei praefecto Theoctisto Cedrenus, ubi de caede Leonis Armeni agit. idem Cedrenus scribit occiso praedicto Theoctisto a Barda, Bardam dignitatem canaclei in se transtulisse. Curopalata in Constantino Leonis filio: paulo post missus est ab Augusta patricius Basilius canaclei praefectus. de eodem canaclei praefecto Theoctisto Zonaras in Theophilo imperatore: *uxorem et canaclei praefectum multum obtestatus est* (Theophilus) ne paterentur venerandas imagines reponi. idem Zonaras in Alexio Comneno: *Comneni rebus suis iam in tuto collatis, matrem et coniuges ἐκ τῆς μονῆς τοῦ κανακλείου, ex monasterio canaclei, ad regiam accersiverunt.* ubi Wolfius interpres *ex canicleo monasterio.* ex qua versione suspicari quis posset canacleum fuisse monasterium, tametsi adiuncto palatio: nam monasteriis, nominatum ei quod Hodegetria nominabatur, et templis praecipuis, ut Blacherniano, adiungebantur palatia, in quibus imperatores vel pietatis vel recreationis causa aliquando versabantur. hinc Iunius τὸν ἐπὶ τὸν κανικλεῖον putat praefectum fuisse arcis et monasterii hoc nomine in urbe Cpolitana. quae fuit etiam sententia Wolfii in indice ad Zonaram. *canacleum, inquit, monasterium*

p. 123 et 234. Xylander in notis ad Cedrenum num. 196 ingenue fatetur se nescire quid sit *caniclei dignitas*. Nicephorus Gregoras lib. 7: erat tum *procurator negotiorum imperii vir prudens et ob industriam et reipublicae gerendae scientiam imperatori carus*, unde et auctoritate et opibus pollebat, *Nicephorus caniclii praefectus*. *is blandis sermonibus et obsequiis lenitate imperatoris conciliata petit et accipit generum filium eius Ioannem*, indignante quidem et refragante imperatrice, sed tamen accipit. de eodem Nicephoro caniclei praefecto Cantacuzenus 1 14: *de senatu palatino praesentes aderant magnus logotheta Metochites*, cuius antea meminimus, et *Nicephorus qui canicleo praeverat et vehi solebat, admirabili sapientia consilioque praeditus*, et ab imperatore benevolentia honore que singulari dignatus, ita ut etiam Irenem filiam eius Ioanni despota filio suo nuptiis coniungeret. hic *Nicephorus prius imperatoris domestica administrabat: tum autem podagra conflictatus functione illa abierat. nihilominus summo eum honore imperator prosequebatur*.

Ex hoc et praedicto Gregorae loco intelligis quare praefectus caniclei *consocer* imperatoris appellaretur; quia tanta erat haec dignitas, ut praefectus caniclei posset filio suo impetrare filiam imperatoris et filiae filium. hinc οὐρανοθέρεος: nam praefectus caniclei a filia imperatoris, si nupta filio esset, vocabatur *socer*, et imperator a filia praefecti caniclei *socer*. idem factum quando filius imperatoris in matrimonio habebat filiam praefecti canicleo.

Idem Cantacuzenus 4 40: *Palaeologus praesidem caniclei Angelum legatum mittit*. Nicetas Choniates lib. 1 de rebus gestis Manuels Comneni, de Styppiota agens: tandem ad caniclei magnificum munus et intimum etiam imperatoris familiaritatem promotum magis etiam extulit. hanc tamen tantam dignitatem sua granditate inferiorem duxit Constantinus Mesopotamita, ut libro 2 de Alexio Commeno scribit idem Nicetas: *caniclei officium*, inquit, *quod Isaaco imperante obtinuerat, ei rursus offerebatur, ut suo fastigio inferius renuit*. Georgius logotheta Acropolita in chronicō Cpolitano, non procul a fine: *misit imperator ad regem Siciliae apostatae generum per Nicephorum caniculum*; ubi ipse canicleo praefectus canicleus appellatur, ut et in disputacione Gregentii κανικλείων.

Duravit haec dignitas ad imperii Cpolitani extrema usque tempora. Palaeologus apud Phranzen 2 17: *duxi ego uxorem Helenam filiam Alexii Palaeologi Exemplaconis, qui canicleo praeverat*. in disputacione Gregentii imperator: *Erbae seu Herbano patrinus seu susceptor in baptismō factus Leonis nomen imposuit, et hypēcclisionem (ὑπεκκλησία) eum fecit, quem Romani patricium et caniclionem appellant*. exstat haec disputatio t. 4 Biblioth. Patrum, cuius occasione Meursius varia philosophatur in suo Lexico v. Πατρίζιος. observa non omnem patricium fuisse caniclionem, sicut haec disputatio Gregentii affirmare videtur, quia unus canicleo praefectus erat, multi autem

patricii. contingere quidem poterat ut canicleo praefectus patricius esset, sed id non erat necessarium.

Observa secundo falsum esse quod Meursius scribit: *imperatorem ecclesiae et rebus ecclesiasticis praefuisse veluti supremum caput.* nullus imperator orthodoxus hunc titulum sibi arrogavit: schismaticorum et haereticorum hoc proprium est. orthodoxi imperatores norunt se esse oves ecclesiae, non pastores, subditos, non capita. defensores itidem ecclesiae sunt: capitinis nomen summo pontifici, Christi vicario Petrique successori non inviti relinquunt. ne Calvinistae quidem Puritani capitinis ecclesiastici nomen regibus tribui ferunt. notum est quam limis oculis Calvinus regem Angliae ob hunc titulum assumptum aspexerit, et in Belgio quam ferventiores Calvinistae obsistant ne foederati Ordines pro capite ecclesiae efferantur et agnoscantur.

Observa tertio falsum esse quod Meursius dicit, patricium aliquem *ὑπεκλησίον* dictum tenuisse vicem imperatoris in hoc, ut ita loquar, *capitaneatu* ecclesiae. sed ut ficticum est ullum imperatorem catholicum pro capite ecclesiae sese venditasse, ita ficticius est iste patricius vicarius imperatoris in rebus ecclesiasticis. et tamen hoc semel effudisse non contentus, id v. *ὑπεκλησίον* recinit. scilicet imperator Iudeum recentem a baptismo suum in rebus ecclesiasticis vicarium constitisset, etiamsi pro capite ecclesiae se venditasset, rudem adhuc rituum Christianorum et ecclesiasticae politiae ignarum. politica igitur dignitas erat, non ecclesiastica, quemadmodum et patriciatus et praefectura caniclei.

Longe alia et aliter de praefectura caniclei doctissimus vir Nic. Alemannus: nam in commentario ad *ἀνέδοτα* Procopii, quae ipse nuper evulgavit, in illud p. 29 v. 2: *colore imbutus quo scribere mos est imperatoribus*, ita scribit. *Gregorius Secundus ad Leonem Isaurum imperatorem*: Literae tuae et non alienae sigillis imperatoriis ob-signatae diligenter essent, et accuratae intus subscriptiones per cinnabarinum propria manu tua, ut mos est imperatoribus subscribere. cinnabarinum vocavit ob *coloris similitudinem*: *sed imperatorium encaustum purpureum erat ex murice*. sacri affatus, quoscunque nostrae mansuetudinis in quacunque paginarum scripserit auctoritas, non alio vultu penitus aut colore nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur, scilicet ut cocti muricis et triti conchylii ardore signentur. hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere. *l. 6 C. de divers. rescript.* encaustum *hodie in Italia dicimus* enchiostro; encausta et encaustaria *legendum in l. 9 C. de Agric.* *Liquor ille purpureus*, quem *hic non atramentum sed purpuramentum* vocare liceat, servabatur in atramentario, nisi dicere malis etiam purpuramentario; *quod cum caniculi formam effigiemque prae se ferret*, *quales atramentariorum formas* *hodieque usurpamus*, ob *id caniculus est appellatum*. et a caniculo erat qui *Caesari eiusmodi purpuramentum ministrabat*. *Anastasius Bibliothecarius ad octavam synodum Act.*

10: praepositus caniculi est qui curam et custodiam gerit caniculi, id est atramentarii, ex quo imperator phoeniceas literas scribit in chartis. ad nomen si quid praeterea Caesari subscribendum erat, id praepositus caniculi manu sua exarabat, quod in calce eiusdem synodi Christophorum Basilius imperatoris a caniculo fecisse liquet. praeficiebantur caniculo primarii a secretis, quorum magna dignitas et auctoritas fuit, utpote quae solis tandem imperatoris sanguine propinquis concederetur. quae Iunius de hoc officio apud Codinum, nugae sunt. haec Alemannus; cuius sententiam non improbabilem Anastasii Bibliothecarii auctoritas efficit. nec a caniculo abludit nomen, quo Graeci utuntur, quibus solenne Latina vocabula nonnihil inflectere et ad Hellenismum quoad licet conformare. porro verba actionis decimae, ad quae Anastasius supra dictam notam adiecit, sunt ista: *post hos piissimi et amatores Christi imperatores Basilius et Constantinus figentes quidem propria manu in quinque voluminibus (seu etiam pluribus) pretiosae crucis figuram, Basilio Magno imperatore, similiter etiam et Constantino figente crucem pro se et fratre suo Leone subscripte quoque nomina trium imperatorum, propria manu, et subscriptionis residuum subscripte Christophoro protoascretis et praeposito caniculi.* Graeca editio Romana ita habet: καὶ μετὰ τούτους οἱ βασιλεῖς Βασίλειος Κωνσταντῖνος καὶ Δέων, πηξάντων μὲν ἰδιοχείρως ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν τύπον τῶν βασιλέων, καὶ γεγαφότων τὰς οἰνεῖς ὄνομασίας, τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγαφότος Χριστοφόρου πρωτασηκόρήτου καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. quod reliquum erat, Christophorus protoascretis et praefectus caniclii subscrispsit.

p. 12 v. 19. ἐπὶ τοῦ κανικλείου] nugas referrem, si appictos a quibusdam τῷ κανικλείῳ sensus in medium producerem. ad propositum veris scopum recta pergo. κάνεον non canistrum modo sed et lanx et patella est Homero. κανίον quoque caliculus fusorius vertitur: nam τοὺς μεταλλικοὺς τοὺς ἔγαδουνον τὰ κανία metallicos fabros fusoriis caliculis utentes dixit Eleutherius Zebelenus. uno verbo δοχεῖον quodvis exiguum, quale ἀλάβαστρον, φωνάδιον, μυροθήη, est κανίον sive κανίον, vasculum, ampulla, myrothecium, acetabulum. ψλέος quoque gloriam dignitatemque referre non ignorat qui Graeca summis degustavit labiis. erit itaque κανικλείον vasculum inter caetera dignitate vel gloria praecipuum, quale fuit illud in quo gloriae dignitatisque suae insigne, liquorem videlicet purpureum quo chrysobullis et sacris diplomatis sub-signabant, imperatores iubebant asservari. ille vero cui vasis huiusmodi custodiam demandabant, ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου salutabatur. lego etiam κανικλείον apud Leonem Grammaticum et Cedrenum. de eodem Gregentius: ὅν οἱ Ρωμαῖοι κανικλείονα προσαγορεύοντοι, quem Romani canicleonem exponunt. Radevicus et Guntherus reddunt caniclinum. at non contortam in varias formas vocem, sed sensum e vulgo et ex Nicetae testimoniosis quam dilucide profero. Manuel Comnenus, inquit ille vitae eius l. 1 4 Theodorum Styppiotam εἰς τὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ κανικλείου μεγαλοπρεπῆ προσβάσει τιμὴν καὶ τὴν παρὰ τῷ βασιλεῖ μεγάλην οἰνεῖωσιν. invidet propterea aemulus quidam logotheta: οὐκοῦν κατὰ καρδίας ἀνταίαν πληγὴν εἰληφὼς ὁ δῆλωθεις λογοθέτης ἐκ τοῦ τῷ Στυππειώτῃ δοθῆναι δοχεῖον ἐρυθροδάνον διάλιθον χρύσεον, scribit idem l. 3. is igitur idem est qui canicleo praeficitur et qui vasculi purpurei coloris custos est, ac ideo τὸ κανικλείον est δοχεῖον ἐρυθροδάνον, quod et

χρονούβονιλλον: ita namque reponit alia lectio vulgarior, *χρονούβονιλλον* δοὺς μετὰ λίθων λαμπρῶν. hinc si τοῦ ἐπὶ πανικλείον ὄφρινον, ut habet Nicetas in Alexio 3 3, camerarii cum Gunthero vel cancellarii cum Radevico proprium debeat asserere, aequus lector iudicaverit. illud circa Leonis Armenii tempora primo inventum vel auditum ex Theophane et Cedreno in eius vita coniicio. munus etiam eiusdem fuit imperatorum subscriptionibus attestari. sic cum subscriptissent octavae synodi actioni decimae imperatores Basilius Constantinus et Leo, exaratis nimurum ante scripta nomina crucibus, τὸ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γέγοντες Χριστοφόρος πρωτασημόρχης καὶ ἐπὶ τοῦ πανικλείον. hoc est unicuique nomini scripto ipse sua manu adiunxit, ἐν Χριστῷ θεῷ πιστός βασιλεὺς. addit haec Bullengerus auctoris tacito nomine: *Μανούὴλ εἶχε τὸ σύνθητες πανικλαμα καὶ τοῦ βασιλέως ὑπογραφὴν ταύτην, Μανουὴλ ἐν Χριστῷ θεῷ πιστός βασιλεὺς, καὶ πάτωθεν ἀπηρωμένην βοῦλλαν χρυσῆν διὰ μετάξης ὁξείας, καὶ ἔξωθεν τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ πανικλείον καὶ δικαιοδότον Θεοδώρον.* quod in Christianissima curia exsequuntur secretarii, ubi principis subscriptione inferius vel a tergo proprium nomen apponunt. ex his de *caniclo* et *caniculo* collectis a Gretsero copiosis testimoniis desiderata lux accessit.

p. 12 v. 19. *συμπένθεος*] qui filium vel filiam alteris filio vel filiae in matrimonium locat, fit ei *συμπένθεος*. innumeri vero a consoceris huiusmodi distincti dignitatem caniclei obtinuerunt.

ibid. ὄχονμενος] corrupta lectio corrigitur, si legatur ὁ Χοῦμνος. istae vero emendationis instituendae sunt rationes. prima, quod inusitata sit Graeca phrasis ad adeptae dignitatis indicium ἐπὶ τοῦ πανικλείον ὄχεισθαι. secunda quod, cum interpres reddiderit hic *ad dignitatem evehī*, in commentariis absque auctore exposuit canicleum, ut *equo vehere*, in palatio ius habuisse. tertia, cum praesenti hoc capite constet auctorem paulo post Andronicum seniorem, de quo scripsit, floruisse, non incongruum est eum de coetaeno sibi canicleo, qui consocer imperatoris fuerit, habuisse sermonem: *is autem fuit Νικηφόρος ὁ Χοῦμνος*, quem Gregoras in Andronico l. 7. p. 241 ed. Bonn. *Νικηφόρον τὸν ἐπὶ τοῦ πανικλείον nominat*, de quo Cantacuzenus 1 14: ὁ ἐπὶ τοῦ πανικλείον *Νικηφόρος ὁ Χοῦμνος σοφὸς ἀνήρ καὶ θαυμάσιος ἐν φρονήσει, πολλῆς τε ἀπολαύσων πόδις βασιλέως εὐνοίας τε καὶ τιμῆς, δὲ ἦν καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρας Εἰρήνην τῷ νιῷ αὐτοῦ δεσπότη Ἰωάννη πόδις γάμου ποιονιάν ἤγαγεν ὁ βασιλεὺς.* et quamvis Pontanus interpres olim legerit ὄχονμενος ac reddiderit *vehi solebat*, nullum tamen eius sententia consequitur sensum, *Nicephorus qui canicleo praeerat et vehi solebat*. eam ob rem novus scholiastes adscripsit margini: interpres legit ὄχονμενος, male: nam est ὁ Χοῦμνος. ultima, quae litem omnem dirimit, ex Regii exemplaribus petitur, in quibus non ὄχονμενος, sed ὁ Χοῦμνος manifeste legitur; et ex iisdem librariorum vitio et affinitate vocum mendum irreppisse coniiciuntur.

p. 13 v. 3 *Magnus baiulus*] paedagogus vel imperatoris, cum junior esset, vel filiorum imperatoris. Moschopulus: *παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαῖον λος*. Cedrenus: *Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιτόσιτον καὶ πατούιον, τὸν βαῖον λον αὐτοῦ παπᾶν ἐποίησε*. etiam Latini hoc vocabulum hac notione usurparunt. Lopus Ferrariensis epist. 54: *non ergo admittentur a vobis monitores, quos baiulos vulgus appellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur*. Hinckmarus epist. 2 ad Carolum Crassum imp. c. 2: *istis iuvenibus, fidelibus filiis vestris, regibus no-*

qui oderint avaritiam et eos verbo et exemplo iustitiam diligere doceant, secundum scripturam dicentem “diligithe iustitiam, qui iudicatis terram.” eadem epist. c. 6: ipsi autem baiuli magnopere providere debent ne super socios suos se extollant, sed [agant] iuxta scripturam dicentem ‘quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram deo invenies gratiam.’ idein epist. 3 c. 1: legimus quomodo Alexander in pueritia sua habuit baiulum nomine Leonidem, citatis moribus et incomposito incessu notabilem, quae puer quasi lac adulterinum sugens ab eo sumpsit. unde in adulta aetate sapiens et rex fortis se ipsum reprehendebat et vitare volebat, sed ut legitur, cum omnia regna vicerit, in hoc se ipsum vincere non potuit.

βατονλος, qui βάγνος quoque Theophani in Leone Copronymi F. scribitur, ἐπίτροπος καλεῖται ait Gregoras 4 9. Moschopulus παιδαγωγὸν καὶ παιδοτρόψην τὸν βατονλον asserit. de Theodosio Theodosii Iunioris baiulo Theophanes et Cedrenus, in quem nos alia, pluraque vir eruditissimus Fabrotus collegit, ac a Meursio diversa. haec nobis qui pueros non regimus de baiulo satis, ne forte aliena dicta hac congerentes infames baiuli fiamus.

(I) CATALOGUS AUCTIONE CODINEO AC MUTATO NONNIHIL ORDINE DISPOSITUS,

ex octo circiter Regiis MSS ad invicem collatis exscriptus.

| | | |
|---|--|-------------------------------------|
| α'. δεσπότης. | β'. δ σεβαστοκράτωρ. | γ'. δ ο παῖσαρ. |
| δ'. δ πανυπερσέβαστος. | ε'. δ πρωτοβεσιάριος. | ζ'. δ μέγας δούξ. |
| ξ'. δ μέγας δομέστικος. | η'. δ πρωτοστράτωρ. | θ'. δ μέγας λογοθέτης. |
| ι'. δ μέγας στρατοπεδάρχης. | ια'. δ μέγας πριμικήριος. | ιβ'. δ μέγας κονοσταῦλος. |
| ιγ'. δ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. | ιδ'. δ πρωτοσέβαστος. | ιε'. δ ἐπὶ νέρνης. |
| ιε'. δ πρωτοβεσιάριος. | ιε'. δ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης. | ιε'. δ πρωτοβεσιάριτης. |
| ιη'. δ πρωτοστράτης. | ιη'. δ πρωτοσπαλάτης. | ιη'. δ πρωτοβεσιαρίτης. |
| ιη'. δ δομέστικος τῆς βασιλικῆς τραπέζης. | ιη'. δ πρωτοβεσιάριτης. | ιη'. δ πρωτοβεσιάριτης. |
| ιη'. δ λογοθέτης τοῦ Γενικοῦ. | ιη'. δ μέγας παπίας. | ιη'. δ ἔπαιρος. |
| ιη'. δ μέγας δρονγάριος τῆς βασιλικῆς βίγλης. | ιη'. δ μέγας ἑταρειάρχης. | ιη'. δ μέγας ἑταρειάρχης. |
| ιη'. δ μέγας δρονγάριος τοῦ δρόμου. | ιη'. δ λογοθέτης τοῦ στόλου. | ιη'. δ μέγας δρονγάριος τοῦ στόλου. |
| ιη'. δ μέγας χαροτυλάριος. | ιη'. δ στρατοῦ. | ιη'. δ μέγας στρατοῦ. |
| ιη'. δ πρωτασηκρέτης. | ιη'. δ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ. | ιη'. δ μέγας στρατοῦ. |
| ιη'. δ δρονγάριος τοῦ στόλου. | ιη'. δ δομέστικος τῶν σχολῶν. | ιη'. δ δομέστικος τῶν σχολῶν. |
| ιη'. δ πρωτασηκρέτης. | ιη'. δ πρωτοσπαθάριος. | ιη'. δ πρωτοσπαθάριος. |
| ιη'. δ αὐλῆς. | ιη'. δ πρωτοσπαθάριος. | ιη'. δ μέγας αὐλῆς. |
| ιη'. δ τατᾶς τῆς αὐλῆς. | ιη'. δ μέγας τξαύδων. | ιη'. δ μέγας τξαύδων. |
| ιη'. δ δημόνος. | ιη'. δ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν. | ιη'. δ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν. |
| ιη'. δ πρωταρχητης. | ιη'. δ μέγας λογαριαστῆς. | ιη'. δ μέγας λογαριαστῆς. |
| ιη'. δ πρωτονάρχης. | ιη'. δ ἐπὶ τῶν δεήσεων. | ιη'. δ ἀρχιδιάκονος. |
| ιη'. δ αὐτονάρχης. | ιη'. δ μέγας πρωτονηγός. | ιη'. δ αὐτονάρχης. |
| ιη'. δ ἀκτονάρχης. | ιη'. δ μέγας ἀδνονυμιαστῆς. | ιη'. δ μέγας ἀδνονυμιαστῆς. |
| ιη'. δ κοιτάστωρ. | ιη'. δ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ. | ιη'. δ κοιτάστωρ. |
| ιη'. δ κοιτῆς τοῦ βήλου. | ιη'. δ μέγας διερμηνευτῆς. | ιη'. δ μέγας διερμηνευτῆς. |
| ιη'. δ λογοθέτης τῶν ἄγελῶν. | ιη'. δ δικαιοφύλαξ. | ιη'. δ δικαιοφύλαξ. |
| ιη'. δ ἀκόλουθος. | ιη'. δ πρωτονοτάριος. | ιη'. δ πρωτονοτάριος. |

με'. Archidiaconus, dicaeophylax et nomophylax catalogo seq. et eius notulis exponuntur.

κριτής τοῦ φοσσάτου. ἔβ'. ὁ δομέστικος τῶν τειχέων. ἔγ'. ὁ πρωταλλαγάτωρ. ἔδ'. ὁ βεστιαρίον. ἔξ'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μονοκαβάλλων. ἔξ'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μονοκάτων. ἔξ'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζακόνων. ἔξ'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόνων. ἔδ'. ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμυνήσεων. ὁ'. ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. οα'. ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου. οβ'. ὁ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων. οε'. ὁ δομέστικος τῶν δυτικῶν θεμάτων. οζ'. ὁ προκαθήμενος τοῦ μεγάλου παλατίου. οξ'. ὁ προκαθήμενος τῶν Βλαχερνῶν. οη'. ὁ λογαριαστὴς τῆς αὐλῆς. οδ'. ὁ μέγας διοικητής. π'. ὁ νομοφύλακ. πα'. οἱ βεστιαρίται. πβ'. ὁ ἑτα-ρειάρχης. πγ'. ὁ ἄρχων τῶν ἀλλαγίων. πδ'. ὁ μέγας μυρτατής. πε'. ὁ κριτής τοῦ σεκρέτου. πξ'. οἱ ἡαβδοῦχοι. πζ'. ὁ καβαλάριος. πη'. ὁ σεβαστός. πδ'. ὁ προκαθήμενος τοῦ κάστρου. ζ'. ὁ δρουγγαρίος στόλου, ὁ καὶ κόμης.

πα'. οἱ βεστιαρίται] alii catalogi singularem notant.

πε'. ὁ κριτής τοῦ σεκρέτου] primi omnium tribunalis (a quo ἀση-
μηῆται et πρωτοασημηῆται) ab aliis βήλον, ἵπποδρόμον, τοῦ γενικοῦ,
τῶν πρωτιωρίων etc distincti. observo iudicūm omnium zonam fuisse in-
signe; quapropter derisum beli iudicem, qui Castamonitae epilepsia op-
presso, zona deposita, tulerat opem, refert Nicetas in Isaacio Angelo
l. 3: ἀλλὰ καὶ τις τῶν τοῦ βήλου κριτής παρεστώς (τὸ δὲ ὅνομα ἐκῶν
ὑπερβήσομαι) διαχαλάσσας τὴν ἐσθῆτα ἐδέσμει τὰς γαστροκηνημάδας τοῦ
λογοθέτου τῇ ξώνῃ τῆς ὁσφύος, ἐπισχήσειν τὸ ἀνωφερὲς τῆς ψλῆς ἐν-
τεῦθεν πειρώμενος. πλὴν ὁ μὲν οὗτος ἀλύτως είχε τῆς τῶν φρενῶν
παρακοπῆς, ὁ δὲ τῶν παρὰ πάντων ἐν μάλι ὥρλισκανε γέλωτα διά τε
τῶν ἴματῶν καὶ τὸ τῆς γνώμης εὐάγωγον. zones huiusmodi
ἐκ χρονοῦ πεποιημένας celebrat Cantacuzenus 1 53.

πξ'. ἡαβδοῦχοι mangabitaes, satellitae fustibus armati, de quibus
suo loco. Nicetas τὰ ὑσινοβαθρὴν φροῦντας ἡαβδοῦχον in Andronico-
l. 2. ἡαβδοφόρους vocat in huius praecessore Alexio. ducem, προεστῶ-
τα τῶν ἡαβδοφόρων, Isidorus in glossis ἀρχιεραθδοῦχον.

πζ'. καβαλλάριος eques cataphractus, satellitio imperatoris deputa-
tus. Anna Alexiados 2: ἀπεπειρῶντο τοῦ τείχους διὰ πελταστῶν καὶ
δορυφόρων καταφράκτων ἀνδρῶν. Leo in Tacticis: ἔξόπλισον δὲ τὸν
μὲν κατάφρακτον καβαλλάριον, αὐτὸν τε καὶ τὸ ἵππον αὐτοῦ.

πθ'. προκαθήμενος τοῦ κάστρου] καστροφύλακας huiusmodi recen-
sebit Codinus in sequentibus, quos superius προκαθήμενος πόλεων ap-
pellavit, rectores urbium. κάστρον enim etiam urbs est, sed munita.
Iustinianus Nov. 128: καὶ τὸν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πο-
λιτικούς τε καὶ στρατιωτικούς ἐν ταῖς πόλεσιν ἦτοι κάστροις. Canta-
cuzenus 1 55: τὴν πόλιν εἶχεν ἐν φυλακῇ ἔνεκα αὐτοῦ. 2 1: τὴν Bu-
ζαντίον δὲ ἀρχήν τῷ πρωτοστράτῳ παρέσχεν ὁ βασιλεὺς. is vero for-
san est unicus προκαθήμενος τοῦ κάστρου.

ζ'. κόμης] qui nimirum sub protocomite, remigiorum supremo piae-
fecto, ipse substitutus eretarcha est; vel qui unam tantum cohortem dicit.
Leo in Tact. const. 4: κόμης ἐστιν ὁ τοῦ ἐνὸς τάγματος ἦτοι βάνδον
ἀφηγούμενος. caeterum non unus est eiusdem nominis in aula CP mini-
ster; quis enim unus comitem in ea fuisse diceret, nisi ignarus unam
tantum quoque cohortem affirmaret? ut comites itaque plures, ita non
unus drungarius, plures myrtaitae, chartularii plures: unus autem recen-
setur, ut ex istius ad alios ordine locum suum et gradum percipient re-
liqui, inter quos unus summus, qui πρώτον nomen obtinet, frequentius.

(II) EX BIBLIOTHECA MAZARINA.

ΜΑΤΘΑΙΟ Τ ΜΟΝΑΧΟΤ

Περὶ τῶν ὄφρικίων τοῦ παλατίου τῆς Κωνσταντινούπολεως.

Ιατροῦ μοναχοῦ ταῦτη Μαθαῖον θύτον.

Ἄξιωμάτων ἀριθμὸν τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις,
διοικητὴν ἀνοικήσαμεν τὴν τάξιν τῶν τοιούτων.

μετὰ τὸν αὐτοκράτορα πρῶτος ἔστι δεοπότης,
σεβαστοκράτω μετ' αὐτὸν, καὶ Καῖσαρ μετ' ἑκεῖνον.

5 ὡν κεφαλῆς τὸ κάλυμμα κεκόσμηται μαργάροις,
τῶν δ' ἀετῶν τοῖς σχήμασιν αἱ τῶν ποδῶν ἐμβάδες,
οἰσπερ ἐπιτημίζονται πρόσορην βασιλίας.

δ' πρωτοβεστιάριος, [δ] πανυπερσέβαστος τε,
οἱ σκιαδίοις ἐφυθροῖς χονσῷ καθυπασμένοις

10 ἐξ ἀμποτέρων τῶν μερῶν χρώνται νοιμώτεροι,
προσίνοις δ' ὑποδημασιν οἱ μὲν, οἱ δὲ κιτρίνοις.

τὴν πρώτην δ' οὗτοι φέρονται πεντάδα τῶν ἐν τέλει.
τῆς δὴ δευτέρας μέγας δούξ, μέγας δομέστικός τε,

15 μέγας στρατοπεδάρχης τε, ὡν ἐνθράκα τὰ πῖλα,

[Μαθαῖον μοναχοῦ] iambo sequenti nomen huiusc opusculi prodit auctor, qui gente, non professione, *Ιατρόν* se celebrat. vita forma fuit monastica, cui sacerdotium honorem adiunxit. hinc μοναχὸς θύτης scribitur, qui vulgo *Ιερομόναχος*, sicut diaconus monachus *Ιεροδιάκονος* audit, relicta saeculari sacerdoti vel diacono solitaria *Ιερός* vel *διακόνον* appellatione. non adeo notus hic Matthaeus, ut patriam, parentes, socios laudatores reddat: aetatem coniicimus, et ob memoratos imperatorem et imperatricem nondum capta a Turcis urbe, ob laudatum etiam Chumnum et Metochitem post Andronicum seniorem, cuius hi fuere ministri, scripsisse vitaque functum constat. praesens opusculum versibus politicis composuit, in quibus numerus syllabarum ad cantum, non ad exactae poetices prosodiam observatur. octava syllaba, ubi caesura est, medium versus tenet; reliquae septem perficiunt. his recentiores ὅμοιοτέλετα, pariter cadentium exitum, quem rhythmum dicimus, addidere. politicos vocatos arbitror, quod vulgo Cpoli per compita canerentur: πόλιν enim, κατ' ἔξοχήν et sermonis contractionem, Cpolim appellant, πολιτικά quaecunque ibi nata vel inde asportata: πολίτην tamen virum ex ea ortum. vel certe quod amatoriae meretriciae cantilenea huiusmodi compositionem habuerint, ἀπὸ τῆς πολιτικῆς denominatione deductae, quae mulierem per urbem suo corpore quaestum facientem sonat.

v. 5. ὡν κεφαλῆς] vide caput sequens statim in limine.

v. 6. τῶν δ' ἀετῶν] Codinus c. seq. p. 13 13.

v. 7. οἰσπερ ἐπιφημίζονται] idem Codinus c. seq. p. 16 6.

v. 9. οἱ σκιαδίοις ἐφυθροῖς] Codinus c. 4 p. 17 8 et p. 18 1.

v. 11. πρωσίνοις δ' ὑποδημασι] protovestiarii nimirum, cui apud Codinum eodem c. p. 16 10 prasinus color in insigne tribuitur.

ibid. οἱ δὲ κιτρίνοις] panhypersebastus, ex Codino cap. eod. p. 18 6.

v. 12. πεντάδα] non ecclesiasticorum modo sed et palatinorum officiorum catalogos per quinarios divisere Graeci.

διάχρονον ἐμφαίνοντα τὸ μέρος ἄνω μόνον.
 τοῖται μέντοι πεντάς χρῶνται πῦλοις τοῖς συρματίνοις,
 ὁ μέγας πριμικῆρος, ὁ μέγας κονσταնτῖος,
 ἐπὶ τοῦ κανικλείου τε, τῶν σεβαστῶν ὁ πρῶτος,
 20 ὁ ἐπικένητης τε ὁ δύο. τῆς δὲ τετάρτης οὗτοι,
 ὃ γε παρακομῷμενος μεγάλης τῆς σφενδόνης,
 τοῦ δὲ κοιτῶνος ἔτερος, μέγας βαῖοντος τε,
 κονοροπαλάτης, μετ' αὐτὸν πρωτοβεστιαρίτης.
 ἀλλὰ καὶ τούτοις ἔξεστι πῦλοις τοιούτοις χρῆσθαι.
 25 τῆς δὲ πέμπτης οἰλαπωταὶ τοῖς πᾶσιν αἱ καλύπται,
 ἣν ἔστιν ὁ δομέστικος τῆς βασιλικῆς τραπέζης,
 ἐπὶ τραπέζης ἀλλος τε, γενικοῦ λογοθέτης,
 ὁ μέγας ἢν (αὐ) παππίας τε, καὶ ἐπαρχος σὺν τούτοις.
 τῆς ἕτης μέγας ἀρχεται δρονγάριος τῆς βίγλης,
 30 μέγας ἑταριάδογης τε, λογοθέτης τοῦ δρόμου,
 ὁ φιλοσόφων ὑπατος, χαροτονλάριος μέγας.
 ἔξης ἐβρόμης μυστικός, οἰλενός πρωτασηκῆτης
 εὐθύνης ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, δρονγάριος τοῦ στόλου,
 ὁ τῶν σχολῶν δομέστικος. οἱ δὲ ἔξης τῆς ὁγδόνης,
 35 αὐλῆς ὁ πριμικῆρος πρωτοσπαθάριος τε,
 ἀρχων ὁ μέγας μετ' αὐτοὺς καὶ ὁ τᾶς τῆς αὐλῆς τε,
 δι μέγας τε τεχαιούσιος. οἱ δὲ ἔξης τῆς ἐννάτης,
 πρωτωρο τοῦ δήμου, οἰκειανόν δύον δι λογοθέτης,
 τῶν λογιστῶν ὁ μέγιστος, ὁ τε δεήσεις φέρων,
 40 μεθ' οὓς ἀρχιδιάκονος. οἱ δὲ ἔξης τῆς δεκάτης,
 σκοντάριος, πρωτοκύνηγος, ἀμφολῆς δύον τε,
 ναὶ μὴν ἀντονάριος καὶ ἀδνονυμιαστῆς μέγας.
 τῆς ἑνδεκάτης πίφυνεν ὁ ἔνδοξος κοιαλάτωρ,
 ὁ τε στρατιωτικοῦ καταλόγου λογοθέτης.

v. 16. διάχρονον ἐμφαίνοντα τὸ ἄνω μέρος μόνον] pilei inferior pars ἀήρ Codino vocatur, quo cum caruerint, ut ait c. 5 p. 18 14 et seqq, horum officialium σκιάδια vel πῦλα, illa Codinus scripsit χρυσοκόνινα οἰλαπωτὰ ἄνευ ἀέρος, quae hic Matthaeus διάχρονον ἐμφαίνοντα τὸ ἄνω μέρος μόνον asseruit.

v. 19. ἐπὶ τοῦ κανικλείου] retro cunctos numeravit hunc Codinus c. 2 in calce. ratio penes ipsum est.

ibid. τῶν σεβαστῶν ὁ πρῶτος] πρωτοσεβαστος.

v. 22. βαῖοντος] omnium ultimum recensuit Codinus c. 2 p. 13 3.

v. 24. ἔξεστι πῦλοις τοιούτοις χρῆσθαι] Codinus c. 4 p. 20 21.

v. 25. οἰλαπωταὶ] p. 20 20.

v. 31. ὁ φιλοσόφων ὑπατος] prave quidam interpretantur philosophorum *consulem*, qui *supremus* quasi ὑπέρτατος. ornatum hac dignitate nominatissimum Psellum resert Cedrenus ad historiae calcem; quem Anna Alexiados l. 5 φιλοσοφίας ἀπάσης προεστῶτα διδάσκαλον καὶ "Τπατον τῶν φιλοσόφων χρηματίσαντα vocat. consulatur, magni enim est, Allatii nuperum et doctissimum opusculum de Psellis. hunc officiale omisit vel ignoravit Codinus in catalogo.

v. 36. ὁ τᾶς] de nominis eius varietate nos cap. superiore.

v. 40. ἀρχιδιάκονος] qui palatinis in ecclesiis ministrabat, ac de oratione et sacris cunctos aulicos pro munere monebat.

v. 42. ὁ ἀντονάριος] actuarius cui annonae militaris cura commissa est: ita Notitia imperii, Lexicon iuris. rursus de illo catalogus sequens, quem inter medicos ut de sanitate tuenda sollicitum locat. vide v. 98.

45 πρωτοίερακάρχης, ὃ τε κοιτήσ τοῦ βήλου,
ὅ μέγας διερμηνευτής. οἱ δὲ τῆς δωδεκάτης,
ὅ λογοθέτης ἀγελῶν, ὃ τε δικαιοφύλαξ,
καὶ μετά τὸν αὐόλουθον εὐθὺς ὁ φανοτρόφος,
πρώτος τῶν νοταρίων τε. τῆς δὲ τρισκαιδεκάτης
50 δρα φουσάτον τὸν κριτήν, δομέστικον τειχέων,
τὸν τε πρωτολαγάτορα καὶ τὸν βεστιαρίτην,
στρατοπεδάρχην καθεξῆς τὸν τῶν μονοκαβάλλων.
τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τε ἐστὶν ὃ τῶν μονοτάτων,
ὅ τῶν τζακονών, ἔτεος ὃ τῶν τζαγγοστόφων,
55 ὃ τῶν ἀναυρήσεων, ἔξης τε τοῦ κοιτῶνος
ὅ προκαθήμενος. ὅμοι τῆς πεντεκαιδεκάτης
ἔτερος προκαθήμενος, ὃ τοῦ βεστιαρίου,
καὶ μετ' αὐτὸν δομέστικος ἀπάντων τῶν θευάτων
ὅ πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν, δομέστικοί τε δύο,
60 ὃ τε τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν θεμάτων,
ἔξης ἑκατοδεκάτης τε προκαθήμενοι δύο
μεγάλον παλατίου τε, μετ' αὐτῶν Βλαχεροῦν τε,
ὅ λογιστῆς ὃ τῆς αὐλῆς, μέγας διοικητῆς τε,
ὅ νομοφύλαξ μετ' αὐτούς. τῆς δὲ ἐπτακαιδεκάτης
65 βεστιαρίται δείκνυνται, καὶ μην ἑταριάρχης,
ἄρχων ἀλαγίστων τε καὶ μέγας μυρταῖτης
ὅ τοῦ σενόρετον τε κριτής. τῆς δὲ ὀκτωκαιδεκάτης
δαρδούχοι, καβαλλάριοι καὶ σεβαστῶν τὸ γέρας,
τοῦ κάστρου προκαθήμενος, δρουγγάριος τοῦ σιόλου.

(III) EX EADEM BIBLIOTHECA MAZARINA.

Α Δ Ε Σ Π Ο Τ Ο Ν*).

Ο μὲν χρονιὸς τῶν θείων χαρισμάτων
δίδωσιν ἡμῖν τὴν κάτω σκηπτονυξίαν

v. 45. πρωτοίερακάρχης] πρωτοίερακάροιος.

ibid. κριτής τοῦ βήλου] Codinus aliud iudicem ponit τοῦ φοσσάτον.

huius τοῦ βήλου nomine supremum in illo tribunal i intellige, et inter duo-decim ius ibi dicentes praecipuum. Balsamon Medit. de Chartophylace: ἡ δωδεκάς τοῦ βήλου καὶ τοῦ ἵπποδρόμου κριτῶν. Nicetas in Alexio 2: ἐκ τῶν τοῦ βήλου κριτῶν Τορνίκης Ἀημήτους, et infra: καὶ τις τῶν τοῦ βήλου κριτῶν. Consule Iuris GR p. 288.

v. 47. δικαιοφύλαξ] procurator regius, vindex, iuris assertor et defensor. de Georgio dicaeophylace et alio Clida meminerunt Ius GR tom. 2 Nov. 1 Alexii Comneni et Cantacuzenus 1 44.

v. 51. πρωτολαγάτορα] reponit πρωταλλαγάτορα, et c. 2 p. 11 13 consule notas.

v. 58. ὃ δομέστικος ἀπάντων τῶν θεμάτων] ignotus est hic Codino.

v. 59. πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν] eretarcha, remigiorum praeses; de quo supra.

v. 64. νομοφύλαξ] legum summus interpres, antecessor, antesignanus, legislatorum praeccipitus. ius GR l. 3 in Ioannis Xiphilini decreto: ὡς ἀν ὃ λογιώτατος νομοφύλαξ κρίνῃ περὶ τούτον καὶ ψηφίσηται. et in refutatione Philothei aduersus Harmenopulum: ὃ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφάς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ ἀρμενόποντες. ei stipendia memorat Balsamon a Constantino Monomacho imperata Iuris GR p. 471.

*) ἀδέσποτον] alium a Codino tam huius quam superioris utriusque

εἰκόνα λαμπρὸν τῆς αὐτοῦ βασιλείας,
 ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀμυδοὰς τὰς ἐμφάσεις
 5 δείκνυσι σαρῶς ἀγαθῶν τῶν μελλόντων.
 ὁ γάρ ἐν ἡμῖν εὐέβης στεφηφόρος
 θεοῦ τις εἰλών, εἰ σπουδάζει τοὺς τύπους
 ἔργοις βεβαιοῦν ἀρετῶν ἑστεμμένος,
 ἀρετίζεται δὲ [παλίν] δωρεαῖς τοὺς ἀρίστους,
 10 τιμαῖς ὑπεξαίρων τε σταθμῶν καὶ μέτροις,
 καὶ βασιλιῶν ἀννψοῖς τοὺς ἐν τέλει,
 οὓς τῷ λόγῳ δίδωμι συγχράψειν τέως,
 ὡς ἂν ὁ βυθὸς μὴ καλύψῃ τῆς λήθης
 ἐ βασιλικῇ πενηνότερεν ἡ κοίσις,
 15 χρόνος τε μακρὸς ἀπέσβησεν εἰς δεῦρο.
 Μετὰ τὸν αὐτάντα παῖδες ἔστι
 δεύτερον ἀξίωμα, σεβαστοκράτωρ,
 καὶ Καῖσαρ εὐδόξης ὑποβάθρος τοῦ κράτους,
 δι πανυπερσέβαστος συγκλήτου πρώτος,
 20 πρωτοβεστιάριος λαμπρὸς ἀξίαν.
 οὗτοι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς πεδίλοις
 τὴν πρώτην ἐσχημασιν ἐν τέλει τάξιν.
 δι μέγας δοῦξ μετ' αὐτοὺς ἀνεδείχθη.
 τούτον κοινωνὸς δι δομέστικος δι μέγας,
 25 καὶ τρίτος αὐτοῖς πρωτοστράτωρ ἀξίαν.
 λογοθέτης μέγιστος σοφίας γέρας.
 στρατοπεδάρχης δι μέγας ἐπὶ τούτοις.
 τούτων ἔρυθραῖς ἐν χρυσοῦ ταῖς καλύπτοσις
 δορᾶς κεφαλὰς ἀεὶ κεκομημένας.
 30 ὅρα ποιμικήριον, φιλότης, μέγαν,
 πεντάδος ἥγονύμενον λαμπρῶς δευτέρας,
 δεύτερον μέγαν κονεσταῦλον ἀξίαν,
 τρίτον σεβαστὸν τὸν πρώτον, ἐπὶ τούτοις
 κοιμεῖ ταῦτα λαμπρῶς δι πιγκέρην τὴν τάξιν.
 35 παρακοιμάμενος σφενδονῆς πέμπτος.
 δι παρακοιμάμενος ἄλλος κοιτῶνος.
 δι μέγας βατούλος ἔπειται τούτῳ,
 τρίτην τε πληροῖ τάξιν κονδοπαλάτης.
 εἰλαέρχεται δὲ βεστιαρίτης πρώτος
 40 εἰς οἶκον βασιλέως, ὡς ἔθος, πρόξενον,
 δομέστικος δεύτερος δι τῆς τραπέζης,
 ἄλλος ἐπ' αὐτῆς μετ' αὐτὸν τεταγμένος.
 καὶ τὸν γενικὸν λογοθέτην εἰσόδοι,
 εἴται παππίαν εἰσιοντα τὸν μέγαν,
 45 σὺν τούτοις τὸν ἔπαιρχον, καλύπτοι ἔνη.
 ἔβδομος δρονγγάριος τῆς βίγλας μέγας,
 καὶ δὴ μετ' αὐτὸν ἔταιρειάρχης μέγας.
 δι λογοθετῶν μετ' αὐτὸν τοὺς τοῦ δρόμου,
 εἴται χαρτονιάριος ἀξίαν μέγας,

catalogi auctor in palatinis officiis enumerandis observavit ordinem; eamque mutationem vel metri necessitas vel imperatorum voluntas inducere potuit.

v. 28. τοντων ἔρυθραῖς] Codinus cap. seq. de pileis officialium.

v. 32. κονεσταῦλον] solus hic auctor ita scribit, et Gallico concstable propius accedit. de Comite stabuli nos superius, ad Codinum.

v. 40. εἰς οἶκον βασιλέως] hoc est in sacrum cubiculum: ille enim cubiculariorum primus.

50 είτε μετ' αὐτούς μυστικὸς ἐπιεισίτω,
βασιλικὸς πρώτιστος τοῦ σινηρέτου.
ὅς καὶ στρατοῦ τὸν καλὸν ἐπιστάτην,
τῶν πλωτῶν δρουγγάριον τὸν μήγαν.
ἴδον καὶ σχολῶν ὁ δομέστικος ἡξει,
55 καὶ τὸν τῆς αὐλῆς πριμικῆριον ὅρα.
καὶ πρωτοσπαθάριος λαμπρὸς εἰσίτω,
ἄρχων τε μέγας καὶ τζανούσιος μέγας,
δῆμου τε πραιτωρ, ὁ ταττῆς αὐλῆς τε.
ὅ τῶν οἰκειανὰν λογοθέτης ἔρχεται,
60 καὶ τῶν λόγων (λογιστῶν?) ὁ μέγας συνεισίτω.
ὅς καὶ σκοντάριον ἐκ τῆς ἀσπίδος
τῆς βασιλικῆς λαζόντα τὴν ἀξίαν.
πρώτος μετ' αὐτὸν τῶν κυνηγῶν ἐκρίθη.
ἄλλος ἀμυνᾶς ναναρχῶν ἀνεδείχθη.
65 ίδον βασιλεῖ τὰς δεήσεις προσφέρει
λαλῶν τὴν τιμὴν ἐκ τῶν ἔργων πρεπόντως.
ἀδνομιαστής ὁ μέγας μοι χαιρέτω.
τούτῳ παρεπόμενος οὗτοι κοιαίστωρ,
Καισάρων ἀξίωμα λαμπρῶν τῶν πάλαι.
70 λογοθέτην δός μοι καὶ στρατιώταις.
ἔξι λεράκων ὁ πρῶτος τὴν ἀξίαν.
ὁ βῆλον κριτής μετ' αὐτὸν ἐκριώθη.
διερμηνευτῶν ὁ μέγας προηγείσθω,
καὶ τῶν ἀγελῶν λογοθέτης εἰσίτω,
75 καὶ τούτοις ἀκόλουθος σεμνὸς ἐπέσθω,
καὶ τῶν δρφανῶν ὁ τροφεὺς συνεισίτω,
καὶ βασιλικῶν ὁ νοταρίων πρῶτος,
φονσάτον κριτής ἑκετάζων τὰς δίκας.
καὶ δὴ μετ' αὐτὸν ἀναμυήσεις προσαγει
80 σεμνῶς βασιλεῖς κεκλημένος ἐκεῖδεν.
ίδον καὶ δομέστικον τειχέων σιδόπει.
πρωταλλαγάτωρ δεύτερος τὴν ἀξίαν,
είτε τετάχθι βεστιαρίου τοίτος.
μονοκαβάλλων στρατοπεδάρχης οὗτος,
85 ἄλλος μονοτάτων, τζαγγρατόρων τζακώνων.
ὅς προκαθήμενον τὸν τοῦ κοιτῶνος,
ἄλλον προκαθήμενον βεστιαρίον.
τούτῳ τῆς αὐλῆς ὁ λογιστής ἐπέσθω,
καὶ διοικήτης ὁ μέγας συντετάχθω.
90 ὁ τῶν Βλαχερῶν προκαθήμενος οὗτος,
ἄλλος πρὸ αὐτοῦ μεγάλον παλατίου.
ὅ τῶν ἔψων δομέστικος θεμάτων.
τούτῳ δυτικῶν ὁμότιμος ἐκρίθη.
ὁ πρωτοκόμης, καὶ μετ' αὐτὸν παππίας,
95 ἔταιρειόχης, τῶν ἀλλαγίων ἄρχων,
ὁ μυρτάτης ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις,
καὶ δὴ σεβαστὸς καὶ δρουγγάριος στόλου.
κάνν τοῖς λαργοῖς ἀκτονάριον δόρα.
ὑπατοι, δικτάτωρες, σὺν τοῖς ταμίαις,
100 πατρίους, μάγιτροι, πρόεδροι, πάλαι
δορυφόρων ἐπαρχος καὶ πραιτωρίων.

v. 71. ἔξι λεράκων ὁ πρῶτος] πρωτοερανάριος.

v. 101. δορυφόρων ἐπαρχος καὶ πραιτωρίων] non hic urbis, qui

- Ἔγνωμεν λαμπρὸν τὸν Χονμὺνὸν κανικλείον
στάσιν ἔχοντα μείζονα τῆς προτέρας,
καὶ δὴ μετ' αὐτὸν τὸν καλὸν Μετοχίτην
105 λογοθέτην μέγιστον, σοφίας λῆξιν,
φοροῦντα χρυσῆν ἐρυθρὰν τὴν καλύπτοντα,
ἥν δῶρον αὐτῷ συνανέχοντι κράτος
ἀναξ ὁ λαμπρὸς παρέσχεν Ἀνδρόνικος.
Ταῦτα ταὶ λαμπρὰ τῆς πάτος σημπτουχίας,
110 προεδρίας σχήματα, σεμνότης, δόξα,
ἥψεων τε πλούτος καὶ πηλὸς ἐπηρουένος,
πόνις τε τύχης τοῖς πνεύμασιν ἀρθεῖσα.
τέλος τάφος τῷ πηγχειρὶ. ὡς βίον πλάνη!
Φιλοσόφων ὑπατος, ἀητόρων πρώτος,
115 δικαιοφύλαξ σὸν αὐτῷ, νομοφύλαξ,
καὶ βασιλικῶν τῶν ἵερέων πρώτος.
πάρεστιν ἄρχων ἵερῶν διακόνων,
καὶ τῶν μελῳδῶν, οἱ πρωτοφάλται δύο,
καὶ ταῖς ἑορταῖς λαμπαδηφόρος ἄλλος,
-

nuper laudatus est καλύπτρᾳ ξένῃ ceu *pileo peregrino ornatus*, sed alius qui praetorianorum militum, doxophóron, ac ipsius praetorii praefectus intelligitur, sicut aliis vocibus ὑπάτων, δικατώων, ταμιᾶν, πατρικίων, μαγίστρων, antiqua consulum, dictatorum, quaestorum, patriciorum, magistrorum dignitates et officia capimus. πρόσδρος tamen antiquam originem non sibi vendicat, quem unum primum a Ioanne Tzemisce statim sub eius vita principio Cedrenus refert, μήπω πρότερον ὅντος ἀξιώματος. administrandae reipublicae consors fuit, ut ex Cedreno in Tzemisce colligo et ex his Zonarae verbis, ubi de Ioanne Logotheta et Constantino Lichude proedris ambobus laudes occurunt in Monomacho, illius quidem ἐφ' ὡς δὴ τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν ὁ βασιλεὺς ἐποίησατο. ἦν μὲν γάρ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν διοικήσεων πρώην, περὶ τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας ἀκριβέστατος. istius vero cum μετιστῇ ο βασιλεὺς Λιχούδην τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, ἀντεισάγει δὲ Ἰωάννην, καὶ τούτῳ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἐγχειρίζει κυβέρνησιν.

v. 102. τὸν Χονμὺνὸν] memorant hunc scripta circa secundum Codini caput ad calcem.

v. 104. Μετοχίτην] Gregoras quam fuse de illo: nos de eius *pileo in capite sequente.*

v. 114. ὀητόρων πρώτος] summa imperatoris virtus est ut eruditio-
nis copiam inter loquendum diserte possit profundere, et ius unicuique
debitum ut facile agnoscere ita constanter reddere sit paratus. si quid
horum natura vel exercitium denegabat, ab aliis quorum eruditione, elo-
quentia, legum peritia ac iustitiae amore duceretur et sublevaretur, opem
mutuari non erubescet quondam in Oriente imperator. τῶν φιλοσόφων
ὑπατος διναριν humanarumque rerum cognitione instructus eruditio-
nem, ὀητόρων πρώτος dicendi facilitatem, νομοφύλαξ legum omnium lumen ac
ductum, δικαιοφύλαξ denique ius legibus vel naturae iudicio agnitiū
perseveranter custodiendum suggerebat. hunc ἐπὶ τῶν κοινεσιν dictum
reor a Balsamone primis statim verbis Meditati de Incensis etc.

v. 116. τῶν ἱερέων πρώτος] cleri palatini hic erat archipresbyter,
πρωτοπαπᾶς, πρωτοτελεὺς; de quo alibi.

v. 117. ἄρχων ἵερῶν διακόνων] cleri eiusdem archidiaconus.

v. 119. λαμπαδηφόρος] succendor, et qui faciem imperatori praeser-
ret, de quo iterum.

- 120 ἀποστολικῶν ὁ κῆρυξ διδαγμάτων,
δομέστικός τε καὶ μαΐστρωφ τοῦ κλήρου.
Ταύταις βασιλεὺς ταῖς τιμαῖς ὑπεξιέι
πλήρωμα σεπτὸν εὐαγγόντος ἐκκλησίας,
ἢν ἀρραγὴ γύναξον μέχρι τερμάτων,
125 ἐψυμίδων ἀραρχῆ, τοῦτον αἰώνος.
καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσεβῆ βασιλίδα,
ἢν ὡς κιβωτὸν σωτηρίην πῦν τοῦ κοάτονος
ἐγ τῷ καθ' ἡμᾶς κατακλυσμῷ βαρθάρων
ἄνωθεν ἐγράψαμεν ναυπηγηθεῖσαν,
130 ὑπεριέραν τήρησον τῆς καταγίδος,
συμπήξας ὡς οἰκας αὐτῆς τοὺς πλιόδους,
καὶ βασιλεὺς βράβευε λαμπρὰς τὰς νίκας,
δεικνὺς κατ' ἔθνῶν εὐσθενῆ τικηφόρον.
ὅζωσον αὐτὸν ὡς τὸν χαρίτων πλάδον,
135 καὶ δεῖξον ἡμῖν ιαροποδόρον ἐξ Ἑργῶν.
ἔκτεινον αὐτῷ τῆς εὐθύνιας φρένας,
στένωσον αὐτῷ τῶν ἐναντίων θράσος,
στόλιον αὐτὸν πορφύρας εὐσεβείας,
ἀνοιξον ἡμῖν τὰς πρόσεις εἰρήνην πύλας,
140 πλάτυνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τοῖς τροπαιοῖς,
οἰς καὶ τυνεῖη κοσμικὸς αὐτοκράτωρ.
ὁ πατριάρχης σὲν ἡμῖν ταῦτα λέγει,
κάμπτων εὐσεβῶς τῷ δεσπότῃ τοὺς πόθους,
καὶ συκέδος αὐτῷ τὰς εὐχὰς ἀναπέραν,
145 αἷς συκτὸς ἀγίλιν Ταραχικῆς καὶ σκότος
ἔλασσας ἡμῖν ἀντανίσχει τωστόρος
ἀπτένας λαμπρὰς ὡς λευκῆς τῆς αἰθρίας,
εἰς πάντα κοινῆς τῆς εἰρήνης τὸν κόσμον.

Mirum est Codinum patricii nullam mentionem fecisse, cum posterioris Graeciae omnia monumenta patriciis plena sint, et πατρι-
κότης seu patriciatus apud Iustinianum Novell. 38 et apud Constan-
tinum Manassem in Chronico nomen non tantum nobilitatis, ut apud
veteres Romanos et hodie in nonnullis imperii urbibus, ubi qui ex
praecipuis familiis genus ducunt vulgo patricii audiunt, sed etiam
dignitatis officii et praefecturae. dignitatis exempla adsert Meursius
in Glossario ex Suida Procopio et Malcho in Byzanticis. qua notio-
ne etiam patricii nomen accipies, quando audis Pipinum et Carolum
magnum fuisse patricios Romanorum. officii et praefecturae exemplum
est Salomon magister militiae et patricius Africæ apud Victorem Tun-
nunensem in Chronico, et Amalus patricius provinciae apud Paulum
Diaconum l. 3 c. 3 de gestis Longobardorum. talis itidem patricius
vel erat vel esse volebat ille quem sibi Romani elegerant, de quo P 270
Otho Frisingensis l. 7 Chronicæ c. 31. Meursius in Glossario patricios
nimis extollit: nam Occidentalibus patricios Romanorum fuisse, qui

v. 120. ἀποστολικῶν ὁ κῆρυξ διδαγμάτων] epistolarum Pauli in palatio interpres ac sacer ex ambone preaco.

v. 121. δομέστικός τε καὶ μαΐστρωφ] ad regendum ducendum et componendum in ecclesiis palatinis clerum.

nunc reges appellantur. quis neget hoc a vero nimis remotum esse? primus enim Carolus magnus et alii nominabantur patricii Romanorum. an ideo reges Romanorum vel erant vel habebantur? at Carolus magnus postquam Romanorum imperator creatus et palam promulgatus est, desiit appellari patricius Romanorum. quid tum? an ideo, cum esset patricius, rex Romanorum erat? si quis exterae nationis patricius Venetus crearetur dux Venetus, patricii nomen utique omitteret. an ideo antea rex Venetorum fuisset? alienius a vero est, quod ait idem Glossarii collector, *imperatorem rebus ecclesiasticis tanquam supremum caput praefuisse, et hac in functione patricium vices eius egisse.* idque probat ex disputatione Gregentii, ubi dicit Erban Iudaeum, baptismi undis iam ablутum, creatum esse a rege Homeritarum ὑπεκκλησίον, qui Meursio est *vicarius regis* tanquam supremi in rebus ecclesiasticis capititis. sed Meursius hic nimis aperte *anglizat*: ut enim Angli regem suum veluti supremum ecclesiae caput venerantur, ita et Batavi suum magistratum ad idem culmen evehere incipiunt, ut planum sit cum ex aliis novatoribus, tum ex Hugone Grotio in *Pietate Ordinum Hollandiae*; in quo tamen a puro Calvinismo et Puritanismo immane quantum recedunt, qui huiusmodi capititis impatientissimus est, neque unquam eius absque gravi detestatione meminit. nec Gregentius quidquam de hoc *vicecapite* innuit. imo futilem hanc persuasionem Meursio eximere poterat, si animum vel paululum advertisset. nam ὑπεκκλησίον ait eum esse qui Romanis vocetur *patricius* et *cancileon*. quis autem unquam audivit praefectum caniclei aut patricium fuisse vicarium supremi capititis in rebus ecclesiasticis, hoc est imperatoris? licet enim Graeci posteriores et sequiores, postquam a visibili eoque vero capite ecclesiae desciverunt, imperatori suo honorem supremi capititis detulerint, nunquam tamen patricium aut caniclei praesidem imperatori in hoc, ut ita loquar, *capitaneatu* socium attribuerunt.

C A P U T IV.

p. 13 v. 7. Σκιάδιον, quod et σκιάδι, ad verbum est *umbella* seu *umbraculum*, *tegumen capititis*, breviter *pileus*, quo nomine in versione praecipue usus sum.

ibid. cranium solum coronat et leviter adumbrat τὸ καλούμενον σκιάδιον, qua de causa non *umbellam*, ceu carens protensis in frontem oris, sed *pileolum* ex aequo (si medium tamen conum, licet modicum, appinxeris) caput ambientem, mihi potiori iure sonat; quemque ὄλομάργαρον hic auctor vocat, Theophanes prius καμηλαένιον διελίθον dixit, *Totilaeque Gothorum regi detractum a Narsete Cpolim ad Justinianum*

missum in eius vita narravit. eaque, qua descripsi, figura σκιάδιον ὄλομάργαρον Gregorae et Chalcondyli nonnulli editi codices demonstrant: eademque, si gemmarum grandine conispergerentur, usitatum sibi καμηλανίου Graeci recentiores repraesenterunt, et cum Suida σκιάδιον, ὥπερ ἡμεῖς καμηλανίου λέγουεν, indubitanter asseverarent. forsan igitur, ut Totilae καμηλανίου διάλιθον in caput recepit Iustinianus, ita ab eo proprium sibi fecere posteri Graecorum principes σκιάδιον ὄλομάργαρον, quo imperatores ipsos nonnunquam redimitos in picturis et numismatibus conspicias. et diadema non absimile a Constantino inventum in his Cedreni verbis annotabis: φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρήσασθαι καὶ μαργαρέταις καὶ ἄλλοις λέθοις περιεργότερον ποσμηθῆναι.

Aēr sciadii seu pilei est umbo, der sturm. Iunius ubique vertit *replum*. aliam insuper notionem habet ὁ ἀηρός: significat enim velum seu tegumentum, quo sancta teguntur. liturgia S. Chrysostomi: ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὥμῳ τοῦ διακόνου. εἴτε ἀποτίθησι τὰ καλύμματα ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ἀγίου δίσκου καὶ τοῦ ἀγίου ποτηρίου, τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τῶν ὥμων τοῦ διακόνου καὶ θυμιάσας αὐτὸν ἐπισκεπτάζει δὲ αὐτοῦ τὰ ἅγια.

ibid. aērem hic verberant et ventos sequuntur cum Meursio, qui ἀέρα sudarium liturgicum, pilei umbonem vel *replum* interpretantur. sensum assequetur qui doctissimi Allatii mentem sequetur, et ex eo, mihi rescribit ille, quod despota nomen exaratum gerit, ἀέρα σκιάδιον cingulum, zonam seu vittam frontem proxime ambientem, referre conicet. rationem, si arrisura sit incertus, proferam. aēr liturgicus, si Germanum patriarcham docentem audias, velum maius est sacris donis in altari superpositus, eiusque alis et ambitu, ceu aēre vel aethere orbis inferior, illa circumquaque teguntur; parique ratione pilei aēr cingulum est ei circumpositum, gestantis caput coronaturum eiusque nomen per universi fines circumquaque sparsurum; quamvis eadem voce *replum* illud in despota pileo anterius prominens, prout iconibus concilii Florentini acta nonnulla repraesentantibus ac per hocce opus (ed. Lupar.) sparsis ex antiquis exemplaribus pingitur, addubitem significari.

p. 13 v. 8. χρυσοκλαβαρικόν] Iunius et hic et alibi saepius edit χρυσοκλαδάρικα, et aureas virgulas interpretatur. sed lectio nostra recta est: nam *chrysoclaricūm* idem est quod *chrysoclavus* seu *chrysoclavatae*, vox Anastasio Bibliothecario in pontificibus toties usurpata; vel si mere Latinam dictionem velis, *auriclavus* seu *auriclavatus*. erant clavi aurei in vestibus segmenta quaedam in formam clavorum efficta, ornatus gratia vestibus adiecta.

ibid. sit idem licet χρυσοκλαβαρικόν quod *chrysoclavus* vel *chrysoclavatus*, vox Anastasio Bibliothecario in pontificibus multoties usurpata: cum alia tamen mere Latina dictione *auriclavus* seu *auriclavatus*, sono quamvis vicina, nullam in sensu proprietate societatem init. erant enim clavi aurei in vestibus segmenta quaedam in formam clavorum efficta, ornatus gratia vestibus adiecta: χρυσοκλαβαρικόν vero non *clavatum* modo sed varium, et quodcumque opus est filis aureis phrygionis arte in subiecto serico vel panno ductis depictum; unde phrygionem χρυσοκλαβαριστήν vel cum Theophane χρυσοκλαβάριον (ἀνηφθη, inquit, μέρος τοῦ ἔργοδοιον τῶν χρυσοκλαβαρίων, phrygionum officinac pars combusta est) neoterica Graecia vocat. correctius tamen cum Regiis

aliusque nonnullis exemplaribus χονσοκλαδωριστήν diceret, ob χονσοκλάδοντες sive χονσοκλαδωριάς, quibus auro ludit figuras, quae διατίχη receptae φύλλοις καὶ κλάδοις πεποιηλυένον, foliis et ramunculis variis reddit et distinctum. οἵτις ob implexa ac acu ludente variis tramitis ducta ramalia scribet numerus sequens tertius. quot enim ramis aureis, qua rectis qua contortis, hic discriminatis et divisis, ibi simul collectis, nunc enascentibus, alibi truncatis vel iucunde desinentibus, pingit ac variat materiam? hic autem non clavos sed characteres aureos, gerentis nomen exprimentes, in ima pilei ora, si lubet, annotabis exaratos.

p. 13 v. 8. συγματένον fimbriatum, a syrmate; quo nomine intellico utrinque dependentia ex sciadio seu pileo quasi reticula seu funiculos; quos, si lubet, oculis inspicere poteris in tribus imaginibus imperatorum, quae visuntur initio Nicephori Gregorae ex editione Basileensi 1562. non absimilis est effigies, quam nobis Turcograecia repreäsentat. χονσοκλαδωριόν, συγματένον, ut non referantur cum Iunio ad voculam ὄνόματα, sed ad ipsum sciadion.

ibid. σύρμα nil minus quam pilei reticula seu funiculos refert, ut ab eo pileus ipse noscatur fimbriatus: rectius cum Graecia hodierna interpretaberis aurum ductile, aurum, inquam, in fila solida tractum, or trait, fil d'or. solidum dixi, hoc est nondum molis tusum, exindeque serico filo superinductum. συγματένον itaque opus est auro in fila solida ducto compositum vel pictum, quale despotaе nomen in eius pileo phrygionica manu delineatur.

ibid. τασεῖα] ita legit Iunius, et apicem interpretatur, quo nomine intelligit superiorēm sciadii partem, in conum assurgentem, fastigiatam; deducitque voculam τασεῖα, παρὰ τὸ τείνειν, a tendendo. in altero codice Bavarico legitur disiunctim τὰ σεῖα, in neutro genere; et ita legendum puto 1) quia subditur in neutro genere, τὰ σεῖα οἷα καὶ τὰ βασιλικά. et infra: ὁ ἀηὴ καὶ τὰ σεῖα, οἷα καὶ τὰ τοῦ δεσπότου. signum ergo est et id quod antecedit, nempe τὰ σεῖα, neutrius generis esse. 2) quia τὰ σεῖα Iunii a τείνω pro extensione genere feminino prorsus ignota et inusitata est. quid sit τάσις, omnes norunt: quid τασεῖα, per Iunium nemo novit; tametsi ingenue factor me compertum non habere quid τὰ σεῖα significant. quocirca in versione Graecam dictionem retinui, donec viri docti vel veram significantiam eruant vel Codino veram lectionem restituant.

ibid. promerebor mihi Gretserum Allatii comes, et veram τῶν σείων significantiam eruam. σεῖα sunt longi unius fere palmi margaritarum tractus, circa despotaes aures e pileo penduli. sic lora e pontificum mitris, funes reticulati e cardinalium pileis, inaures ipsae ex auribus pendentes σεῖα sunt, mobilia, tremula pendulaque ornamenta, ἀπὸ τοῦ σείειν. eadem in patriarchae pileo Turkograecia nuncupat καμηλανηόλαβα pilei manubria vel ansas.

ib. v. 9. κόμβος est nodus, compositum ἐπικόμβια, de quo infra, sunt segmenta panni, quibus involvi solent nummi aurei argentei aerei, quae etiam κόμβοι appellantur. hinc κομβολύτης, βαλαντιοτόμος. usurpatur quoque κόμπος pro κόμβος. quamvis κόμπος interdum idem est quod commodus. Mauricius apud Rigaltium: καλὸν δέ ἔστι

τέντας πατὰ τὸ σχῆμα τῶν Ἀβάρων ἢ Τούρκων γενέσθαι, ὅτι καὶ πομπαὶ καὶ χρειώδεις εἰσίν.

p. 13 v. 9. τοῦ κόμβου] non quilibet *nodum*, vel eum solum, vox κόμβος menti obicit. hic vero solius imperatoriae coronae gemmeum *apicem* vel eminentem in ea *globulum*, quo despotae pileus non insignitur, refert.

ibid. Illud πλὴν τῶν φοινίκων seu φοινικίων vertit Iunius exceptis taeniis, et in scholiis explicans quid sint taeniae, ait esse vittas ob- P 194 longas, quibus tanquam loris partes apicis commissae et suturae obtectae sunt. ego et hic et infra malo *palmulis*. apud Capitolinum in Gordianis est *palmata tunica et toga picta*.

ibid. fructus, non folia *palmarum*, in hac dictione legendi. dactylos hodierna Graecia vocat φοινίκα: illi vero in uvae morem, granis tamen longius dissitis ac mage pendulis, e trunci vertice, qua ramī nascuntur, pendent. ab arboris ad imperatoria verticem translatis oculis seratum gemmeum, cassidi vel eius stemmati eminens, vel ad dextram aurem volitantis instar plumae affixum, φοινίκας vel φοινικα vocitabis, quasi gemmeos capitii vel coronae botros. ita scribit Georgius Coresius: id testantur antiqua Graecorum imperatorum numismata.

ibid. φοῦχον τοῦ δεσπότου sive φουχὸν est ipsissima Germanorum vocula *rock*. Nicetas in Andronico l. 2: φοροῦντα φοῦχον σχιστὸν μέχρι καὶ τῶν γονάτων. Helgaldus in vita regis Roberti: exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur *rocas*. hinc etiam *rochetum* vox saepius obvia in libris ritualibus, praesertim Romanis. inde etiam φουχαρεῖον *vestiarium*, vox nostro quoque Codino usurpata.

ibid. despotaie φοῦχον huiusmodi sive *lūátion*, si imperatorio non absimilis est formae, σάκκος in secuturis dicetur, tunica nimirum e villoso serico, nullis pliis conspicua, sed circa pectus et lumbos strictior, paulo latior circa pedes. totum corpus ambiens. ut illam, clade in bello accepta, tristis a se abiecerit Ioannes despota Michaelis Palaeologi frater, narrat Gregoras 5 ult.

ib. v. 10. ὄλξας et στρατηλατίκια, interpretatur Iunius *lacinias* et *lemniscos militares*.

ibid. regiam Sandionysiaci abbatiam eo fine prosector ut Manue lis imperatoris Helenes imperatricis, Ioannis imperii collegae, Theodori despotaie, Andronici αὐθεντοπούλου Palaeologorum eo ms S. Dionysii operum, quod Manuel praedictus coetaneo sibi Christianissimo Francorum regi donavit, expressas ad vivum effigies, vultus, stemmata, gestus, vestes, vestium colores, formam, ornamenta conspicere atten tius et observarem, perspecta coccina despotaie tunica ligataque ad colum eiusdem coloris chlamyde, cuius dextra pars in dextrum humerum revolvitur, in tunica (ea talaris est ad sacci modum) ramos aureos animadvertis depictos, chlamydemque Phrygio aureoque opere respersam totam, per spatia quaedam in orbem relicta bicipitibus aquilis auro pariter expressis in ea fulgentibus. an aurea ramalia *radicum* instar per vestem, nullis tamen aquilis ornatam, serpentia ὄλξας, aquilas vero primaeva Romanorum *signa militaria στρατηλατίκια* vocare, dubius primum haesi sensu mentisque dubietate aequo docto ac mihi benevolo Cyrillo Campanae Chiensi detecta, dubium ille probato sensu depulit. tu lector, eru-

diti Graecique viri auctoritate laudata, lacinias lemniscosque militares antiquis Romanis relinques, et in recentiore Graecarum vestium usu non nisi quod oculus cernit et ratio suadet adnotabis.

p. 13 v. 11. ταμπάριον pro ταππάριον sive ταββάριον, ut μαμπάριον μαππάριον, ὄμφίκιον ὀφφίκιον, Italicum tabarro, penula, chlamys.

[ταμπάριον] *chlamys · imperatoria* ad pedes defluens, militaris nonaunquam et brevior. Nicetas in Manuele Comneno l. 4: τῇ μὲν χλαμύδι τοῦ σώματος περιείλησε τὸν λύγον. cuius alia lectio inter varias scribit τῷ μὲν ταμπαρίῳ τοῦ σώματος περιείλησε τὸν λύγον. ut gereretur vel corpus ambiret, haec alia scriptoris eiusdem verba declarant l. 3: χλαμύδα ἡσθημένος ἀστειοτέραν περὶ τὸν δέξιὸν ὄμον περονούμενην, καὶ ἀφεισαν ἐλευθέραν τὴν χεῖρα πατὰ τὸ πόρημα. ubi vero ταμπαρίον vice ταππάριον vel ταββάριον legendum putat Meursius nullo auctore, nugatur.

Iunius in Codino confundit *margaritas* cum *margellis*, et id quod ex *margellis* constat, cum illo quod constat ex *margaritis*, cum tamen haud exiguo discrimine distent. nam *margella* significat 1) *corallium lapidem*, 2) *florem seu herbam anagallidem*, quae rubore *corallium* mentitur. Gallice *morgelline* seu *morgellina*, quasi *morsus gallinae*. Aegineta *κοραλλίαν* appellat. 3) id quod *florem et lapidem corallium imitatur*. 4) *omnis generis pretiosa et discoloria assumpta vestibus superaddi solita*. *μαργέλλιον* saepe idem significat quod *margella*. aliquando *margellum* est *fimbria* seu *limbus* ex *margella* seu *corallio*. Moschopulus: *λῶμα τὸ ἀπ' ἄνδρον τινὸς ἐκτεταμένον καὶ οἰονεὶ δρίζον αὐτό*, ὡς τὸ *κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον*. *λωμάτιον, parvula fimbria, parvus limbus seu limbulus*. porro a *λῶμα τὸ λωμάτιον* natum videtur Germanicum *som saum, fimbria, λ in S mutato*. Balsamon ad 27 canonem Trullanum: ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χυνσοῦφαντα ἐπιβλήματα τὰ δημοτικᾶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα καὶ ἀντίπανα, καὶ τὰ ἐν κογχύλῃ πορφυρίζοντα ἴματα. *grammata et antipana*, quasi panni pannis oppositi, et *purpurea vestimenta*. puto legendum *γάμματα* pro *γράμματα*: nam *vestes gammatae* notae sunt apud Graecos, et in Balsamonis meleta de Patriarcharum privilegiis habes *στιχάριον διὰ γαμμάτων*. idem Balsamon ad canонem 16 concilii septimi, quod est secundum Nicaenum, οὕτε τινὰ ἐτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄνδροις τῶν ἴματίων ἥγουν μαργέλλια. ubi doctissimus vir Gentianus Hervetus ad marginem notat: *μαργέλια* (sic enim scribit) puto dictum esse a *Graecis, corrupta dictione*, quasi *marginalia*. cui conjecturae quid verisimilitudinem conciliet, nihil video praeter nominum quandam similitudinem.. et quia in *margellis* et *margelliis* versamur, Cedreni locum in Michaële Stratotico imperatore adscribamus et explicemus. τό τε γὰρ λεγόμενον στρατήγιον ἀνακαθάρεσθαι ἐκέλευσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν πεφαλάς σκέπεσθαι, μὴ διὰ γραμμάτων ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ μαργέλογράμμων ὁδονίων ἐν βύσσον πορφυράς ἔξυφασμένων. iussit (idem Stratoticus) expurgari strategium etc. et capita civium tegi

non literatis pileis, ut nunc moris est, sed margella fimbriatis linteis ex byssso purpurea textis. quem locum interpres Cedreni se non capere ingenue confitetur et sane difficultis est; quem planiorem reddit illa Meursii emendatio, μαργέλλογάμμων pro μεγαλογάμμων. ego P 195 libenter pro διὰ γαμμάτων legerem διὰ γαμμάτων: nam ut vestes olim *gammatae*, sic et tegumenta capitis *gammata* suis videtur. fateor tamen et hic et alibi forsitan retineri posse γαμμάτα pro γάμματα, cum etiam aliae literae, praesertim Δ, vestibus assui solerent, ut planum sit ex imperatorum tribus imaginibus, quae Nicephoro Gregorae praeponuntur.

p. 13 v. 11. a *margine*, dictione Latina, μαργέλλων derivant Graeci, nec corallii pretium vel *margellinae* venustatem attendunt (prout Meursius, et qui eum exscribunt, comminiscuntur), ut ea voce vestis *limbum* et *assumentum* quodcumque discolor vel auro textum, panno superadditum, exprimant. id ipsaemet a Gretsero post Meursium exscriptae autoritates evincunt.

ibid. κάλτζαι *caligae*, ex Latino *calceus* magis quam *caliga*. et sumitur hic non pro *calceis* sed pro *braccis*: nam calcei iam sequuntur. *caligae* tamen nomen etiam calceum militare significat. hinc βουλὴ καλίγων, *senatus caligarum* seu *caligatus*, apud Dionem l. 48, scomma in senatum, quod caligis sive calceis militaribus uteretur. sic *caliga* sumitur ab interprete nostro Act. 12: *calcea te caligas tuas*. Graece ὑπόδησαι τὰ σανδάλια σου, *subliga sandalia tua*.

ibid. nusquam *calceus* Latinus, vix *caliga* item Latina, imo certissime Italorum *calze* vocem κάλτζαι Graecis dedere. nec *braccas* itaque, minus *calceos*, sed vel *caligas* ad suram usque ascendentibus vel integras ocreas significat. usus loquendi recentior sensum allatum probat, confirmantque in vulgaribus lexicis Hieronymus Germanus et Simon Portius, qui licet κάρτζαι communiori pronunciationi *calatum* exaequantes scribant (substituunt enim hodierni ο vice λ, et ηρθεν, non ηλθεν, ἀρνησόν, non ἀλμησόν proferunt), usui tamen et sensui reddita, hic Latina voce *tibialis*, ille Italica *calze*, *calcette*, suis calculis attestantur.

ib. v. 12. διβολέα] vocabulum hoc aliquoties apud Codinum legitur. διβολέος idem quod διπλοῦς. pro quo veteres διβολος, ut διβολος χλαινα. Iunius, διβολέα ὑπόδηματα, *bilices calcei* et διβολέος *bilix*, id est *ornatus bicolor* licio. sed tu dic διβολέος, seu διβολέα, quoties apud Codinum occurrit, nihil aliud esse quam *bicolor* seu *duplicis coloris*.

ibid. διβολέα quoties occurret apud Codinum, non uno modo intellige, sed *bicolorum* vestem v. g. cuius pars media coloris unius, alterius est altera, qualem plerumque scabini urbium gerunt in Galliis; vel cuius pannus exterior huius, subductus alterius est coloris; vel quae demum in versicolores taenias est secta, et ex eis fasciata et contexta, pro Helvetiorum more.

ibid. γρούματος ὄξεος, id est, *rubentissimi*, inquit Iunius: ὄξυν enim vim intendendi habet. hinc in codice est *oxyblatta*, *purpura exquisitoris luminis*.

p. 13 v. 12. num caecutiunt Iunius et sequaces, qui discriminem inter colores ponere nequeant? alius est enim purpureus vel ut commentarium scribit *rubentissimus* color, alius *violaceus*. ad baphiorum tribunal causam refero. illi si vulgari Graecorum lingua sententiam enuntient, primum κόκκινον, secundum ὄξυ sancient vocandum; suffragabunturque Hieronymus Germanus et Simon Portius in lexicis Graecobarbaris. decipit itaque Iunii testimonium a Gretsero probatum, ubi ait: τὸ ὄξυ vim intendendi habet.

ib. v. 14. μουζάκιον est *mosaicum, musivum opus*: erant ergo calcei isti picti quasi de musivo, quia punctulis versicoloribus interstincti erant. recentiores Graeci μουσιοῦν καὶ διὰ μουσίων καλλωπίζειν dicunt. et ut hic habes ὑποδήματα μουζάκια, sic apud Trebellium Pollionem in Tetr. Iun. est *corona picturata de museo*.

ibid. mirus tessellator Meursius, qui musivo opere calceos affabre compositos vendit. at non compositos, inquiet alius, sed pictos quasi *de musivo*, ceu punctulis versicoloribus interstinctos. rectius omnino fictos dixisset. quid igitur ὑποδήματα μουζάκια? genus Saracennici calceamenti, cuius usus a Graecis peregrinos mores facile imitantibus erat iam Codini tempore in curiam CP invectus, crepidisque tibialium more ceu levior ac mollior cothurnus solet immitti.

ib. v. 15. πτερνιστηρίων] forte legendum πτερνιστήρων, a recto πτερνιστήρῳ.

πτερνιστηρίων] retinenda lectio, nec πτερνιστήρων substituenda: gaudent enim Graeci neutrīs huiusmodi a masculinis derivatis. sic dicunt φοινικες et φοινίκια, χείρες et χέρια, πόδες et πόδια etc.

ib. v. 16. sella equi sive ephippium (v. Meursium. GOAR.); *ἱδρομάχιον*, et tegmen sudori cavendo et ab equis arcendo.

p. 14 v. 2. cur Meursius stragulam ephippio substratam ad prohibendum equi sudorem τὸ ιδρομάχιον exponat, non video: qui namque depictae in ea effulissent aquilae? clarus certe nitent in aliis e sella pendentibus ornamentis, quae proprius exsudantem equum attingunt et eius extergunt sudorem.

Margellum hic est segmentum diversi coloris, sellae ante et retro insertum. errat Iunius, cum verba ista καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη seiungit a proxime antecedentibus; itaque vertit, vel potius pervertit, *ad quattuor vero latera sagmatis sudatorii habens etiam textum e margaritis ante et pone* etc.

p. 14 v. 4. *κοπτιόρων*] vox mere Latina, *coopertorium*. Plinius *cooperculum* dixit. errat Iunius, qui *κοπτιούρων* edidit vertitque postilenam. *viri docti*, inquit Glossarium, *putarunt κοπτιούρων esse Graecam vocem, παρὰ τῆς κόπρου καὶ οὐρᾶς, sed analogia repugnat: tunc enim κοπτιούρων foret. itaque non est quod simocaudium interpretentur et postilenam esse dicant.* haec spicula in Junium directe directa sunt, a professore Leidensi in professorem olim Leidensem.

Meursius *coopertorium*, et ex Plinio *cooperculum* Latine reddidit. Latine magis simul ac Graece dixisset *ephippiarium stragulum*.

ibid. σκάλαι] duobus a Meursio vocis σκάλας notatis sensibus, *scalae* nimirum et *navalis*, tertius *stapedis* tum ex praesenti tum ex alio

Leonis Grammatici loco addendus: τοῦ ποδὸς κρατηθέντος ἐν τῇ σκάλῃ θρησκείᾳ ὁ ἵππος.

p. 14 v. 5 κεφαλαιόεια sive κεφάλαιον freni pars, quae auribus circumdatur, quae aurea dicebatur veteribus Latinis, teste Festo, ab aure utique, non ab auro, sicut pars inferior freni dicitur *oreu* ab ore.

ibid. Meursius: *freni pars quae auribus circumdatur.* clarius ego: *frontale vel capistrum.* pari verbo scripsit prius Nicetas in Manuale l. 5: προμετωπίδιον. ἀλλ' ἦν ὄραν, inquit ille, τῶν ἵππων αὐτῶν διαδήματα μασχαλιστῆρας προφανύντων, καὶ προκειμένων προμετωπίδια καὶ προστερνίδια τὴν βλημάτων ἔργυματα. alia loci eiusdem vulgaris lectio: τὰ ἀλογα αὐτῶν ἀρματωμένα μετὰ κεφαλαιότων καὶ ταγισμάτων λωρικαινῶν. in eandem mentem usurpaverat Simocatta κεφαλαιον: κοσμεῖται μὲν ἵππος κεφαλάροις τε καὶ θώρηξι.

ib. v. 6. ἀπηγόρηται φοροῦντα. mendum manifestum. sed quomodo emendandum? num legendum φοῦτα? ita aliquando suspicabar, praesertim cum infra, ubi de pileo et insignibus magni interpretis agitur, Iunius ediderit φοῦταν ἔργυράν: *in summitate habet exiguum pupam rubram.* in indice interpretatur Iunius *puellam.* quae lectio etiam applicanda videtur illi loco c. 5: μετὰ τῶν φορούντων. Iunius *cum equis agminalibus,* et in indice τὰ φοροῦντα *equi agminales.* at quid si et hic φοῦτῶν? *cum ornamenti et phaleris?* accedit Glossarium Isidori, cui ornamenta camelorum et phalerae sunt *buda,* exiguo sane a vocabulo *phuta* discriminine. sed legendum et hic et alibi τοῦφα (idem τὰ τούφια seu τονφία.) est autem τοῦφα *parvulum flammulum.* Mauricius Strateg. 2 2: *κασσίδας ἔχουσας τονφία μηνός.* idem: *μικρὰ τονφία κατὰ τῶν ὀπισθελίνων καὶ ἀντελίνων τῶν ἵππων.* idem: *τονφία εἰς τὰς ὀπισθελίνας τέσσαρα.* eadem ferme Leo imperator Constitut. 6, ubi praeterea requirit κορυφάδην τοῦ ἵππου τονφίν (sic enim legendum esse patet ex Mauricio apud Rigaltium v. τονφία) *in vertice equi flammulam,* alteram ὑπογένειον, P 196 *sub mento.* ex his facile erit vertere et explicare loca Codini: nam is quem prae manibus habemus, sic reddi debet, *in fronte ad auream freni pendet tupha seu flammula.* et ille alter, pro φορούντων, μετὰ τῶν τονφῶν, *cum flammulis et aliis ornamenti equestribus.* valeat Iunius cum suis equis agminalibus. tertio loco similiter medicinam facies, si substituas μικρὰν τοῦφαν ἔργυράν, *exiguam tupham seu parvulam flammulam purpuream,* Iuniumque cum sua *parva pupa et puella facessere iubeas.*

Sollicitat Rigaltius alium locum Curopalatae nostri c. 17, ubi bis τονβία editur et legitur. mallet ipse τονφία. reclamat Glossarium male, inquiens, τονφία et τονφίων *hoc loco restituere tentant viri docti,* id est Rigaltius; in quo iudicio Glossarii libenter acquiesco.

ib. v. 6. τοῦφα alia hominis, alia equi. illa tiara est et capititis velamen, haec *aperx, serica panicula, crista plumatilis vel gemmea.* de prima Zonaras in Basilio Porphyrogenito: *τιάρας ταινιωθεὶς ὄρθια, ἦν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημάρχης καὶ πολὺς ἀνθρωπος, ωφον, οἵμαι, ὠνο-*

μασμένην ὡς τετυφῶσθαι ποιοῦσαν τὸν ταύτην ἀναδομένους. Leo Grammaticus: ἐπειεν ἡ χρωσῆ τοῦφα Ἰουστινιανὸν τοῦ λεγομένου Αὐγούστεως. de secunda Rigaltius: τονφίον λόφος. Simon Portius: ἀσήλην πολοφῶν, φοῦντα, pannicula, apex. idem vero sensu tenes, sive τοῦφαν sive φοῦνταν vel φοῦταν dicas; cuius testes sunt variae lectiones, tum nostrae eo quem tractamus loco, tum Junianae a Gretsero l. 2 Comm. c. 4 citatae.

p. 14 v. 6. μετὰ φοινίκων] cum ramis palmae, inquit Iunius, hoc est, segmenta inspersa habebat efformata instar ramorum palmae.

ib. v. 7. κόμπωσιν nodum gemmeum concipe, gemmam nempe luculentiorē, qua velut e trunko panniculae, φοινίκων rami prodeunt. κόμβος sive κόμπος nodum vel globulum sonat, κομπάνω globulos committo velut in fibulas. κομπολόγη globolorum series est, precaria corona. κόμπωσις globuli commissura.

ib. v. 9. τέντα seu τένδα a Latino tentorium est, et hoc a tendo. vox in Tacticis Leonis frequens. etsi autem certum est τένταν esse alicubi tentorium, an tamen hic sit, anceps sententiae haereo. quid enim hoc loco tentorium, ubi de pileis vestitu et ornatu equestri officialium palatinorum agitur? ego admodum inclino ut per τένταν seu τένδαν intelligatur id quod Germani vocant den sattelbogen, a tenendo; quia eques partem illam prominentiorem ephippii manibus tenere solet. si quis tamen in tentorio persistere velit, cum eo absit ut pugnem. Iunius vertit tholum.

τέντα tentorium est indubie; nec modo vestes et pileum, sed et cuncta despotaie insignia connexaque dignitati symbola textus enarrat. Nicetas in Manuele l. 8: σκηνὴν ἐγκαρσίως διατέμνει. alia lectio σχίζει τὴν τένταν ἐγκαρσίως. idem in Ioanne Comneno: τὰς τέντας αὐτῶν ἔκει ἐστησαν. ab his diversa Rigaltius.

ibid. ἀετόπουλα, id est ἀετοί. Graecorum recentiorum est terminatio πουλος et πουλον et πωλος, nihil praeterea significans, inquit Iunius: sic ex nomine ἄρχων fit ἀρχοντόπουλος, ex nomine παιᾶς παιδόπουλος, ex αὐθέντης αὐθεντόπουλος, ex Τουρκός Τουρκόπουλος, ex Francus Francopulus etc. etsi autem verum sit terminationem istam plerumque nihil significationi addere, interdum tamen videtur habere vim minuendi, ut in ἀρχοντόπουλον, quando puerum seu ephebum honorarium significat; qua notione saepe occurrit apud Codinum: non enim tunc significat principem seu virum primarium, ut simplex vocabulum ἄρχων, sed puerum, et quidem ἀσκεπῆ, qui sine ullo pileo vel capitinis tegumento in palatio versatur. apud nonnullos Germanos Peter (Petrus) est Petermann; ubi adjectio illa mani nihil penitus ad significationem adiicit, quia idem prorsus est quod Peter. forte autem legendum ἀετοπούλων γέμουσα ἐρυθρῶν.

ibid. vocis πᾶλος adminiculo nonnullis diminutivis formandis utuntur hodierni, in locum ω substituta ov diphthongo, ut nuper in voce πτερονιστόλουρον vice πτερονιστόλωρον animadvertere fas fuit. sic κουρτόπουλον Cedrenus, ὠρολογόπουλον doctissimus Allatius, ἀρχοντόπουλον in sequentibus Codinus scripsere, ut filios comitis, exiguum et compendiosum diurnale, puerum nobilem exprimerent.

ib. v. 12. ἐπὶ πεφαλῆς ἔτι νέος ὥν] vide capitinis sequentis notam primam.

p. 14 v. 13. *καβαλλικεύη*, vox a Latino *caballus* facta, frequens in hoc opere. additur explicatio, ἡώς ἵππεύη, quales barbararum dictionum explicationes multae occurunt in Codino; ut paulo ante κάμπος ἡώς πεδίον. nec scio num sint ab auctore an a librariis. ἡώς recentioris Graeciae flosculus est, pro ἥ. primis verbis huius numeri forte aptior scriptura esset: πεζένει ὁ δεσπότης, ἐν ᾧ ἀν τόπῳ προστάξει τοῦτο ὁ βασιλεύς.

ib. v. 16. *σκαράνικον*] Iunius *pallam* vertit vel *laxam et fluentem togam*; eiusque vocabuli natalia ab Assyriis repetit. ego nomen Graecum retinendum censeo, tam hic quam alibi, tam in his quam in aliis id genus vocabulis, quando nullum Latinum suppetit quod vim satis exprimat. forte *scaranicum* est a *Sarra*, hoc est Tyro. Sidonius 8 6: *Sarranis ebria fucis*. ubi Savaro: *Sarranis*, id est Tyrus: *Tyrus* enim insula prius *Sarra* dicta. Servius et Festi Epitomastes. unde *Sarranum ostrum* Virgilio. sed en fulmen a Glossario Graccob. apud Codinum male semper *σκαράνικον* legitur: restitue ubique *σκαράμαγκον*. obtemperarem, nisi consensus mss codicum me retraheret: nam neque Iunius in suis neque ego in Bavarcis et Lautheriano hoc *σκαράμαγκον* reperimus. uterque Bavarius praeferat quidem *σκαράνιον*, facili lapsu librarii η omittentis: sed quid *σκαράνιον* ad *σκαράμαγκον*?

σκαράνικον] cum de illo frequentior occurret sermo, commodius infra declarabitur. vide interim tertiam ab hac notam, cui titulus *καβάδιον*.

ibid. *χονσοχόκόν*] sensum percipe; nec illitum modo, sed et auro solido conflatis monilibus asseres circumfusum et distinctum despotae *σκαράνικον*: λιθόρια namque, qui non uniones sed lapilli sunt pretiosi, non nisi opere solide concreto, cuius *χονσοχός* est auctor, includi possunt et detineri, ac demum externae vesti, qualis *σκαράνικον* est, per varia spatha respergi et consuvi. Sandionysiacus codex palmarem limbum gemmis et lapillis, ut appareat, varium eius vesti appingit.

ibid. *λιθόρια*] vide degenerantes in barbariem voces has, *λιθόρια*, *μαργαριτάρια*, et, de quibus nuper, *χαλινάρια*. paucae sunt ex immenso, quem tumet recenseas, numero.

ib. v. 17. *καββάδιον*] scribitur etiam *καββάδης*, *καββάδικον*, *καββάδιν*. Iunius interpretatur *tunicam honoratam et puram*. sed Graecum retineamus. Glossarium, v. *κάμβα*, dicit *καββάδιον* esse diminutivum a *κάμβα* vel *κάββα*: utrumque enim Graecis usurpari, sicut *μαρτάριον*, et *μαππάριον*, *ταμπάριον* et *ταππάριον*. forte tandem existet qui a *Cabbade* rege Persarum originem τοῦ *καββαδίου* petat, cum *scaranicum cabbadium* et *phuceolium* ab Assyriis ad Graecos venerint, ut infra ex Codino discemus e. 6. probabile est formari *καββάδιον* a Latino *cappa*. infra quid sit *καββάδιον* explicatur addita hac exegesi *καββάδιον* ἡώς τὸ ἐπάνω ἔνδυμα πάντων.

Occurret nonnunquam uno β minutum, *καβάδιον*, vel etiam extrema syllaba pro corrupto loquendi usu truncatum, *καβάδι*. quid sit exponit Portius in Lexico: *καβάδι* τήβερα, τήβερος, σύρος. duplice in familiari sermone observavi tunicam, interiorum et exteriorum.

illa brevior est et suras lambit, finibus caret et plicis, globis sua mole conspicuis colligatur ad imum usque pectus, corpus adstringit, et zona praecingitur, sub qua crurum motus limbos oris interioribus assutor et subductos manifestat. haec (quae σκαράνιον est) longior ad talos defluit, aperta geritur et cingulo libera, sinuosa non est priore licet amplior; unde et latioribus rectisque manicis, si expandatur, crucis formam exhibet: qua de causa sacerdotum tunicam, ceu senatoriam et procerum propriam, laudat Simeon Thessalonicensis episcopus lib. de Sacra: σταυροῦ δὲ τύπον ἔπειχε τῷ μήνει καὶ τοῖς μανικίοις. ταῦτα οὖν τὰ ὑμάτια ποιὰ πάσι, καὶ ὡς φασίν, ἐν βασιλικῆς δωρεᾶς, εἰς τιμὴν ἱερωσύνης, ὅτι καὶ συγκλητοὶ ταῦτα ἔνδυνται. primam quae milites decet laudat Tzetzes Chiliad. 2: ἔσθημα ἐννάλιον, στρατιωτῶν τὸ εἶμα, ὅπερ παβάδης λέγεται ἀπὸ Καβάδου Πέρσον. verum in cabadem hunc Romanum sagum degenerasse autumo. ab Assyrīis ad curiam CP transiisse scribet auctor inferius c. 6 ad calcem; quod de externo, ceu a Romanis usibus alieno, dictum lubens amplector: a cappa vero (quod alii comminiscuntur), barbara Latinorum voce nuncupatum, a forma siquidem abhorret, ne risum moveat, nullus affirmet.

P 197 **Kαββάδιον** despotae est ὁξύ. ut intelligas quid sit color ὁξύς, audi quid Casaubonus ex Turnebo scribat ad illud Trebellii Pollionis: *chlamydes veri luminis limbatas duas*. lumen non est coloris nomen, sed affectus, qui sequitur colores intensiores. purpuram veri luminis appellat *clarum* Lanpridius in Diadumeno, in Alexandro Severo *clarissimam*. Vopiscus in Carino lumen purpurae eleganti verbo expressit, cum *lineas micantes purpura* dixit. Graeci qui purius locuti sunt, veri luminis colores dicunt ὁξεῖς, posterior aetas ἀληθινούς. unde obtinuit ut ἀληθινά appellarentur omnia purpurea propter praestantiam sacri muricis. apud Balsamonem in Photianum Nomocanonen habes ἀληθινὰ ὑποδήματα, *calceamenta purpurea et veri luminis*, de quibus etiam Corippus laud. Iustini 2 104.

p. 14 v. 17. iterum falso *veri luminis* sive *splendidissimi ruboris* fuco dictio ὁξύis inficitur. itane unus duarum dictionum, quas ἡ particula disiunctiva discriminat, colligitur sensus? qui pertinacius asseruerit, colores ipsos inspiciat. in ms Tiliani limine imperatoris effigies rubrum ostentat vestimentum, in Sandionysiaco violaceum. utrobique eiusdem est principis, Manuelis nimirum: violaceum itaque sicut et purpureum sibi assumit imperator. at despota, de quo sermo, et imperatoris communis est cabades ornatus, τὸ δοῦλον αὐτοῦ ἄσπερ καὶ τὸ βασιλικόν: ita nuper auctor. Ioannis collegae praeter haec effigies, sicut et paterna Manuelis imperatoris, cui astat, violaceam vestem ostentat in laudato S. Dionysii ms. ergo despota καββάδιον ὁξύ η ἔσθημον: *cabades*, inquam, *violaceus aut purpureus*.

ib. v. 19. τοῦ Καίσαρος ἐπὶ τῶν ἔστρων ζητεῖται] reperitur ille Caesaris habitus a Barda in publico solempnique processu ad ecclesiam die festo gestatus apud Leonem Grammaticum in Michaeli Theophili F: Βάρδος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ προελεύσει διερχομένου μετὰ σκαραμαγγίου ὁξέος. est vero σκαραμαγγίου tunica Persica auro intexta, eadem cum scarano, de quo inferius auctor. suggesterit propterea Caesaris eidem Philotheus amicus: αὗτοι, ὃ δέσποτα, περιβαλοῦ τὸν χρυσοπεργιόν σου χιτωνίσον, καὶ ὄφθητι τοὺς ἔχθροις σου. ἀπὸ προσώπου σου φεύξονται. τοῦ ἥλιον δὲ ἀνατείλαντος ὑππὼ ἐπιβὰς παρεγένετο πρὸς τὴν κόρην τοῦ βασιλέως μετὰ στολῆς λαμπρᾶς. vocem κόρη τετοριού hic indicare demonstrabimus alibi.

p. 14 v. 21. γαμβρῶν] non generos modo, sed et leviros et uxorum frates, qui et ἀνδρασέλφοι et γυναικάδελφοι, Graeci vocant γαμβρούς. monitus semel sexcenta reperiet apud eorum historicos et iurisconsultos testimonia.

p. 15 v. 1. χρυσοκόκκινα] auro nimirum rubroque serico distincta, sive simul texta sive aeu pingente addita.

ibid. nota cruces in pileis generorum imperatoriorum, et quidem non ex qualicunque materia sed ex margaritis confectas. ut placet hic mos nostris stauromachis?

Cruces quinque circiter gemmis conflatas, et ad circuli (qualis est Gallorum comitum) caput ambientis quatuor partes, frontem nimirum, utramque aurem et occupit, circumpositas.

ib. v. 2. γύρος] taeniam intellige frontem circumcingentem, nuper circulum dictam, et orae pilei iunctam, sive illi penitus agglutinetur, sive ex parte superiori nonnihil dissideat; quam propterea Gregoras l. 5 κατὰ τὴν κάτω καὶ κοιλην ἐπιγάνειαν κυκλίσκον χρυσοειδέα vocat. vide notam in sequens caput ad p. 19 v. 3.

ib. v. 7. ἡράνει] nec caeruleus nec viridis est ἡράνεος color, sed medius, qui subviridis et porri folio similis, prasinus et glaucus. vert de mer. ita me usus et cum baphiariis Graecis colloquium edocuit. hinc quia in utrumque declinat, scribit uno loco Simon Portius: glaucus πράσινος, γλαυκός, in alio γεράνιος (corrupta prouniatio est, ἡράνεος vice) κυανός, γλαυκός: caesius, cyaneus, venetus color. de glaudo et caesio colore ulvae salicique persimili Antonius Thylesius Lazaro Baifio adiunctus; de veneto, quem Hispanice verde de la mar exponit, Calepinus.

ib. v. 8. τιμῆσας σεβαστοκέρατορας] de quo ipse Cantacuzenus 4. 5.

ib. v. 10. ἔχοντα ἀετὸν σφραγίδεντον] talem depingit Gregoras 4. 1, in cuius κανοῖς πεδίλοις καὶ χρυσοῦγεις ἐνημόζοντο ἀετοί.

ib. v. 11. εἰς ἀέρα κόπινον] ita ut in plano seu scutulo rubeo aureae depictae forent aquilae, quae deinceps glaucis calceis assuerentur; et dictio ἄέρος idem hic indicet quod in superioribus κάμπος ἡρος πεδίον, panni versicoloribus figuris insigniti planities, le fonds d'une broderie ou d'une estoffe à ramage, a figura in umbonem desinente penitus distincta.

ib. v. 12. Iunius κώνος, ego ὁμοίως ex duobus Bavanicis codicibus; quae scriptura germana est.

ib. v. 15. χαρτάριον, χαρτίον scutulum quadratum. Iunius vertit quadrarias tesseras, aitque corruptum ex Italico et Gallico quartiers.

χαρτάρια scutula posse dici probo, quadrata iugiter infitior. χαρτάριον enim bracea est, lamina, scutulum quacunque figura conformatum, alteri rei ornatus ergo superponendum.

Chartae plumbeae apud Anastasium in Sergio et Gregorio III sunt tegulae plumbeae, quibus aedificia tecta. itaque nihil ad χαρτάριον et χαρτίον nostrum facere videntur. mox lego cum cod. Boico disiunctim μετὰ δαφήν. in altero est καταγραφήν. forte hic etiam disiunctim κατὰ γραφήν scribendum erit, si forte cui magis placeat γραφή quam δαφή.

ibid. κατὰ δαφήν] lectio tot in exemplaribus inter se collatis reperta retinenda: suturis namque velut deformitatem secum ferentibus ornatus addi consuevit.

p. 15 v. 16. τετράστυλον] videtur esse augustius et ornatius aliquod fastigium, ad aliquam aulae palatii partem quattuor columnis in sublime erectum, ad quod, qui equites aulam ex privilegio penetrare poterant, equis in terram se demittere regiae maiestatis colenda gratia compellebantur.

ib. v. 18. lege πεζεύει πάκεσσε πατ' ἀναλογίαν τοῦ τόπου τετραστύλου. ambulat et illuc ob rationem propter quam ad Tetrastylum ambulat; nimirum ob honorem imperatoris, qui illic praesens est.

p. 16 v. 2. τοῦ κοπριοφίου καὶ τοῦ ἐπάνω σκεπίου] ephippiarium stragulum et aliud superius tegumen sunt diversa, quod unum nempe manus altero, vel unum pacis tempore sit ornamentum, aliud in bello sit equi munimen.

ib. v. 4. πεζεύει] id est, *in terram ex equo desilit*, ut pedes incedat.

ib. v. 13. αὐθεντόπουλος] quamquam Glossarium interpretatur *herum minorem*, quasi adiectio illa decerpit aliquid de significazione, id tamen perpetuum non est, ut supra ad p. 14 9 notabamus.

ib. v. 15. μᾶς et σᾶς, pro μοῦ et σοῦ, sunt barbarae Graeciae suaveolentes flosculi.

Vere nasutus etiam barbarae Graeciae voces μᾶς et σᾶς non μοῦ et σοῦ, sed ἡμῶν et ὑμῶν vice odorabitur usurpari. aliis autem a nominativo ἔμεις et ἔσεις nos et vos casibus cunctis deserunt, multilatisque per aphaeresim ἔμᾶς et ἔσᾶς relinquuntur; simulque vides τοῦ σύ minus anomalum esse plurale ἔσεις quam ὑμεῖς, ac ideo suaveolentes barbarae Graeciae flosculos, nullo pretū eorum delectu facto, non esse temere proterendos.

ib. v. 17. αὐθέντης dominus. hinc αὐθεντεῖν, αὐθεντεύειν, αὐθεντίζειν, authenticum reddere, auctoritatem vim et robur addere, ut valeat et reiici non possit. et cui non sunt auditae Iustiniani *Authenticae*, quas ipse νεολαγός, hoc est Novellas, indigitavit? authenticae scripturae sacrae omnium ore teruntur.

Graeci nunc ἀφένδης vel ἀφέντης scribunt et pronuntiant, et corruptius adhuc *efendi*. transiit ultra vox ad Turcas: nam illis *aphendi* vel *efendi* in usu est, teste Leunclavio in Onomastico Musulmannico. ἀφένδρα domina. Dousa in Itinerario Cpolitano: nisi Graecos interdum vino deposueris, nisi Graeco more πολυχρονιάσῃς, ἀφένδι exclamaveris, oleum et operam perdidieris. hinc αὐθεντία dominatio.

C A P U T V.

p. 17 v. 8. τὸ σιαδίον] capitis tegimen honoratus et aulae proceribus concessum σιαδίον vocat auctor cum Iure GR p. 186, Nicetas πῖλον et πάλινμα, Gregoras παλύπτωσαν. formam hic depingit ultimis historiae suae verbis: περὶ γε μὴν τῆς ἐπὶ περιφερῆς παλύπτωσας ἐπὶ τῶν μὲν πρότερον βασιλέων ἔθισ τὸν μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι παλύπτωσι πνιγμαίδος μὲν ἔχοντας σῆμα, σηρι-

κοῖς δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑάστηρ ἀξίωμα καλυπτομέναις, ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτοις δὲ πάντας καθάπαξ ἀνάλυπτον ἔχειν τὴν πεφαλήν. unde cum ad ephebi aetatem processit, tunc tantum despota per morem fas est tecto capite in palatio cerni: puer enim non nisi aperto versatur, ait auctor capite superiore: ἐπὶ πεφαλῆς ἔτι νέος μὲν ὁ δεσπότης φορεῖ ἐν τῷ παλατίῳ οὐδέν. pilei descriptam a Gregora formam dixerat olim Nicetas Andronici l. 2 a barbaris acceptam: πῦλον βαρβαρικὸν τῇ πεφαλῇ περιθέμενος, ὃς εἰς ὅξεν λήγων πυραμίδι εἴκασται. proprius tamen et familiaris ita redditus est, ut non forma sed materiae colorumque eius varietate senator quilibet et aulicus minister dignitatem spectantem oculis manifestaret; qua ratione Nicetas idem in Alexio Manuelis F συγγλητικῷ ἔξυφασμένον τῆς πεφαλῆς πάλιμψα, pro magnatum (συγκλητικοί enim non senatores modo sed et proceres cuncti dicuntur) et officiorum varietate variis coloribus et materia diversa, componi ex assuetudine affirmavit. logothetae pilei descriptionem nota inferior p. 238 ad p. 19 v. 3 exhibebit.

p. 17 v. 9. *κλαπωτόν* Iunius ubique vertit *squamēum*, exque P 198 Arabia et Syria cunabula accersit. ridicule prorsus, quia est vox mere Latina, *clavatum* seu *clavatus*, παρὰ τὸ κλάπος sive κλάβος, *clavus*. hinc χρυσόν λαβάσι et χρυσον λαβασινά *chrysoclava* seu *auriclavata*, de quibus iam supra ad p. 5 v. 8. *viri docti*, inquit Glossarium, id est Iunius, *putant esse vocem Arabum et Syrorum, quaemere Latina est, et aliter interpretantur quam debabant*. quam benevole transfert ad plures quod solius Iunii est! et quam amice hic et alibi gravissimos eius lapsus tangit! ubique quod Iunius deliravit, hoc *viri docti* fecerunt.

κλαπωτόν] duplex filum aureum, unum ductile purumque, quasi solidum, aliud ductile quidem, sed molis tusum et pressum, serica fila circumvestit. primum σίγμα est, or trait, secundum κλαπωτόν setae circumpositum, or filé.

ib. v. 10. *δικανίκιον*, παρὰ τὸ δίκη, passim occurrit apud Codinum. Iunius ubique vertit *sceptrum iudiciale*. potest vox ipsa Graeca retineri; potest *dicanicum* simpliciter verti *sceptrum*. aliquando cum de patriarchis et episcopis sermo est, ut p. 103 v. 22, rectius redderetur *pedum*. in Turcograecia vocatur δεκανίκιον (nisi sit typographicus error) p. 15, ubi de Gennadio patriarcha et imperatore Turcico: ἰδεις χεροὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον πολλοῦ ἀξιον, ἦτοι δέδον ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην, ὥραλαν. in scripto quodam Graeco-Barbaro l. 2 Turcograeciae vocatur δικανίκη. ποιμανικὴν δέδον vocat Gregoras l. 6.

ibid. ἀπὸ τῆς δίκης a iustitia vox deducta iustitiae quoque et potestatis in alios exercendae symbolum quocunque significat. hoc in rego sceptrum est, in pontifice pedum pastorale, in abbe baculus, in regio ministro calamus, bacillus, clava: cunctis istis exprimendis vox δικανίκιον propria est; et Latine redditur commodius *virga* vel *baculus* quam *sceptrum*. scribitur et δικανίκιον et δικανίκη dictio a priori truncata: non δικανίκη, ut barbare Meursius. Simon Portius δικανίκη: δέδος, βάκτρον, βάκτρηά, ξύλον *baculus*. *consecratus*, inquam, *baculus*, quemad caduceatores nostri gerebant primitus, de quo Gregorius Turon. 7 32: misit Gundobaldus duos legatos ad regem cum virgis consecratis, iuxta ritum Francorum, ut scilicet non contingentur ab ullo; quemad

etiam gerunt marescalci, regius dapifer, praetoriani immunes, apparatores etc.

p. 17 v. 11. pro κόμβων Iunius eodem sensu κόμπων.

κόμβος et κόνδυλος situ, non natura differunt, velut nodus et ramus. clarius. calamus nodis interstinctus variis compingitur fistulis (fistulas voce eas et singulas calami partes nodis divisas eisdem ad invicem connexas): eas κονδύλους recentiores Graeci vocant, nodos autem κόμβους sive κόμπους. Simon Portius in Lexico Graecobarbaro κονδύλιον, κόνδυλος καλάμι, καλάμος, δόναξ, calamus. et κόπτος, δεσμός, ἄμμα, κόμβος, δέξιος, nodus, nexus commissura. ex calami tamen ad nodum necessitudine unum alterius vice substitui infitias non iero. hic nihilominus, ubi varia tribuuntur utrisque, promiscue non sumenda benevolus lector adverteret; ac in δικαινίοις, de quibus sermo, quod in pontificum viatorumque baculis, spatia singula κονδύλους, globos singulos spatia dividentes κόμβους ab auctore vocatos recordabitur.

ibid. Ἰνοκοπητῶν vice ἔγκοπτῶν, nisi tibi ἔγκοπέως simul et ἔγκοπον laboriosae subtilis et artificiosae caelaturaē sensum degenerans in barbariem vox Ἰνοκοπητός repraesentat.

ib. v. 15. τὸ σκαράνικον] soli Georgio Codino vox usurpata, soli Georgio Coresio nota, hoc pacto nihil exponitur in rescriptis. σκαράνικον vestimenti genus est non uno panno continui, ut nec uno colore conspicui, cuius exterior species rubra, taeniatim et per lora divisa, candidam interiore subductam sese venuste proferre et velut latitatem educere permittit; qua de causa cum ἐσχάρας, craticulae piscibus ustulandis idoneae, formam imitetur, vel colorem subtus residentem σκαρίζειν ebullire cogat, σκαράνικον nomen potuit promereri. haec ille, qui etiam ignoti exemplaris Nicetae locum subiungit: εἰχεν ἱμάτιον σχιστὸν μέχρι τῶν γονάτων. huc ego refero στολὰς σωληνωτάς canaliculatas vestes a Cedreno in Tiberio memoratas, de quibus editio Regia non obscure in posterioribus notis; eodemque loci revocare confido Andronici ἀπειχόνην ἐς γλοντὸν ἀμφισχιδῆ παταβαίνονταν, de qua Nicetas in eodem 1. 2. an demum σκαράνικον idem sit quod σκαραμάγγιον? affirmat Meursius, negat Gretserus. utrumque amplector: mentem enim illius teneo, rationem tamen cum Gretsero exsibili. quis enim cum Meursio exemplaria ubique credat ita corrupta ut σκαραμάγγιον vice repositum fuerit σκαράνικον? placet nihilominus illius in huius degenerasse prolationem, et σκαραμάγγιον Bardae Caesari a Leone Grammatico ascriptum a Codino capite superiori σκαράνικον Caesaris fuisse vocatum. vide notam in capitulum quinimum 43. de scaramangio Leunclavius in Onomastico: scaramangium vox Persica, quae vestem pluviam significat, hoc est eam quae pluvias aut hibernis tempestatibus caeteris superinuici solet.

ib. v. 16. εἰκονικῶς τὸν βασιλέα] imagines imperatorum rarius in foris positae, in urbibus adoratae, quam in acie delatae. domesticus itaque ut imperialium exercituum moderator supremus, et viva ipsius, ut inferius exponetur, in castris imago, ut potestatis particeps, animi conscientia, facinorum collega, suscepti ab eo propositi fidelissimus et fortissimus executor, sculptam eius imaginem in pectore gestat, ut προθέτεις τὴν εἰκόνα, Herodiani verbis utor, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμηένην αὐτός τ' εὐφημήσῃ καὶ τὸν στρατιώτας ἀξιώη γνωίσαι καὶ εὐεργησσαι. eapropter praefectis ducibus comitibus coronatas principum imagines inter praecipuas insignium partes in pilis donatas in Imperii Notitia, vestibus affixas ante Iustini tempora non lego. angelis hic stipatas video, quos ἀρχιστρατήγος reor ob communem Graecorum omnium erga eos cultum. Michaelem enim habent in primo vexillo depictum infra c. 6, eidemque olim, scriptore Cedreno, Iustinus consecravit ecclesiam: utri-

que vero Michaeli et Gabrieli, caelestis militiae principibus, Basilius regiam aedem posuit τῶν ἀρχιστρατήγων dictam. de Taeatho, vel ut Cedrenus profert Tzatho, Lazorum rege ad Iustinum profecto Theophanes: ἔγημε Ταιάθος γνωτίκα Ρωμαῖαν καὶ ἔγονον ὅμοιον τοῦ ἀπὸ πονηροπαλάτου. et infra: προχειρισθεὶς Ταιάθος βασιλεὺς τῶν Λαζῶν, φυρέας στέφανον καὶ χλαινόδια βασιλικὴν ἀσπρην ἔχουσαν ταντὸν χειροῦν, ἐν ᾧ ἐπὶ κεντητοῦ ἐκεχάρακτο ἡ εἰκὼν τοῦ βασιλέως Ἰονοτίνου, καὶ στιχάδιν ἀσπρον ἔχον πλούσια χονσᾶ καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως· τὰ γὰρ τελεγγία αὐτοῦ ἑούσια ἦσαν, ἔχοντα μαργαρίτας Περσικῷ σχήματι, ὁμοίως ἡ ζώνη αὐτοῦ ἦν χονσῆ διὰ μαργαρίτων. caeterum nobilioribus aulae CP proceribus viliores ecclesiarum in Galliis ministri licet non mihi censeantur exaequandi, in iis tamen observo bicolorem, de qua nota sequenti, tunicam, διβολέον σκαράνικον, sancti cuius ecclesiae ministrant ἴνονοπητὸν εἰκόνα ἐπιρροσθεν pectori affixam, δικατίκιον tandem in eorum manibus nodis argenteis calamisque diversis conspicuum, σπιάδιον quoque ab aliis diversum; quibus aliud praemissis similius non video.

p. 17 v. 17. ἐκ δεξιῶν μέντοι] Iunius plane perverse pervertit, mutatis angelis in nuntios: quia enim summinus imaginum hostis erat, hanc angelorum imaginibus in scarano magni domestici gloriam invidit; itaque ex angelis *nuntios* fecit, quasi proximi ab imperatoria dignitate eum honorem suis nuntiis et ut vocant *brevigerulis* et *tabelariis* habuerint, ut eos sua in veste effigiarent et margaritis exornarent. observa hic morem addendi vestimentis non tantum imaginem imperatoris, sed et sanctorum angelorum. imo olim vulgo etiam variorum sanctorum et martyrum effigies suis vestibus appingebant, ut ex Asterii Amasei Homilia quadam constat. sacris vestibus sacras imagines addere usitatissimum erat; plurima huius rei exempla suppeditat Anastasius in Pontificum Vitis. in Leone III: fecit in ecclesia doctoris mundi b. Pauli apostoli tetravela holoserica alithina quattuor, et vestem super altare albam chrysoclavam, habentem historiam sanctae resurrectionis. et aliam vestem chrysoclavam, habentem historiam nativitatis domini et ss. innocentium. imo et aliam vestem Tyriam, habentem historiam caeci illuminati et resurrectionem. idem autem sanctissimus praesul fecit in basilica b. Mariae ad praesepe vestem albam chrysoclavam, habentem historiam sanctae resurrectionis. sed et aliam vestem in orbiculis chrysoclavis, habentem historias annuntiationis et ss. Ioachin et Annae. idem de eodem: in titulo Pammachii super altare ss. Ioannis et Pauli fecit vestem albam holosericam, ornatam in gyro de fundato, habentem historiam crucifixi ascensionis et pentecostes.

ib. v. 21. διβολέον] de simili bicolore Ducae tunica sermonem habet Nicetas Andronicus l. 2: τὸ σῶμα λωπίῳ διχρώμῳ συνεῖχε περὶ τὴν ἱερὴν κατεβαίνοντι, ἔκτοτε δὲ διαιρονυμένῳ διχῇ. alia lectio ponit φορῶν ἑούσιον σχιστὸν ἐκ χεωμάτων δύο. revocanda huc nonnulla ex positis nota superiore ad p. 17 v. 15.

p. 18 v. 6. τὰ ὑποδήματα τοῦ πανυπεροσεβάστον κίτρινα] ab Andronico Seniore inventa narrat Gregoras 7.28: ἔτειμήκει δὲ Ἱωάννην εὐθὺς καὶ τῷ τοῦ πανυπεροσεβάστον ἀξιώματι, δὲ νῦν καὶ αὐτῷ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν ἐνδοξότερον ἡ πρότερον εἶχε πολλῷ κατεστήσατο. ἐνδύμασι γὰρ καὶ πεδίλοις αὐτοῦ, δσα τὸν ἵππον αὐτοῦ κοσμεῖ,

κιρροῖς τοῖς ἀπασι χρῆσθαι πεχάρισται, ἵν' ἡ διασημότατος ἐν τοῖς περὶ τὸν βασιλέα εὐγενέσι.

p. 18 v. 10. ὑποϋέλιον] δικανίκιον protovestiarii aurifilio opere χρυσοῖκον, liquatoque viridi ad pigmentum metallo vitrum imitante ὑποϋέλιον, ac ideo viride simul ac aureum χρυσοπράσιον.

ibid. τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ πράσινον quibus attestatur Nicetas in Alexio Angelo, eidemque protovestiaro tentorium proprium concedit: οἱ βασιλέαρχοι τὸ νυντιρψαλοῦν στράτευμα τῇ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Ἰωάννου σκηνῇ φεῦγον ἐπικατέλαβον, ὡς καὶ τοῦτον θρονιθήνεντα ἔξαναστηναι. et infra: τὰ ἐν τῇ σκηνῇ διελόμενοι, ἐν οἷς ἦν καὶ τὰ βατράχα τὸ χρῶμα πέδιλα τοῦ πρωτοβεστιαρίου, ὅλην ἐκείνην τὴν νίντα ἐν μωκείᾳ καὶ γέλωτι τὰ Ῥωμαίων ἐπίθεσαν πράγματα. idem in Isaacio et Angelo F: ὁ πρωτοβεστιαρίος τὰ τοῦ πολλοῖς ἐτερόχρωμα παθυποδούμενος πέδιλα.

ibid. v. 17. βλάτινον] cod. Boicus βλατίον, aliis βλάτιον. saepe occurrit in hoc et in aliis posterioris aevi scriptoribus; nec quid sit, facile explicatu est. prius dicamus quid sit apud Latinos, deinde ad Graecos veniamus. Savaro in illud Sidonii l. 9 epist. 13: *rutilusque veste blattas*, id est purpuram. Paulus Diaconus in glossis: *blatta* genus purpureum vermis. et l. 10 cod. de Murilegulis. a qua

P 199 blatteae tunicae Capitolino et Vopisco, et *blatteus* color Isidoro l. 12 c. ult. et l. 29 c. 18, et *blattifer senatus*, hoc est purpureus, apud eundem Sidonum. Venantius Fortunatus l. 2 epigr. *Serica cui niveis agnata est blattea telis.* de purpura seu purpurea veste intelligi debere testis est Eutropius in Nerone, quia quod Suetonius ait, Neronem purpura cocoque funibus nexit, hoc Eutropius *blatteis* dixit. apud Lampridium in Heliogabalo *funes blatta et serico intorti*. unde *sericoblatteam* vestem accipiunt nonnulli eam quae purpurei coloris est et filis aureis variata l. 10 c. de Murilegulis. et l. c. Theod. eod. haec Browerus noster ad Venantium. apud Turonensem Histor. Franc. 2 38 *blattea tunica* sine dubio purpurea est. in historia Anastasii de Vitis Pontificum, in Paschali, habes *crucem de blattin*, *periclysin de blattin*; quae etiam in Leone III saepius invenies. ad distinctionem additur interdum *de blattin Byzanteo*, *de blattin Neapolitano*. de Leone III: *fecit vestem chrysoclabam ex blattin Byzanteo, habentem historiam nativitatis et S. Simeonis*. ubi materia a Byzantio nomen sortita innuitur. quid Graeci? Glossarium: *βλάτιον blatta*. Actuarius: *βλάττιον Βυζάντιον ὄστον τῆς ὁινὸς τῆς πορφυρᾶς*. *blatta Byzantia est os ex nasi purpurae*. saepe, inquit Glossarium, occurrit apud Codinum Nicetam Cedrenum. saepe occurrit, fateor: sed num semper ea quam ex Actuario affers, significatione? quare non exponis quid sit absolute *βλάττιον* et *βλάτινον*? apud Codinum certe non potest esse *os nasi purpurae*. nimirum antiquum tenes: abdita fugis, obvia et vulgaria plerumque sectaris. Theodosius Zygomalas Graecus in epistola quadam Turcograeciac inserta p. 99 *βλαττία χρυσᾶ καὶ ἔξαμετα*: ubi Crusius güldine stück und damast. Alexius Comnenus mittebat ex pacto Henrico IV regi et imperatori III, praeter plurimam pecuniam, ἐκατὸν βλαττία, ut

scribit Anna Comnena l. 3 Alexiad. Crusius interpretaretur *hundert guldine stück tuch*. posses etiam interpretari *centum purpureas vestes*. apud Codinum nostrum c. 4 habes *παβάδιον βλάτιον*. purpureum hic sine ullo incommodo reddere potes. eodem c. occurrit *βλάτιον*, ubi dicitur protosebasti pileus esse aurei et prasini coloris, *πλὴν τὸ σύμμα, οὐ τὸ βλάτιον*. Iunius, veruntamen *syrmate*, non autem *textu*, quia Iunio *βλάτιον* nihil aliud est, quam *opus textile*. quocirca ubique ubi mentio de blatio, ad textum et textrinam confugit. sed legendum l. c. *πλὴν τὸ σύμμα, τοῦτο βλάτιον, excepto syrmate: hoc enim purpureum est*. nam prioris scripturae nullus est sensus. eodem c. habes *λευκὸν βλάτιον. album telam reddit Iunius*. malo *album pannum*, ut *blation generatim sit pannus*, sed hoc loco *candidus*. mox ἐν τῶν συνήθως πολιτευομένων βλατίων, ubi *βλάτια* generatim *vestimentum* vertere potes. sensus enim est: cabbadium huius logothetae esse unum ex iis *vestibus* quae consueto more feruntur. rursus c. 17 erigitur anabathra, eamque tegunt et ornant διὰ βλατίων ἔρυθρῶν *rubris pannis*; ubi iterum *βλάτιον* pro *panno* usurpatum vides. Iunius vertit *bracteas rubras*: sed velis et peripetasmatis anabathrae indui vestirique solent, non bracteis et laminis. alibi p. 102 17 in triclinio imperatoris vestiunt anabathram *βλατίῳ ποντίῳ*. Iunius, *linteo coccino*: sed melius *panno coccineo*. c. 6 tenet imperator manu sinistra *βλάτιον πώδινον ἔουσός*: ubi *βλάτιον* est *volumen* sive *involutum* obligatum mantili. id ita esse, oculis inspicere potes in tribus imaginibus imperatorum initio Gregorae, et in numero Theodosii, quem tom. 3 de S. Cruce 1 14 vulgavimus. c. 4 habes *σπιάδιον βλάτιον διβολέον*.

De blatio ita Iunius: *βλάτιον, per syncopen pro βολάτιον, παρὰ τὸ βάλλειν, est tela seu textilis materia quaevis et opus textum, sive unicolor, sive διβολέος bilix et bicolor, sive τριβολέον trilix et tricolor, sive πολύμυτον multitium atque multicolor. atque hinc βλάτινος textilis. haec ille. sed unde habet iste suum βολάτιον a βάλλειν? ex quo scriptore? ex quo lexico? ex quo glossario? multo probabilius dicitur Graecos Latinam vocem *blattēam* in suam civitatem adscivisse; vel *βλάτιον* a *πλατύ* formasse, ut significet quicquid latum et expansum est. hinc *blattium auri, argenti, ferri, chartae*. nec sat scio an non hue itidem faciat Germanicum *blatt*, quo significamus *latum et extensum*.*

βλάτινον bombycinum. βλατίον autem pannus sericus, vestis bombycina est, quandoque plana rasaque, nonnunquam variis figuris delinata, nonnunquam auro intertexta. his locis auro non intelligitur coniugata, Choniatae in Alexio Comneno l. 3 ἀνεν τῶν βλατίων: nam alia lectio simpliciter habet *πλὴν τῶν σηρικῶν ὑμάτων praeter sericas texturas*, id est *bombycinos pannos*; Cedreni in Tiberio tertio: *στολὰς σωληναρὰς ἀπὸ βλατίων* (τ *geminat*) *ἄξεως, vestes canaliculatas violaceo serico confectas*; Codini paulo inferius τὰ συνήθως πολιτεύουσα βλατία scribentis: inter consuetos autem multitios vel textos pannos rasos plures a figuris nudi conspicuntur. his tamen aliis a Niceta scriptis auro

noscitur ornatum et intermixtum *βλατίον*. *βλατία* πολλὰ χωνᾶ, quae alia lectio reddit σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ: item μετὰ βλατίων χων-*σῶν*, alia lectio πέπλοις χρυσούγέσι. ubi legitur ἀμφόδονς ἐπίπλοις καὶ τάπησι διεπόμονν, alia lectio μετὰ βλατίων χωνσῶν. insuper τρυ-*φῶσα* ἔσθῆς quodam loco scribitur, quem alia lectio exponit βλατία χων-*σᾶ* καὶ ἔξαιμιτα καὶ ἔτερα βλατία. denique περιπόρφυρος πέπλος apud eum memoratur χωνσέους βλατίοις καὶ ἔξαιμιτοις πατάστιτος. de blatio Meursius nimis iejune, Gretserus ad satietatem, adversus Meursium et Junium: nos temperanter, ut eo prolatō confestim *purpureum pannum* menti non obiciendum suggereremus.

p. 18 v. 18. *ἔγκοπτον*] quos nimirum initio capitinis corruptius dixerat *ἴνοκοπητον*. vide notam in hoc caput ad p. 17 v. 11.

ibid. τοῦ δὲ δικαιοιὸν αὐτοῦ] protostratoris baculum memorat Gregoras 7. 14: ὃς καὶ τὴν πρωτοστρατοφιλὴν παρὰ βασιλέως ὑστερον παρ-ειληφὼς ἦν βασιηγόταν.

p. 19 v. 3. τοῦ μεγάλον λογοθέτον τὸ σπιάδιον] describitur accuratius a Gregora 6. 1 Muzalonis logothetae fungentis officio τὸ σπιάδιον. ἦν δὲ ὁ Μονάστρων τιμήν τινα ταύτην ἔχων ἔξαιρετον, μόνος τῶν πά-λαι τὸ ὄμοιον αὐτῷ προσιληφότων ἀξιώμα, καλύπτοντα φορεῖν ἐπὶ πε-φαλῆς χρυσοκοκκίνῳ κεναλυμμένην ἐνδύματι, ὅσον τὸ ἄνω καὶ πρὸς τὴν πυραμίδη τῆς ἐπιφάνειας σχῆμα, ἐν τούτῳ παραλλάττονταν μόνω τοῦ παραπλησίου εἶναι καθάπτας τῇ τῶν τῷ βασιλέως ἐγγόνων, δι τοῦ μῆ καὶ τὴν πάτω καὶ ποίητην ἐπιφάνειαν εἰχει κυκλίσοντος πεποικιλμένην χρυ-σοειδέσιν, ἀλλὰ λειαν τελέως. conferenda haec cum dictis huius et su-
perioris capititis nota prima. Castamonitae logothetae inusitata insignia describit Nicetas Isaaciū Angeli l. 3: προιένται γὰρ καὶ φάλαρα ὅξυβαρη αὐτῷ ἐνέδωκεν ἔχειν, τοῦ ἴεροῦ σχοινίδιατος ὅντι πρότερον, καὶ ἐφε-
στριγίδα τοιαύτην ἐν τῷ ἵππεύειν κεπήσθαι, καὶ διὰ βαρῆς ὄμοιας ἐπισημαίνεσθαι τοὺς τόμους τῶν δημοσίων λόγων καὶ τὰ γραμμάτια.

ib. v. 12. *βερίκοκοχροον*] malum Armeniacum Crispinus censet esse βερίκοκον, arbricot, vocis allusione deceptus, qua certius in errorem abductus fuisset si arbricoccoli Italicum in mentem revocasset. faveit Democritus Geopon. l. 10 apud Meursium: Ἀρμενιακὸν ἔστι τὸ βερίκοκον. suffragatur Simon Portius: βερίκων (corrupte) Armeniacum malum. Ἀρμενιακὸν μῆλον. obstat Suidas: κοκκύνηλα εἶδος ὄπωρῶν, τὰ παρ-
ῆντα λεγόμενα βερίκοκα. κοκκύνηλα vero sunt pruna, de quibus Dioscorides 1. 137 vel iuxta Matthioli editionem 174. βερίκοκα itaque *prana*, at non quaelibet, sed quae nascuntur in agro Damasco, δαμα-
σηνα proprie. ea vero sunt flammei coloris in album declinantis, cum ori matura manque nondum contacta rore nativo et levi picturae fuso resperguntur ad cutem, et sunt φλογόλευκα, et ut cum baphiariis Grae-
cis loquar, ἀσπροφεσπετια. uno verbo ipsa βερίκοκα sunt βερίκοκο-
χροα μέσα κοκκίνον καὶ λευκόν, quae Geopon. auctor hoc sensu ger-
mane vocaverit δαμασηνὰ βερίκοκα.

ib. v. 15. διαγελάστον] nonnulli principis imaginem ut arridentem et serena maiestate coruscant διαγέλαστον vocant. an non verius διαγέλα-
στον ceu risus et laetitiae in spectantibus causam? utrumque ridendum. τὸ διαγελάστον enim ad materiam νέλιον, non ad imperatorem βασιλέα referes. at cum ὑπονέλιον pigmentum metallicum sit, quod νέλιον quoque ob similitudinem cum vitro nuncupatur, διὰ νέλιον quoque, quasi διὰ νέλιον *ex vitro conflatum*, dici potuit. hinc δια-νέλιστον, et ob prolationis affinitatem διαγέλαστον (Portius enim ipse γερανίος vice ἡ-
ράνεος et γιαλί vice νέλι, quod est νέλιον, scribit) et tandem διαγέλα-
στον, ut iucundius quoddam et gratius ortum est.

p. 20 v. 1. τοῦτο βλαττὸν] ni iuxta Regium utrumque codicem οὐ τὸ βλαττὸν reposueris, locus corruptus et sensus perseverat imperfectus.
ib. v. 2. δικαιούσιον] virgam auream seu proprium insigne gerebat olim cura palati, qui europalates apud Cassiodorum Var. 75: illud quoque considera, qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus inter obsequia numerosa ante pedes regios primus videaris incedere, vel uti ipso testimonio vicinitatis nostrae agnoscamus tibi palatia commississe. at nil mentem occupat aut admirationem movet in principum curiis nisi quod novum, insuetum, aut facile potest oriri ac elabi.

ib. v. 14. χρυσάσπερον] ἀσπρος candidus est Graecis recentioribus; apud quos etiam argenteam monetam quinque vel sex minutorum denariorum pretii ἀσπρον ob candorem dictam audies: ea est quincunx Francicus, un blanc, piece de monnoye blanche, in quo suave sonans vox Gallica in sensu cum Graeca concordiam init, et ignorare mentis asperitatem, ἀσπρον quasi asperum ab asperis characteribus monetae inustis dictum contendentis, arguit.

p. 21 v. 2. συβαλταρέα subalterna, alternatim, alter sub altero; vox ex Latino vocabulo detorta.

Corrupta vox ἀπὸ τοῦ συμβάλλω committo, coniungo, commisco. calami ergo baculorum cum quidam tortiles essent, ἐντεντιγμένοι διὰ σχοινοπλοκίον, adeo ut funium opus imitarentur, alii λεῖοι laeves, ultimi tandem συμβάλλομενοι ex partibus ad invicem commissis et storearum more textis compositi συβαλταρέοι, tissus en natte, nuncupantur, qui clarius συμβάλλωτοι; quae vox mere Graeca cum subalternis vel alternatim uno videlicet sub altero positis nullam ex proposito, sed fortuitam affinitatem nacta est.

ib. v. 7. pro μέγας codex Boicus μαῦρος, quod Graecis nunc est nigrum. hinc Pontus Euxinus appellatur Maurothalassa, nigrum mare, Germanice das schwarze meer.

ib. v. 12. pro χρυσόλευκον cod. Boicus χρυσάσπερον: est enim nunc Graecis ἀσπρον album, et aspri nummi genus, et ἀσπρίζειν dealbare.

ib. v. 18. habes hic βλάττον, ubi manifeste ponitur pro lato spatio seu pro latitudine scaranici: das breite, τὸ πλατὺ τοῦ σκαρανίου. ibidem lego χρυσοκλαβαρικόν auriclavatum, non χρυσοκλαδάρικον, ut habet Iunius, qui cum aureo ramo seu ramusculo cumque pictis helicibus mirifice se oblectat. ibidem lego: ἐπὶ θρόνον χρυσοῦ ἀναβατὸν, in throno aureo sublimi, in quem per aliquos gradus ascenditur. lectionis vulgatae aptus sensus reddi nequit.

ib. v. 20. substantivum ἀναβατὸν fermentum est, quod eo turgeat infletur et ascendat massa. hinc azyma, sacrificii ritu Latino celebrati materiam, λειπανάβατα, quibus fermentum deest, vocitavere Graeci. adiectivum ἀναβατός throno annexum scansilem eum et elevatum, ut ἐν προκήφτει, de qua nos alibi, demonstrat.

p. 22 v. 5. ἐπιλόριον seu ἐπιλούριον et ἐπιλονφίκιον. viri docti, inquit Glossarium, id est Iunius, interpretantur praetextam vittatam loris. non debebant; nihil enim aliud est quam superula thoraci superindui solita. notavit hunc eundem errorem Iunii ante Glossarium Graeco-Barbarum Rigaltius in suo Glossario Tactico mixobarbaro. et quamvis, si verbum verbo velis reddere, potius sit superloricarium, hoc est ea vestis quae super loricam induitur, cum λώρι-

ιωρίκιον ιωρίκη λούρικον λονρίκιον sit ipsissima Latinorum *lorica*, latius tamen nomina haec hic usurpantur, nimurum absolute pro thorace: neque enim verisimile est, quando proceres in palatio temporibus pacis gestabant epilorica, simul etiam gestasse loricas. Tzetzes in Hesiodum: *χιτών καὶ φάρος ἐστὶ τὸ διεσχιμένον ἱμάτιον, ὃ καλοῦμεν ἐπιλώρικον.* ubi vides ab hoc auctore *epiloricum* vocari vestem discissam; qualis Germanis est *ein goller*.

p. 22 v. 5. *Ιωρίκιον* et *Ιωρίκιον lorica* est, pectoris et dorsi armatura. Theophanes: *ἔλαβον τὰ Ιωρίκια καὶ τὰς πασίδας αὐτῶν καὶ πάντα τὰ ἀρματα.* *ἐπιλώρικον militare sagum* est, castrensis tesseris iuxta turmas singulas discriminatum, ut milites internoscant duces, *Casque d'armes.* armis superinduitur iuxta etymum. Leo in Tacticis constit. 6, descriptis armaturae singulis partibus: *χοήσιμον ἔχει ἐπιλώρικα, ὅτε γείτα, ἐπενδυόμενα.* pars eius anterior a posteriore dissita est et libera; ac propterea διεσχιμένον *ἱμάτιον* vocat Tzetzes in Hesiodum. describit Nicetas in Manuele l. 6 regium huiusmodi sagum: *Θεωράμενος δὲ Γαβρᾶς ἦν εἰχε στολάδος ὃ βασιλεὺς τὴν χοιλὰν χολοβάσινον, οὐκ εὐσύμβολον τὸ χρῶμα τούτο, φροσίν, ὡς βασιλεῦ, ἀλλὰ καὶ λίαν κατὰ τὴν ὁραν τὸν πολέμου ταῖς ἀγαθαῖς τύχαις ἀντιπρᾶτο.* αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοὺς εἰδημένους βραχὺ καὶ βεβιασμένον μειδίσας, τὴν ἐπιθωράκιον στολὴν ἀποδὺς ἐκείνω δίδωσ πορφυρῷ καὶ χονσῷ διηνθισμένην. at non castrorum tantum et militiae, verum quoque pacis et curiae vestimentum est *ἐπιλώρικον*; unde et quodcunque huiusmodi, si modo scissum est et divisum, tale nomen sortitur. Tzetzes citatus: *φάρος ἐστὶ τὸ διεσχιμένον ἱμάτιον, ὃ καλοῦμεν ἐπιλώρικον, καὶ πᾶν τὸ οὔτω διεσχιμένον.* auctor quoque, cum placet, asserit hic geri. cum bellum est tantum et castrorum proprium, κλίβανον aut κλιβάνιον dictum reperies apud Leonem in Tacticis et Nicetam Graecobarbarum loco superiorius adducto: *ἴδων δὲ ὁ Γαβρᾶς καὶ τὸ ἐπάνω κλίβανον, ὃ ὁ βασιλεὺς ἐπάνω τῶν ἀρμάτων αὐτοῦ ἔργοι.* at de clibano alibi. cur ceterum auctor *ἐπιλώρικον*, alii vero *ἐπιλώρικον* scribant, expositum reperies superioris capitis nota ad p. 14 v. 9.

ib. v. 7. *τοῦ μεγάλου ἐταιριάρχον*] hunc quoque cingulo militari (pretioso utique et conspicuo) donatum suggerit Nicetas in Alexio Manueли F: *καὶ τὴν τῆς ἐταιριαρχίας ζώνην ἔχειν.*

ib. v. 9. *χεισοηράνων*] aurei glaucique coloris intermixtum.

ib. v. 17. *φακεωλίς*, et infra c. 6 *φακεώλιον*, scribitur etiam *φακεόλιον* et *φακιόλιον*. Iunius ubique vertit *tiaram*. in scholiis tamen verum attigisse videtur, cum ait esse *tegmen capitinis speciosum*, et quasi *in fasces complicato linteo*, quali hoc tempore Turcae uti solent. Leunclavius in Onomastico: *tulbant et tulpan et tulipant, lineum capitinis involucrum Turicum, quod Graeci recentiores φακόλιον dixerunt veluti fasciolam aut fasciam.* originem videtur habere ab Italica voce *facciolo*, cuius et diminutivo *facioletto* utimur; quae sunt ex *facciola* facta. haec ille. Iunius etiam ab Italicis *fazzolo* et *fazzoletto* deducit. forsitan erit qui repetat originem a Germanico *fatzinette*, pro sudario seu strophiolo. quod autem Codinus dicit *phaceolum* a Medis acceptum esse, id de re, non de nomine intelligi debet. porro, ut et hoc obiter notemus, gestamen illud *Turicum*, quod Germani vocant *turbant*, descendere videtur ex *tegmine* illo *capitis* quod Graeci ap-

pellant κορυφάντιον seu κορυβάντιον. quam facile enim ex corbant nascitur turbant!

p. 22 v. 14. φακεωλίδα explicitant quidem eruditus Meursius et pressim eius vestigia secutus Gretserus, at non lucide. lumen eorum dictis adhibeo. φακεωλίς (scribunt alii φακέόλιον, φακέλιον, φακόλιον et φακείλιον) taenia est et fascia longior ex lino maxime. Palladius in Lausiacis: οὐκ ὁδόνην ἐφόρεσεν ἐπτὸς φακελίον, linteum tulit nullum praeter mantel oblongius. hinc stolam candidam collo sacerdotum circumpositam et a pectori pendente (quam cum pileo, ceu Batavus theologus, confundit Meursius) significat apud Germanum in Mystagogia (prava dixit idem Hist. Eccles.): τὸ πετραχήλιον ἔστι τὸ φακεώλιον μεθ' οὐ ἐπερέστο ὁ Χριστὸς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεδεμένος καὶ συρόμενος ἐμπροσθεν. stola sacerdotalis lorum est (funem dicere nequeo) quo vincus et in anteriora tractus Christus deducebatur. cidarim tamen sive tiaram capiti impositum, si ab inferiori parte circumcingat et involvat, Turcicum pileum turba de vulgo dictum componit; ac propterea rogatus a me de phaceolide Coresius Chiensis rescripsit: φακεωλίς tiara est et militum pileus, proprie, inquam, capitis καλύπτρα, Turcicae persimilis, qua caput velut zona vel cingulo circumcingitur. argute militum scripsit proprium. Turcarum nempe proceres duplum habent pileum, hunc paci, illum militiae accommodum: ille angustior, latior et nonnunquam sine plenis vel panno revoluto, laevis et expansus, qui nusquam φακεωλίς audiatur; strictior et multo brevior hic, at semper in fasces complicato linteo caput involvit. ex quo illud Achmetis c. 226 a Meursio relatum sic expones. ἐὰν δη τις φακεώλιον, τῶν ἡγεμονῶν στρατηγικὸν μήγιστον, ἀναλόγως τοῦ τῆς ἐκ μήκους κυκλωσεως τοῦ φακεωλίον. maiorem nimurum, quo pro quantitate longius circa caput φακεωλίς circumducetur. pileos et involucra eiusmodi capitibus equorum a victoribus Francis, capta Cpoli, imposita deflet Nicetas circa calcem historiae: τὰς ἀγνιὰς περιηγεῖν, καὶ τὰς ὁδονοσκεπεῖς περικρανίους καλύπτρας τὰς κορύφας τῶν ὄχημάτων περιτιθέντες, καὶ τὰ κατὰ νάτου κεχυμένα λευκόλινα ταῖς ἵππεισις γέννουσιν αὐτῶν περιδίστες, ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς πόλεως ἐξιππάζοντο. ex puro lino non fuisse phaceolides, sed auro in-texto ditatas, conicio ex eiusdem loci lectione Graecobarbara: τὰ χρυσοῦντα σεντόνια, σάβανα καὶ ποστόφια. προσώφιον linteum quadratum est ulnae cum media longitudinis, a mulieribus luctum ducentibus capiti impositum, tunc senatorum humeris praecipuum ornamentum.

ib. v. 16. ἀπωτοασημορήτης] scribitur etiam πρωτοασημορήτης, πρωτοσημορήτης, et extra compositionem ἀσημορήτης, ἀσημορήτης. nomen ex Latio in Graeciam translatum, dignitatis palatinæ index, et quidem multo maioris quam habeat is quem nos primum secretarium seu primum a secretis nominamus. est enim iste primus in secreto seu senatu (σένατον Graeci appellant), tam ut locum ubi senatus cogitur, quam ut ipsum coetum seu concilium senatorum significat. et σενατεῖκοι sunt secretorum ministri, qui secretariis, hoc P 201 est senatoribus, a manu erant; tametsi secretarius Graecis itidem saepius est quem Latini hoc nomine denotant, nempe scriba, actuarius. Evagr. l. 2: ἀνέγνω Κωνσταντῖνος σενατάριος ἀπὸ χέδους. illud observatione dignum est, Latinos Graecorum imitatione scripsisse et usurpasse voculam asecretæ, ut videre est l. 4 c. 19 eius operis quod' Carolo Magno perperam attribuitur; ubi est Leontius

asecreta. apud Hincmarum epist. 3 c. 16 habes *asecretis*, quod olim summi cancellarii nomen fuisse ait.

Addamus et hoc propter cognitionem. *σιλεντιάρης* et *σιλεντιάριος* crebro occurunt in Graecorum libris, ut et *σιλέντιον*. duplices statuit Glossarium, alteros minores, quorum munus fuerit populo silentium indicere, et ut silentium teneretur sedulo curare, alteros maiores, quippe senatores: ut enim a *secreto* dicebantur *secretarii*, sic a *silentio silentiarii* audiebant: nam quia senatores secreta tegere debebant et silere de rebus in senatu actis, ideo *secretarii* et *silentiarii* nomen eis adhaesit; quamvis *silentium* dicebatur etiam oratio quam in *silentio*, hoc est in senatu, initio quadragesimae imperator habebat. Zonaras Leonem philosophum imperatorem adeo iliacis doloribus vexatum esse commemorat ut nequiverit habere in senatu περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἥπερ οὐδεται *σιλέντιον*. Cedrenus: *σιλέντιον γενομένου congregato senatu*. Miscella historia in Leone: *silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas*. nec Graeci his contenti fuerunt: etiam suas in chartas transtulerunt haec mere Latina nomina *σένατον*, sive *σίνατον*, *σενάτωρ*, *σινάτωρ*, *σηνάτωρ*. vide Glossar. Graeco-Barb.

p. 22 v. 19. Retinui nomina *blateus* et *blatina* et *trullae*, quia aptiora non occurrebant: nam quae Iunius adfert de *lura* et *lora*, non unius assis aestimo; adeo sunt frivola. Codinus *trullae* nomine intelligit pilei summam partem, qua clauditur et quasi concameratur: est enim *trulla* seu *trullon* seu *trullos* fornix sive concameratio, ut patet ex Codino l. de Originib. Copolitanis, ubi agit de trulla magnae ecclesiae constructa a Iustiniano et reparata a Iustino. hinc etiam *synodus Trullana* seu in *Trullo*, quia habita est in secretario palatii, quod *trullatum*, ut sic dicam, seu concameratum erat. verbo τρουλλοῦσθαι, pro *trullam* *aedicare*, utitur Codinus l. c.

τρούλαν sive τρούλλαν et τρούλλον concameratum opus referre nullus ignorat. eam ob rem pilei, qua clauditur et quasi concameratur, non modo summam partem τρούλα significat, sed totum pileum, qui totus τρούλα; cuius descriptionem satis ample posuimus capitis superioris notis prima et secunda; ἀνέque in secunda memoratus, est qui dicitur in praesenti ἄρχον τὸν σκιαδίον, γῆρας τῆς τρούλης.

p. 23 v. 11. sqq. Variant hic codices Boici, ut notavi olim in notis ad Codinum. sed res tanti non est; vulgata lectio proba mihi.

p. 24 v. 1. *siromasten]* Iunius non recte interpretatur *ferream clavam*, ut patet ex c. 25 Numerorum, ubi scriptura de Phinees: καὶ λαβὼν σειρομάστην ἐν τῇ χειρὶ etc. καὶ ἀπεκέντησεν ἀμφοτέρους, τὸν τε ἀνθρώπουν τὸν Ἰσραὴλίτην καὶ τὴν γυναικαν διὰ τῆς μῆτρας αὐτῆς. non ergo fuit clava, sed vel iaculum vel hasta. hinc Aquila vertit κοντόν, Symmachus δόγν. vulgata editio: *arrepto pugione confudit ambos*. notavit hunc Iunii errorem Rigalius in Glossar. v. *siromastes*. apud Cedrenum p. 700 Leo Melissenus increpat fra-

trem Theognostum, ne imperatori maledicat; non obtemperanti imposuit aliquot plagas seu ictus, τὸν σειρομάστην ἔντείνας. S. Hieronymus epist. 53: *legi enim siromasten Phinees, austoritatem Helliae; ubi et ipse pro hastu videtur siromasten accipere. Ioseph. antiq. 46 vertit romphueam: παιων τῇ δουμφαιᾳ ἀπέκτεινε.* Hesychius ait σειρομάστην esse εἶδος λόγχης. S. Hier. in c. 2 Malach. interpretatur σειρομάστην pugionem, ut et Num. 25. at 3 Reg. 18 et l. 4 c. 11 hastam. Suidas σειρομάστης εἶδος ἀκοντίου, λόγχη. Ioannes Tzetzes: πολλοὶ μὲν τὸ ἀπόντιον καλοῦσι σειρομάστην, ὥσπερ καὶ τῇ Φινέες νοεῖται ἴστορίᾳ etc. κυρίως δὲ σιδηριον τῶν τελωνῶν ὑπάρχει, ὡς μέγας ὄβελίσκος τις ὁ πλήγτοντες τοὺς σάκχους τὰ πλευτοτελωνούμενα νοοῦσι καὶ πρατοῦσιν. videtur omnium commodissime verti apud Cypripalatam telum seu pugio, quandoquidem siromastes ferebatur a magno tzausio ex sinistra parte zonae. ait Codinus hunc siromasten vulgo vocari salibam. Leo Imp. Constit. 7: εἰς τὸ ρίψαι μηρόθεν ὅππάριον καὶ ματζούραθουλον, ὅπερ λέγεται τὸν σαλίβα η καὶ τζηρούριον. Glossarium scribit μαρτζούραθουλον. Anonymus de bello sacro: σαλίβας εἶχον τοντοκιάς. Iunius dicit σαλίβαν esse vocem Arabicam. at quomodo scit esse Arabicam, cum nesciat quid significet? non enim est militaris clava, ut ante diximus.

P 202

Indicant qui Meursium sequuntur, at non attingunt vocis huius sensum. siromaste siromasten exploro, et velut κλεπτοτελωνούμενον in obscuris Tzetzis carminibus (Chil. 13 tit. 492) νοῶ καὶ πρατῶ. mercatoribus ex Oriente merces exportantibus non prius licet eas in naves congerere vel e portu abducere, quam vectigalibus colligendis praefecti sagmas omnes et vasa examinent, ne pretiosiores vel exportari prohibitas sub vilioribus et licitis occultent illi, ut ita vel de vectigalium pretio defraudent vel principi legem ferenti subtilius illudant. explorant itaque publicani sagmas et strues sarcinarias, et colligatas quantumvis strictissime vel tenacissime iunctas longo acutoque ferro perfodiunt, et sensu duce experientiaque magistra, quod ipse visu sum expertus, num serica fila verbi causa sub gossipinis vel metallis sub cerae massa lateant, inquirunt et deprehendunt; ut fraude comperta multa pecunaria vel verberibus dolorum artifices puniantur, ac regio iure detineantur merces et addicantur fisco. verutum autem illud longius et acutius, ex aliqua cum pugione telo hasta similitudine, σειρομάστης vel σειρομάστης audit: quia vero praecepitem mercatorum in exportandis mercibus diligentiam reprimit et fraudes coeret, σαλίβαν vel σαλίραι vulgus appellat, frenum videlet. hisce perspectis nil difficultatis remanet in Tzette absque interpretatione a Rigaltio Meursio et Gretsero, relato, nil obscuritatis in Hesychio, nil quod moram faciat in Codino. Hesychius: σειρομάστης σκεῦός τι σιδηροῦν, ὅπερ οἱ τελῶναι πρὸς ἔρενναν ἔχοντι, λαβὴν ἔυλινην ἔχον. cur illud in zona gerat tzausius, alibi discutimus.

p. 24 v. 11. ἀμηράλιος et ἀμηράλης. praefectus maris, ex Arabicō *amira* seu *amirus*, inquit Iunius, et Graeco ἄλιος *marinus*. credit qui volet: ego assensum cohibeo. transiit vox haec ad Gallos Italos et alios, quibus *admiral* est praefectus maris seu thalassiarthus. quod nomen sive absolute pro principe gentis sive pro praefecto maris accipiatur, mirifice a Latinis scriptoribus variatur; ut ostendi

tom. 3 de S. Cruce c. 12. ἀμηρᾶς princeps est, usitatum nomen apud Mahometanos Arabes, ut et ἀμηρᾶς, quamvis et hoc sub amera minores duces denotet. Siegerius in Chronico: *in regno Saracenorum quatuor praetores statuit, qui amiraei vocabantur, ipse vero amiras vocabatur vel protosymbolus.*

p. 24 v. 12. ἐπὶ τῶν δεήσεων] ita omnino legendum; et illud ἐπὶ τῶν δικάσεων procul relegandum.

p. 25 v. 1. χειρόστιον] Simon Portius Chirotheca χερόκτι, χερόστι, χειρόστη. ἔγχείοιν διεσχισμένην εἰς δάκτυλον vocavit Nicetas in Alexio Commeno l. 3: ή δ' αὐτὴ καὶ δορὰν χρυσόπαστον ἔγχείοιν ἔχονσα, διεσχισμένην ἐς δάκτυλον, κονητίναν εἶχεν ὅρνιθα, καὶ ἔξιοῦσα πρὸς θήραν ἐπεκλωτέ τε καὶ ἐπεδώντε. vulgaris textus habet: ή δ' αὐτῇ τῷ χειρόστιον χρυσόπαστον ἔχονσα, διεσχισμένην εἰς δάκτυλον, κονητίναν εἶχεν ὅρνιθα. carpit his verbis Nicetas indecens imperatricis factum: probrum tamen quo eam, velut aves ipsa, populus insectabatur, non advertit interpres Nicetae. locum ne ignoretur adduco: relatum antecedit proxime. ἔνοι δὲ τῶν ἀγοραῖον καὶ τὰ μιμῆλα τῶν πτηνῶν, καὶ ὅσα η φύσις ἐστόμωσε πρὸς μονσονγίαν, ἀεὶ μίαν ὑποβάλλοντες μάθησαν, καὶ ταῦτην κοινόλεπτον, ἄδειν ἐπὶ στενωπῶν καὶ τριόδων "πολιτικὴ τὸ δίλαιον" ἔξεπαιδευσαν. edocuerunt ut canerent, meretrix pretium: subintelliges, exige prostituti corporis. vertit interpres inepte: politica iustitiam, πολιτικὴν siquidem vocant hodierni meretricem seu tota urbe publice expositam ac toti curiae ob corporis prostibulum notam, Galli courtisanne. δίλαιον id est quod auctor non uno loco vocat δικαίωμα, pretium iure reddendum.

ib. v. 8. pro χαρτίον legendum videtur χάσδιον, quae vox vestem ex pilis vel villis confectam denotat. est et χασείδιον apud Achmetem Oniropolam c. 220, ubi invenies χασείδια ἀπ' ἔριον. in Synodo Florentina: sedebat in equo pulcherrimo, nigro, καὶ εὐτρεπισμένου μετ' ἔρυθρον καὶ χρυσούφραντον χασδίον, qui ornatus erat rubro et aureis filis infecto tegumento; ut proinde locus iste Codini ita reddendus videatur: scaranicum eius indutum seu suffultum est panno ex pilis seu lana confecto.

χασδίον villosum sericum. vocem refert concilii Florentini textus Graecus, verum ab interprete omissam: ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκαθέξετο ἐφ' ἵππον ὡραιοτάτον μέλανος καὶ εὐτρεπισμένον μετὰ ἔρυθρον καὶ χρυσούφραντον χασδίον. insidebat imperator equo pulcherrimo nigro, qui purpureo et auro texto bombyce heteromallo constratus erat. interpres: qui purpureo aureoq[ue] intertexto constratus erat tegumento. nihil melius qui posuit ornatus erat rubro et aureis filis infecto tegumento. pessime omnium qui χάσδιον pannum ex pilis seu lana confectum putat, et ἐνδεδυμένον suffultum vertit.

ib. v. 10. χρυσοῦν ἥ ἀργυροῦν πετάλιον χωραφικόν aurum vel argentum foliatum, subtilibus nimirum bracteolis operi pictorio tenuatum.

ib. v. 15. φωσσάτον] scribitur etiam φοσσάτον, a fossa. proprie significat castra fossis munita, item exercitum ipsum. Moschopulus: φοσσάτον ὁ στρατός. hinc φοσσατεύειν sive φουσατεύειν exercitum ducere, et φοσσατικῶς instar exercitus. inde etiam translatum est, praesertim a Latinis, ad fossas quascunque munitionis

causa factas. Robertus de Monte in Chronico: *rex Henricus fecit fossata alta et lata inter Franciam et Normanniam ad praedones arcendos.* Andreas presbyter in Chronico Bavarico: *Ratisponae a porta S. Petri usque portam occidentalem fossatum exterius (der stadtgraben) in toto perficitur.* invenies itidem φουσσάτον et φουσάτον. quin et simplex vocabulum fossa suum fecere; et φουσσάν fodere, fossam facere. eadem notione usurpant σέδετον, pro castris scilicet. Suidas: σέδετον τὸ φουσσάτον. ab eadem notione est ἀπληγιτον (significat enim castra) et ἀπληγεύειν, ex Latino applicare, castra metari. vide Rigaltium in suo Mixobarbaro et Meursium in suo Graeco-Barbaro Glossario.

p. 25 v. 17. *praefectus alogii*] non satis mirari possum quid Iunio in mentem venerit, ut vocem ἄλογον ab Hebraea halac (quod est ire) deduxerit, cum luce clarius sit ἄλογον esse vocem Graecam, quasi dicas *irrationale*; quo nomine recentiores Graeci equos significant. Anonymus apud Rigaltium: ἄλογα ζῶα νωτοφόρα, ὀχθοφόρα. et absolute pro equis invenies apud Mauricum Leonem et alios. itaque Iunianum halocum ablegetur ad nuntium seu viatorem, quem, ut lunius inquit, Turcae appellant hulac.

ib. v. 21. *matzuca* Iunio est clava, ex Italico *Massa* vel potius Gallico *Massue*, ut inquit. scribitur etiam ματζούνιον. ibidem στηλείον accipio pro conto seu hastili matzucae, *der stiel*; in cuius vertice erat βοντίον, butta, cupa seu cupella. scribitur quoque βοντέον seu, ut Rigalius, βούντιον, βούντη, βούντιον, βούντης; quae non tantum cupam seu cupellam, sed ipsa etiam integra vasa vinaria significant, ut te in Glossariis suis auctorum testimonii docebunt P 203 Rigalius Meursius et Casaubonus ad Capitolinum et Flavium Vopiscum p. 412, 522. Germanis inde venit *button*, de vase dorsuario, quo uvae iam a vindemiatoribus resectae per destinatos ad id homines colliguntur et ad torcular deferuntur, quanquam *buttas* itidem vocant alia dorsalia instrumenta, ad similitudinem vinarii illius facta. quid? quod Graeci cupam quoque in suam linguam transtulerunt, ποῦνα. adfertur etiam βοντίον, butina pro lagena. butto sacrae supellectili adiungitur ab Anastasio in Leone IV: *oblulit in basilica b. Petri apostoli buttonem de argento purissimo.* igitur, ut hinc abeamus, *contus* dicanicii protalogatoris habebat in vertice βοντίον, id nimurum quod Germani dicunt *ein küpplein*. verum haec omnia eversum it Meursius, qui in Glossario v. βονλλίον affirmat legendum non βοντίον sed βονλλίον, quod est *orbiculus*, *circulus*. sed cum hoc sine illius ms codicis auctoritate asserat, non est cur nostrae lectionis, quae calamo exaratis exemplaribus fulcitur, nos aut poeniteat aut pigeat, nisi quis malit legere τοντίον *flammulum* a tupha seu tufa. Suidas: στειλεῖος τὸ τῆς ἀξίνης ξύλον etc. *stiel an der axt.* et forte hic etiam scribendum στειλεῖος, non στηλεῖος.

ibid. ἡν̄ ιδιωτικῶς καλοῦσι ματζούνια] ita est: *clava* ιδιωτικῶς et vulgo ματζούνια, et ut eruditus Gretserus, e Gallico *massue*, vo-

catur: at non *λόιωτική* et vulgaris *clava* est haec πρωταλογάρος ματζούνα, sed honoraria, eaque capitata virga, quam apparitores seu accessi gestant ante principes cardinales rectores, in potestatis symbolum et excellentiae argumentum, *la masse*; unde et ipsi *clavati apparitores* et *clavigeri accessi* nuncupati. nil itaque hic ad propositum castrense ματζούνιον, de quo Rigaltius et Meursius, qui ματζούνην et ματζούνανην Theodori cuiusdam cognomen apud Nicetam in Manuelis l. 7 cum appellativa hac dictione temere confundit. ad rem. virgae huius capitatae manubrium scribitur correcte στελεός, quod columellam imitetur, quamvis apud Crispinum securis manubrium στελείος, στελεός, στελεόν, στελεόν et στελεά scribatur. βοντίον εἰς τὸ ἄκρον quid sit inquirendum: *buttae* enim et *cupae*, ac *integra* quoque *vasa vinaria*, de quibus Gretserus Meursius Rigaltius, ab hoc insigni removenda. an vero βοντίον quasi φοντίον diminutivum φοντας, cuius inter varias capitatis praecedentis lectiones est mentio, cuius idem est ac τούρας sensus, ita ut caput et apicem claviculae istius crassiorem et extremum nodum significet? an iterum βοντίον, quod nodus ille oblongior *buttam* et *vegetem* sua figura imitetur? an denique βοντίον non in claviculae superiori vertice sed in imo extremo inspiciendum, ita ut velut os in acetabulo, imum illud manubrium ἐν βοντίῳ ceu in craterculo et cupella includatur, quo et firmius teneatur et ei, quod panno coccineo superindutum sit, ornatum auro addito crescat? minus displicebit indutum illud manubrium, si summa in parte caput deauratum, in ima craterulum hunc proferat, In media tandem δέμα όμοιας πεζονοσωμένον, non ligamentum quodlibet sed vinculum, sive laminam auratam illud ornate ambientem ostentet. βοντίσειν porro est *immergere* vel *immitere*, videlicet in rem profundam; ac propterea acetabulum aureum, cui commissa fuerit extrema claviculae pars, βοντίον non immerito nomen assequetur.

p. 26 v. 8. χονσαφίον] Simon Portius: χονσάφι vice χονσάφιον, χονσάφι, χονσίον, χονσός, aurum. Meursius corruptissime legit χονσάφη, nusquam usitatum. dicitur χονσάφι *filum aureum*, et aurum quodcumque alteri rei additum, quasi χονσαπτόν; quod hic etiamnum clarissime deprehenditur.

ib. v. 11 sqq. mirum est quomodo Iunius hic βεστιάριον interpretatus sit *vestibulum*, et τὸν πρωτοβεστιαρίτην principem vestibili. errant viri docti, id est Iunius, ut ait Meursius, qui ita interpretantur; ubi iterum Iunianum delirium viris doctis adscribitur. sed quid vestiarium? Suidas: βεστιάριον παρὰ Ρωμαῖοις τόπος ἔνθα η ἀναγκαῖα ἀπόκειται ἐσθῆς. Moschopulus: βέστια παρὰ Ρωμαῖοις ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυριώς, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. dicebatur vestiarii praeses etiam *abestarius*; et vestiarium generalius ταμιεῖον βασιλικόν, aerarium imperatorium, apud Choniatem, citante Rigaltio.

p. 27 v. 1. Tzangratorum (ita ubique scribendum, non *tzangatores*) a tzangris, arcus cuiusdam genere, ut ex Cantacuzeno liquet l. 1, ubi de machina quadam bellica agens dicit in quolibet παταστρωματι eius (erant autem quinque) fuisse octo τῶν ἐκ τόξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων τζαγγρῶν ἀφιέντων βέλη. ibidem: καὶ τῶν ἀπὸ τῶν τζαγγρῶν ἀφιεμένων βελῶν. male ergo Iunius p. 313 facit ex tzangratoribus *miles spatharios*, cum fuerint sagittarii et arcitegentes. male etiam nomen ipsum deducit a voce orientali *saga*, quae,

ut inquit, *significal copiam, densum et confertum esse. nimirum, quoties Iunius non habet quod dicat, ex Oriente dicendi occasionem quaerit. quanto verisimilius deduceret ab Germanico zangen?*

p. 27 v. 3. *τῶν μονητάτων*] originem huius nominis non explicant auctores.

ib. v. 5. τῶν τζακόνων] nomen hoc ex Hebraea lingua deducit Iunius in schol. p. 304, quicquid dicat Gregoras l. 4 hist. Byzantinae, qui quos veteres vocabant *Laconas*, a recentioribus istis Graecis *Tzaconas* appellatos scribit, exigua eaque quotidiana literarum immutatione. nec absterretur Iunius, quamvis hodie quoque regio Peloponnesi, olim Laconia, dicatur Tzaconia, et incolae (Pandect. Turc. p. 30 et Turcogr. l. 7 p. 489) Zaones seu Tzacones; valdeque usitata sit Graecis recentioribus literarum TZ in aliarum locum substitutio; hinc *τζακίζω* pro *λακίζω, lacero, rumpo*. quare qui Tzacones ab Hebraeo *tzuck* potius quam a veteri Laconum appellatione dictos existimat, is cur non quidvis sibi persuadeat causam dicere non potest.

ib. v. 13. Orientalium thematum] exstat libellus Constantini Porphyrogeniti περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν; quem Graece et Latine edidit Vulcanius Batavus, notisque illustravit; in queis, praeter caetera: *varias esse τοῦ θέματος significaciones nemo ignorat. glossae veteres interdum interpretantur θέμα positionem, casum. interdum θέμα τοῦ ἀνθρώπου constellationem, quod idem est ac positio. interdum legio τάξις, θέμα. ex qua liquet θέμα idem esse quod τάξιν vel τάγμα, P 204 hoc est legionem. Justinianus imperator in Novellis plerumque haec τάγματα vocat στρατιωτικοὺς καταλόγους. subiungit: quo fit ut Hier. Wolfio non assentiar, qui θέματα provincias vertit in Zonara; ut nec Enimundo Bonifadio, et doctori innominato, cui id acceptum fert, qui annotationibus suis in ius Orientale locum illum ex constitutione Isaacii Comneni, καὶ ἡ σύμφωνος κατάθεσις τῶν ὅλων θεματικῶν παρέστησε τῇ βασιλείᾳ μου, interpretatur θεματικῶν provincialium; quos ego potius legionarios verterim. inter τάγματα vero sive legiones et θέματα hoc tantum est differentiae, quod illa florente imperio Romano ut iustae legiones ita dictae fuerunt, quae postea imminuto truncatoque Heraclii temporibus eodem imperio θεμάτων appellationem, desciscentibus a veteri amplitudine legionibus, sint consecuta. quod ipsum testatur hic noster dicens: ἀλλὰ πρώην καὶ πατ' ἀρχὰς τάγματά τινα καὶ λεγεῶνες ὑπῆρχον ἀναγεγραμμέναι κατ' ξθρος. e quibus legionibus recenset legionem 40 martyrum, de quibus Basilios: οὗτοι ἥλικας ἄνηρ καὶ δυνάμει τῶν καθ' ἐαυτοὺς πάντων διενεγκόντες εἰς τοὺς στρατιωτικοὺς τελεῖν ἐτάχθησαν καταλόγους, hoc est, ut vertit Budaeus, in cohortes et numeros legionum allicti sunt. apud Cedrenum p. 466 in Copronymo accipitur θέμα pro praefectura, ein pfleg: τοὺς ὑπὸ θέμα τῶν Θρακησίων ὄντας. paulo post, ὥστε ἐν ὅλῳ τῷ ὑπ' αὐτὸν θέματι. edidit Fridericus Morellus professor Parisiensis, libellum Graeco-Latinum de Occidentalibus Thematibus.*

p. 27 v. 16. magni myrtitiae] Iunius murtatos et myrtitam ab Hebraeo repetit, eadam felicitate qua tzacones ex iisdem cunabulis educit. at quis myrtitiae? audiamus Glossarium. *viri docti*, id est Iunius, putant fuisse magnum praefectum τῶν μοναράτων, de quibus paulo ante diximus. sed falluntur: nam in eodem Codino est p. 43 v. 5 τὸ τοῦ μεγάλου μυρταῖτου ὑπηρέτημα ἀνεπίγνωστόν ἐστι. imo praefectus eorum στρατοπεδάρχης dicebatur. idem Codinus p. 27 v. 3: τὰ τοῦ στρατοπεδάρχου τῶν μοναράτων, ολα τὰ τοῦ στρατοπεδάρχου τῶν τζαγγαρόφων. iterum: καὶ ὁ τῶν μοναράτων στρατοπεδάρχης ὄμοιώς. itaque de eorum errore satis liquet. haec Glossariographus in Iunium.

ib. v. 18. γαμματίζον] retorta in transversum baculi extremitate in rectum angulum, litera Γ et δικανίου γαμματίζον eluet. sunt et pontificum φενάλια γαμματίζοντα casulae, ut ita dicam, gammatae, illae nimirum quae gammatae quaternariis crucem componentibus totae resperguntur, $\frac{IL}{T\Gamma}$, ex quo πολυστανόταν sortiuntur appellationem, quam Ludovici Adeodati regii nummi promerentur, et litera L nomini suo sacra, quater ac semper diversimode picta, crucem, insigne Christi γαμματίζον, oculis obiiciunt. στιχάριον διὰ γαμμάτων in meditatione de Patriarcharum privilegiis apud Balsamonem lectum hinc patet. constare etiam potest γράμματα, de quibus Balsamon idem ad 27 canonem Trullanum, cum gammatis non esse confundenda: haec enim nonnisi tertiae uniusque litterae figuram, alia quamlibet opere Phrygionico vel penicillo delineandam denotant.

C A P U T VI.

p. 28 v. 6. οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχονταν] quod alibi dictum, hic observandum rursus: aliud ὄφρινον, aliud ἀξιώματα. hoc dignitas est solummodo, et honorem promeretur: illud obsequium praestat, et mercedem stipendumque requirit. despota, sebastocrator et Caesar nullo munere funguntur, quia non ὄφρινον sed ἀξιώματα honoris ultimis temporibus gaudebant; unde ἀξιωματινοὶ sincerius quam ὄφρινοι censendi. ex mss regiis unum ἀξιώματα ἀπὸ τῶν ὄφρινών manifesto dividit, et illa quidem esse despotae sebastocratoris Caesaris panhypersebasti et protovestiarii, quod sum miratus, asserit; sub domestico reliqua inter officia recenset.

ib. v. 7. ἡγεμονίαν] bellicam praefecturam interpreter: officii etenim alicuius onus principibus huiuscmodi impositum nusquam affirmaveris. Leo const. Tact. 4: στρατηγὸς τοίνυν προσαγορεύεται ὁ τοῦ παντὸς στρατοῦ πολυφαῖος τε καὶ ἡγεμών.

ib. v. 11. ὁ πανυπερσέβαστος οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει] est enim honoris, non ministerii, titulus ab Alexio Comneno adinventus.

ib. v. 12. ὁσπερ ὁ μέγας δομέστικος] exstat praeclarum huiusce loci non adeo testimonium quam commentarium apud Nicetam in Manuele Comneno l. 2, ubi copiosa classe navium hominum armorum victuum de-

scripta οὗτω τοίνυν inquit, καὶ ὡς φέτο παλᾶς, τὰ κατὰ τὸν Σικελίην πόλεμον παρασκευασάμενον ἀνάγεσθαι μὲν πελεύσι τὸν στόλον τοῖς ἔρεταις καὶ πελευσταῖς λύσαι τὰ παρχήσια, μέγαν δοῦναν προβαλόμενος τὸν ἐπ' ἀδελφῆ γαμβρὸν τὸν Κοντοστέφανον Στέφανον, ἀπαίσειν δὲ καὶ τὴν πεζὴν στρατιὰν ὑπ' ἀρχηγοῖς ἐτέροις, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἰωάννην τῷ Ἀξούχῳ τῷ μεγάλῳ δομεστικῷ.

p. 28. v. 15. Flammulum sive crucem etc. ἢ τὸ τοῦ στρατοῦ μετὰ πνηρούλων. Iunius: *aut exercitus flammrum cum ignitis telis. inepte; cui longe adhuc ineptior explicatio additur p. 286 hoc alterum est flammrum, quod archistratego, ut appellatur, c. 6 praeferri solet, siquidem hic alius quam imperator est; quamobrem exercitus flammrum appellatur, in quo expressa erat fulgurationis et fulminationis species. nugae. legendum enim ἦτοι τὸν σταυρὸν μετὰ πνηρούλων, ut habeat codex Bavanicus et Lautherianus. hoc enim dicit: τὸν ἄρχοντας ὡς περιβάλας praeferre, erigere et statuere solitos consuetum flammrum seu vexillum regium vel crucem radiantem seu radios instar ignis emittemen. sed Iunius ex hoc scripturae compendio στρατὸν fecit στρατόν, et ex ἦτοι, quod in omnibus nostris codicibus legitur, ἢ τό, adiecto etiam articulo τοῦ. quo consilio? licet tandem in additionibus hanc codicum nostrorum germanam lectionem ipse quoque annotarit, sed sine approbatione et explicatione.*

ibid. φλάμπουρον] non dubium quin φλάμουλον sit legendum, ut ex positis apud Rigaltium et Meursium exemplis constat: haec tamen est linguae corruptio, ut addito π ex ea quam habet ad μ affinitate etiam λ in φ mutetur, quam literarum permutationem demonstravimus hodiernis familiarem. an ita vero cunctis σύνηθεσ βασιλικόν hoc φλάμουλον, ut in singulis cohortibus legionibus scholis unum tantum explicaretur, ac unius coloris et figurae esset in omnibus? ita praecepit Leo in Tacticis const. 6, licet in similibus vexillis colorum varietatem non omittendam suadeat: προστάσσουεν δὴ καὶ τὰς περιβάλας τῶν βάνδων ἐνάστον τάγματος ὁμογένους γίνεσθαι, καὶ τὰ φλάμουλα ἐκάστης τούρμας ἢ δρούγγον ἰδιόχοοι εἰναι. ἵνα δὲ καὶ παθ' ἐκαστον τάγμα εὐνόλως ἐπιγινώσκων τὸ τύλον βάνδων, δεῖ ἐτερα εἴδη καὶ σημεῖα προστιθέναι ταῖς περιβάλαις τῶν βάνδων, τοῦ γινώσκεσθαι αὐτά, καὶ κατὰ τὰς τούρμας καὶ κατὰ τὸν δρούγγον καὶ κατὰ τὰς βάνδας. bandum a flamulo discriminat: illud enim quadrum, hoc longius, fissum in medio ac in acumen desinens, quo flammam sive πνηρούμα sursum latam imitetur, et Francorum flammam, oriflamme, Francicisque vexillis, bannières, nomen imponat.

ibid. τὸν σταυρὸν μετὰ πνηρούλων] haec sunt Cpolis insignia, crux aurea in coccinei coloris scuto posita, ac in spatiis inter crucis ramos vacuis litera B quater descripta, quae cum πνηρούλω, chalybi ex quo excutitur ignis (igniarium vocant, fusil) sit non assimilis, exinde Orientis imperatorum quattuor chalybes igniarios in insignibus gerere creditum. est tamen litera B quater picta, quattuor sequentium verborum initialis, βασιλεὺς βασιλέων βασιλεύων βασιλεύσει. vide Marcum Vulsonium in scientia Heroica.

ib. v. 16. ἔφιππον] ut in mari, etiam quod habet imperator in terra robur, effulgeat. de vexillo eiusmodi videtur Nicetas locutus in Alexio 2: ὁ τοῦ βασιλέως στρατὸς τὰς σημαῖας τῶν ἄφιδων ἀναθεν ἔστησαν, ἀλλα τοὺς βασιλεῖς εἰκονίζουσιν.

ib. v. 17. ἔχει δὲ ὑπ' αὐτόν] hic est omnium ordo. magnus dux toti classi imperat; magnus drungarius, ceu vices gerens, singulos trire-

mium drungos ordinat; amiralius toti navali exercitui vexillum sive regium flamulum praefert; protocomes remiges omnes sub sua dispositione tenet; drungarius certum triremium vel navium numerum gubernat, duodecim nimurum aut quindecim; comes quattuor aut quinque triremes gubernat. haec ex hucusque sparsim dictis: ad alia properandum.

p. 29 v. 1. φέρει τὴν τοῦ βασιλέως σπάθην] Francicorum exercituum summo praetori (*connestable*), qui Graecorum magnum domesticum exaequat potestate, ac regii equis et equisonibus praefecto (*grand esquier*), qui protostratorem in Christianissima curia agit, iuris hoc concessum ut uterque regium ensem tractet, ille quidem nudum, hic vagina tectum et balteo serico liliis aureis resperso pendentem; de quo *du Haillan*, *Vulsonius* et alii.

ib. v. 3. τοῦ κόμητος τῶν βασιλικῶν ἵππων] inter στράτος protostatori subiectos praecipuus est κόμης τῶν βασιλικῶν ἵππων, idem qui *equiso regius*.

ib. v. 4. ὁ ποωτοστράτωρ ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ λαβών] Donatio Constantini: ἡμεῖς δὲ στράτορος ὄφικίουν ὑπελθόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τοῦ ἵππου αὐτοῦ πατέχοντες, τῆς αὐλῆς τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ἔξιψεν ἀνατόρων, αἰδοῖ καὶ φύσι τοῦ κυρίου μον τοῦ ἀγίου συνεχόμενοι Πέτρον. Nicetas in Alexio 3: ὁ μὲν ἵππος προσάγεται παρὰ τοῦ ποωτοστράτορος ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ ἐκκυνθεῖς.

ib. v. 7. ὁ μέγας χαρτονιάριος] e chartulariorum numero pene immenso, quorum alii cursus, alii sacri cubiculi, alii magistrorum peditum et equitum, hic qui stabulorum intelligitur. alias quodnam viri togati et tabulas tractantis ad militiam equos et arma consortium? suggestit testimonium Zonaras in Isauro: Παῦλον τὸν τῶν βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα (χαρτονιάριον ἡ Ῥωμαίων οἵδε τοῦτον λέγειν φωνή) πατριῶν τιμῆσας καὶ στρατηγὸν Σικελίας. profert Nicetas aliud in Isaacio Angelo: Χονύμος χαρτονιάριος ὃν τῶν ἵπποστράθμων. subest protostatori et administrat. hanc palatii portam nulli, nisi donaverit imperator, equiti praeterire licet. Nicetas in Manuele: εἰσεισιν ἀσμένως τὰ βασίλεια. ἐν δὲ τῷ παιοτέναι μεθ' ἵππου Ἀραβίος ἐμιαύγχενος τὰ ἀνάκτορα καὶ μέλλειν εἰσίναι διὰ τῆς πύλης μεθ' ἥν ἡ ἐκ τῆς ἔδρας ἀπόβασις ἐφεῖται μόνοις τοῖς αὐτονομάτοραις.

ib. v. 8. πεζεύειν] ex equo in terram desilire, et πέζενμα locus in quo relinquitur equus et pedibus via conficitur.

ib. v. 16. στρώσια καὶ συρτά. illud a στρωννώ, quod est sterno; hoc a σύρω, quod est *traho*, militum quoque equi, quos vacuos secum ducebant, appellabantur συρτοί, ut docet Glossarium ex Constantini Tacticis.

ib. v. 16. quibus sternerentur ephippiis et phaleris, docet post Theophanem Cedrenus in Mauricio: ὁ ἵππος τοῦ βασιλέως ὁ τὸν γενσοῦν περικείμενος κόσμον. describit Anna vitae patris l. 1: δορζ̄ τὸν ἵππον κόμηον τοῦ Βρεννίου ἵππον ἐπισυρόμενον, τῇ τε ἀλονεγῷ ἐφεστριδίῳ πενοσημένον καὶ πατέχοντα τὰ φάλαρα ἔχοντα. uno verbo χονσοφάλαρον ἵππον vocat paulo inferius, ut et Nicetas l. 7 Manuelis. Gregoras 9 7: μεθ' ἐρυθροβαφῶν κοσμημάτων, sect. 10: μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφεστριδῶν. στρώσιον autem, quod et ἐφεστρός, dat nomen equo, diciturque ὑπόστρωμα apud Annam citatam l. 4. adeoque longum et latiteribus pendens asserit ut etiam calcaris ferrum illi reserat infixum: ναὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ μύωπος ἀψηὴ τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς ἐνδακοῦσα τὸ ἄριον τῆς ἐφεστρίδος, ὁ ὑπόστρωμα λέγοντι, ἀκλινέστερον τὸν ἵππότην ἐποίει. loquitur de regio eodem equo, quem l. 1 narraverat Bryennio tyranni-

dem ambienti ereptum, μετὰ τῆς ἐρυθροβαφοῦς ἐφεστρίδος, ut ipsa item l. 4 testatur.

ib. v. 18. περὶ τῶν συρτῶν Meursius erudit.

ib. v. 20. καβαλλαρίουν cataromus, domiturae arena, manège. in palatio, id est in areae parte.

p. 30 v. 7. stragulum ephippium est σάγισμα. Leo Grammaticus in Michaelae Theophili: εὐρεν αὐτὸν ἐντευλιγμένον ἐν τῷ σαγίσματι τοῦ δεξιοῦ ἵππου, οὐ ηλαυνεν. alia apud Meursium.

ibid. σκαπούλιων] ita legendum loco illius καπούλιων.

P 205

ibid. σκαπούλιων] sensus, non vocis sonus venandus. σκαπούλιον quidem Latinae scapulae sono simile, at sensu longe semotum, cum oppositam fere animalis partem referat, tergum videlicet ac imos lumbos. ξεκάποντα vulgus profert; de quibus Simon Portius: ξεκάποντα οὐροπήγειον τοῦ ἵππου, tergum equi; nos la croupe du cheval. Hieronymus Germanus in Italo-Graeco vocabulario: la groppa del cavallo, τὰ ξεκάποντα. auctor porro equorum comiti, regio equo insidenti, nunquam totum ephippium sagulum ad armos et collum usque, sed ad medium tantum ephippii sedem substerni scribit; quod etiam a pedissequis honoris erga dominos causa videmus observari, si quandoque heriles equos condescendant.

ib. v. 10. στρατορίκιον verti cum Glossario, locum, in quo strator imperatorem in equum sublevare solet; nisi mavis reddere locum in quo equi sternuntur.

ibid. stratorum locus et statio est στρατορίκιον, non is quo illi sublevant imperatorem in equum, πέρενμα iam ab auctore vocatum.

ib. v. 14. ephippiaria pila, qua apprehensa exsilit eques in equum, est κομπάσιον, quod sit ephippii κόμπος, de quo supra. annumeratur vero ephippio, ut in comitis equorum ius transeat, eo quod ex auro lapillis ornato confici soleret. περὶ τῶν τονφῶν dictum est alibi.

ib. v. 15. lego τονφῶν pro φορούντων, vel φουτῶν, de quo iam supra satis, c. 4.

ib. v. 18. de Theophilo imp. acerrimo iconoclasta lege Cedrenum Zonaram Manassem Glycam.

ibid. Θεόφιλον φασ] diffusius, at in eandem mentem narrat historiam Cedrenus: diversam habet Leo Grammaticus in Theophilo. conferet utrumque lector, ubi hic lucem aspicerit.

p. 31 v. 8. rucharium vestiarium.

ibid. vestiarium est, sicut et βεστιάριον: ut nihilominus subindicatum ab auctore discrimen inter utrumque observemus, dicendum ἁγιαστῶν esse cubiculariorum conclave ad sacrum cubiculum. sicut synodus Florentina ultimis pene verbis, quae non in sacro cubiculo sed in conclavi viciniore, ἐν τῷ ἁγιαστῶν τοῦ βασιλέως, Graecos pontifices tomo unionis subscriptentes manifestat.

ibid. σπάθη spatha, ensis. spatharius ensifer vel satelles, σωματοφύλαξ. protospatharius, primus inter spatharios, spathocandidatus. σπαθαροκονθικονλάριος, spatharius cubicularius. spathatus spatha munitus. σπαθία spathula. de quibus vide Meursium et Rigaltium in Glossariis. ex dialogis S. Gregorii non ignotus est spatharius regis Totilae. et apud nonnullos Germanos instrumentum quoddam fossarium *ein spath*.

p. 31 v. 10. τξαγγία] melius τξαγνία, τξάγναι, tzancae. proprie calcei imperatorii; et calcearius, qui eas conficiebat, τξαγγάς vel potius τξαγκάς dicebatur, non ut alii sutores, τξαγγάριος seu τξαγνάριος. ita enim hic legendum est, non τξαγμάριος, ut edidit Iunius, cui tzancae et tzancia non placent, magis arrident tzaggae et tzaggia, ut habeat occasionem nomen hoc deducendi ex Arabica lingua. sed potior est apud me fides codicum Lautheriani et Bavariorum et Simeonis magistri officiorum in Pandecte Turcic. c. 199, qui τξαγνία et τξάγναι nobis exhibent; tametsi altera lectio illa τξάγγαι τξαγγία τξαγγάριος simpliciter reiici nec potest nec debet. scribitur etiam τξαγκάρης: hinc τέχνη τξαγγαρική, ars sutoria. transiit hoc nomen ad Latinos. Trebellius Pollio: zanchas de nostris Parthicus paria tria. ubi Casaubonus: barbarici calceamenti genus tzangas vocarunt. sed varie scribitur hoc verbum. in codice Theodosiano de habitu intra urbem leg. 2 tzangae; in tertia tzancae. Graecis τξάγγαι aut τξαγγία, et τξαγγάριος harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni zangae. Persorum vel Parthorum fuisse gestamen magni pretii ex hoc loco et similibus appareret. in fastis Graecis leguntur haec de rege Lazorum: τὰ τξαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ δουσαλα, Περσικῷ σχῆματι, ἔχοντα μαργαρίτας. Synodus Aurelianensis can. 22: monachorum in monasterio vel zancas habere non liceat.

ibid. τξαγγία] Meursius tzangae, alii calceamenta barbarica, cuius formae fuerint non exponunt. illis etiamnum hodie utuntur in Oriente viri et mulieres promiscue; suntque cothurni ex varie coloratis pellibus tibiam adusque genu pressim et strictim tibialium more vestientes, quales iam suo tempore usitatissimi describit Procopius de aedific. Iustiniani l. 3: ὑποδήματα μέχοι εἰς γόνν φοινικοῦ χοώματος, ἢ δὴ βασιλέω μόνον Ρωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. hinc Arabes Elpidium imperatorem in Sicilia renuntiatur apud Theophanem in Irene et Const. περιέθεντο αὐτῷ τξαγγίον καὶ στέφανον. ex his, quae Meursius et ex eo Gretserus de zangis congesit, plana relinquunt et perspicua.

bi. v. 13. Equi sagmarii Graecis quidem noti et usitati sunt, sed educi non possunt ex illa Codini lectione τξαγμάριος, quia vana est: substituendum enim τξαγγάριος vel τξαγκάριος. et ut prior scriptura retineretur, non sagmarius, ut Iunius, sed potius tzagmarius vertendum esset: nam sagmarius Graecis non est sutor, cum a sagmate formetur. est autem σάγμα vel θήκη τοῦ ὄπλου, theca seu vagina armorum, vel onus iumenti sarcinarii. hinc sagmaria iumenta vel sagmataria vel samaria Graecis, quae nostris clittellaria; ad quorum ultimum alludit vox Germanica saum-ross, seu ut alii, sammer rosz, et saum, id nimirum quod huiusmodi equus gestat. Suidas: σαγμάρια τὸ παρὸν ἥμιν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων Mauricius apud Rigaltium: τοῦλδος ἦτοι τὰ σαγμάτια. idem. l. 1 c. 6 dixerat ὑππονος σαγματάριον. sic Isidorus caballum sagmarium et mulam sagmariam. Vegetius l. 3: impedimenta, sagmarii, calones vehiculaque in medio collocentur. nec Latinis ignoti sunt equi sagmari, ut patet ex S. Bernardo l. 3

de considerat. c. 7, ubi Vossius *sagmarii*, loco vulgatae lectionis *sammarii*. etsi in Latinis *summarii*, *saumarii*, *sommarii* lectio etiam defendi possit, quia sagmarii nomen varie varii corruperunt et ad idiotismum suum inflexerunt. hinc in libello de miraculis S. Udalrici, nec ineleganti et satis antiquo, inquit Casaubonus in *Lampridium obtulerunt de cera quantum unus fortis saumarius portare potuit.* deducit idem Casaubonus sagmarios a *sagmate*, et recte; et *sagma* ait esse id *quod iumento imponitur, ut mollius vehat et sine noxa sua differt sigma a sella: nam sigma proprie est quod iumentis onera baiulantibus impo-* P 206 *nitur; sella equorum est vel aliorum animalium, quibus homo vehitur.* dicitur etiam *σάγη* et *sagum*, quod significat omne experimentum quod iumentis imponitur. vide Casaubon. ad *Lamprid.* fol. 321. sed prior significatio potior est. Graeci flectunt *σάγμα τοῦ σάγματος*, Latini *sagma sagmae; quae corrupte vulgo dicitur salmus*, inquit Isidor. l. 20 Etymol.

ibid. τξαγγάριος] Simon Portius cum auctore: *εκτεύς, εκτοτόμος, ὑποδημάτων δημιουργός. calcearius, sutor.* apud Theophanem in Iustiniano τὰ *τξαγγάρια*, officinae sutoriae. rem totam profero, et alios in ordine compositurus extra chorum salto. conquerebatur populus in spectaculis coram imperatore de Calopodio cubiculario: *καλοπόδιον* autem (quod alii *καλαπόδιον* pronuntiant) *typum calcarium sive pedem ligneum*, quo sutores utuntur, indicat. cum vero Calopodium de nomine non auderet populus dicere, nec se cognoscere internuntio mandatore responderet imperator, exclamavit populus: ὁ πλεονεκτῶν με, *τρισαγγόνστε, εἰς τὰ τξαγγάρια εὐρίσκεται, Καλοπόδιος nimirum.* vide Iustiniani aetate imperatores iam tzangis usos.

ibid. τὰς προκύψιες. dubitat Meursius num viri docti, id est Iunius, *πρόκυνψιν* recte vertant *oratorium.* si non recte vertunt, cur non melius quid suggeris? si voculam ipsam nimis grammatice urgeas, *πρόκυνψις* non est *oratorium*, sed locus eminentior, unde imperator eminere, prospicere et prospectare seu despectare poterat. si rem ipsam consideremus, *πρόκυνψις* est *oratorium*, quia locus ille sine dubio non erat eo destinatus ut imperator inde tantum prospiceret, sed ut rei divinae et precibus quoque fundendis operam daret. unde ab oratione illic solita *oratoriū* appellatio loco accessit.

ib. v. 14. τξαγγάσ] quia commune et vile *τξαγγάστον* nomen apud Graecos, *τξαγγός*, quasi digniore honoris titulo donatus, *aulicus sutor* vocatur. an non *ficus semper* *ficus et scapha scapha*?

ib. v. 15. παιδόποντον] ω in ov commutato vox *πᾶλος* alteri adjuncta diminutivum quid semper sonat; hinc *παιδόποντον* *adolescens, puer honorarius*, prout superius τὸ *ἀειόποντον* et *αὐθεντόποντον* *parvum aquilam, parvum dominum* referre dictum est.

ibid. Iunius legit τοῦ βεστιαρίον ἐντός, et huic suae scripturae mira phasmata superstruit, ad verbum: *vestiarii quod est intus* (nempe in cerebro Iunii) *et interioris.* et mox tria vestiaria adducit, *vestiarium* proprie dictum a veste, et *vestiarium* minus proprie *ταμεῖον*, et *vestiarium* *vestibulum* palatii, per catachresin seu abusum

vocis. duo priora vestiaria agnoscimus; tertium summa catachresi confictum ad suum auctorem remittimus. dicit Codinus *vestiarium* hoc vulgo vocari ἀλλαξιμάριον, ab ἀλλάσσω *muto*. hinc ἀλλαξίς *mutatio*, et ἀλλαξιμάριον, quasi dicas *mutatorium*.

p. 31 v. 16. quasi *mutatorium* ἀλλαξιμάριον, optime. at non ita *vestes mutare* significat τὸ ἀλλάσσειν, quin proprie novas easque *sacras accipere* indicet. Euchologium: ἀλλάσσει ὁ λερένς. Nicetas: πέμψας λερέα μετὰ τοῦ εὐαγγελίου ἀλλαγμένον: ita corrupte ἡλλαγμένον vice. ἀλλαξιμάριον itaque est locus in quo *vestes imperatoriae*, quae et sacrae, reponuntur.

ib. v. 18. anacara] Iunius, ut Arabismi specimen edat, *anacara* haec ex Arabia advocat: nam vasa sive cacabos aut lebetes vocales vocari ab Arabibus *anakara*. eiusmodi ferme esse quae in Germania appellantur *kesseltrammel*. cur non *heerpauken*, quae etiam in equis pulsari possunt et solent? tympani genus inferiore parte rotundum, quo principes hoc etiam aevo uti et delectari consueverunt.

ibid. tympana inferiori parte rotunda, ita Meursius. cur rotunda potius quam plana vel quodvis aliud vox significet, edisserat. lego apud Nicetam in Manuele l. 5: ἐβανήχει τὰ κύμβαλα, ubi alia lectio habet ἀνακαράδαι, sunt itaque τὰ ἀνάκαρα eadem quae κύμβαλα: at cymbala a tympanis quam diversa, licet in Cybeles matris deorum a Gallis ad invicem iuncta; unde et Apionem, qui se cymbalum mundi iactabat, tympanum iuuentus potius vocandum asseruit Tiberius. quae tandem κύμβαλα? Suidas: θυμελικὰ παιγνία, *histrionum musica et ludicra instrumenta*. in epigrammate: καὶ κύμβαλ ὄξύδονπα κοιλιγέλεα. Turnebus Advers. 26 33, in hoc Propertii "cymbala Thebano concrepuere deo," si quis me roget, inquit, quale cymbalum fuerit, eum mittam ad herbam cotyledonem, cuius folia cymbali speciem referunt. Scribonius Largus: item mentastrum vel radicem κοτυληδόνος, quae herba similia folia cymbalis habet. haec ille. addo cotyledonem etiam cymbalion apud Tragum vocari. vide figuram apud Matthiolum et alios physiologos Di scoridis commentatores.

p. 32 v. 11. ὅτι ὁ πορτοστροάτωρ] scriptis a Gretsero post Meursium de cursu et cursoribus addo ex Tacticorum Leonis const. 7 locum auctoris de protostratore sententiam diserte explicantem. ἔτέρα δὲ κίνησις, ὥστε ἐπιδιώκησις, ὅτι μὲν σὺν ἑλασίᾳ, ὡς πούρσωρας, οὖς οἱ νῦν προκλάστις λέγοντοι, ὅτε δὲ συντεταγμένως, ὡς διαφένσωρας, οὓς ἡμεῖς καλοῦμεν ἐνδίκοντος. καὶ εἰ μὲν ὡς πούρσωρας καὶ τοιούτην, παράγγελλε "δρόμῳ ἔλα," καὶ ἔως ἐνὸς μιλίου ἀποκινᾶσι σὺν ἑλασίᾳ. ἐὰν δὲ ὡς διαφένσωρας, παράγγελλε "μετὰ τῆς τάξεως ἀκολούθει," καὶ ἀκολουθῶσι συντεταγμένως. ex hoc Leonis alium Cedreni percipies locum in Michaelie Cypoplate. Leonem Armenium imperium auspicantem, regiam assumpturum vestem, communem quam deponebat τῷ τῶν ἵππονοιων στρατεύοντι Μιχαήλ, protostratori Michaeli, Balbo nimirum, dedisse retulerat, eundemque dato intervallo de tyrannide affectata suspectum a Leone missum τακτικὰ διδάσκειν τὸν ὑπὸ χεῖρα λαόν describit. ut quid nisi quia cursores et defensores, auctore teste, ducebant, ita τὰ τακτικά eos docere teneretur?

ibid. πορρεύοντας] πορρεύειν est praedari, praedas agere. possunt tamen hic per πορρεύοντας etiam illi intelligi qui in hostes extra ordinem excursiones faciunt. paulo post τὰ πορρεύ-

μενα sunt *spolia*, *praedae*. et infra c. 16 dicitur ἀπὸ τῶν πούρσου
dari pars quinta imperatori: inepte Iunius ex *cursu*, verte ex *spoliis*.
quinta pars credit rationibus seu aerario regis, πενταμοιρία; pro quo
codex vitio librarii πανταμοιρία. vide Rigalt. in Gloss.. v. πούρση,
ubi lunium reprehendit quod ἀπὸ τῶν πούρσενομένων p. 59 c. 5 ver-
tit a cursoribus, quia vertendum erat ex *spoliis*, ex *praeda*. hinc πούρ-
σενειν, et ut in Turcograecia πούρσενονν *praedari*, populari, sic
p. 57 δεφένσωρ τῶν πούρσενόντων rectius redditur *defensor* eorum
qui extra ordinem in hostes procurrendo dant *impetum* et ante omnes di-
micant. cursores enim seu πούρσενοντες sunt πρόμαχοι οἱ προτρέ-
χοντες τῆς παρατάξεως ἐν τῇ συμβολῇ τῶν πολέμου καὶ τοῖς φεύ-
γονσιν ἐχθροῖς ὁξέως ἐπιτιθέμενοι, ut ait in suis *Tacticis* Leo im-
perator. item cursores sunt ἐνεδροι, ut idem imperator docet; deque
his loquitur Curopalata, non autem de cursoribus, quos Graeci δρο-
μεῖς, Latini proprie *cursores* nominant. etiam Latinis mediae aetatis
cursorii sunt *praedones* et *piratae*, qui terras et maria *praedarum*
gratia percurrunt.

De pentamoeria imperatori ex spoliis danda elegans exstat locus
in historia Ioannis Cantacuzeni: nam cum de bello ab Andronico
imperatore adversus Albanos gesto partitisque sine numero spoliis
agit, sic praeter caetera scribit. ἔθος δὲ ὄντος πρότερον τῇ στρα-
τιᾷ, ἐπειδάν τινος κρατήσωσι λείας ἢ πλεονος ἢ ἐλάττονος, τὴν
πέμπτην μοίραν παρέχειν ἀριστεῖον βασιλεῖ, καὶ μετ' ἐκείνον τῷ
μεγάλῳ δομεστίκῳ ἵσην οὐα δὴ τῆς συμπάσης ἡγουμένῳ στρατιᾶς,
τότε οὐδὲν ἐποίουν τῶν εἰωθότων, οὐδέ τις ἡνώχλει αὐτοὺς περὶ
τῆς πέμπτης μοίρας, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀενάων ποταμῶν ἐξῆν ἐκά-
στῳ, ὅσων ἂν βούλοιτο, κύριος γενέσθαι. haec Cantacuzenus. P 207

ib. v. 17. dicit Codinus protostratorem ex *praeda* capere
πάντα τὰ ποικίλα, quae appellatur φυτίλια. quae sit ratio huius
nominis, nondum a viris doctis explicatum est: nam quod Iunius
futilia vertit, id paucorum approbatione fecit. sunt qui suspicentur
legendum βιτάλια, hoc est *victualia*.

ibid. vere *futilia* sunt et pueriliter a quibusdam ingesta circa τὸ
φυτίλιον, quod Graecis recentioribus, sicut et Turcis τὸ *futile*, quod primo
refert *ellychnium*, deinde *funem pyritem*, quo milites tormentis explo-
dendis diutius servant ignem, *méche d' arquebuse*, ultimo *vulnerarium*
peniculum a chirurgis ad vulnera probanda. *spoliorum* itaque partem pro-
tostratori assignatam vocabant *φυτίλια*, quasi ad linea vel *pyritem*
comparanda leve *adminiculum*. sic officiorum *praemia* Graeci iidem *μαν-*
τίλια, Gallicum *vulgas* *chirothecas*, *puellarum aciculas* etc dicunt, ut
grati potius animi monumentum quam debiti mercedem et *vilia* mercenariorum
obsequia compensata exprimant. quaenam autem φυτίλια censenda,
reparata ex Regiis vera germanaque lectione discimus esse τῶν πούρ-
σενομένων ζῷων πάντα τὰ ποικίλα, *animantium praeda captorum* quae-
cunque *pilis* et *colore* sunt *varia*: quaevis enim *discoloria* etiam hodie vo-
cant *ποικίλα*, eademque in protostratoris sortem ex *praeda* obtingunt ceu
eius φυτίλια.

ib. v. 20. τὰ προστάγματα] ἐντάλματα vocat *Ius GR* et *διατάξεις*.

p. 32 v. 20. chrysobullas] Graece τὰ χρυσόβουλλα et χρυσόβουλλα aurea bulla. a sigillo nomen ad integras literas venit. hinc etiam constitutiones pontificum Romanorum bullae dicuntur, et bullarium liber in quo illae literae seu bullae continentur. *bulla* proprie est orbiculus seu ornamentum circularis formae, superne clausum et intus cordis figuram habens. olim pueritiae appendebatur tanquam amuletum contra fascinationes. ab hac orbiculari figura *bulla* translatum est nomen ad sigilla, quae literis appenduntur: sunt enim circularis figurae; et quia nonnullis literis appendebatur *aurea bulla*, quibusdam *plumbea*, quibusdam *cerea*, hinc factum est ut ipsae etiam literae ab hoc sigillo vocarentur bullae aureae vel bullae plumbeae vel bullae cereae, nimirum χρυσόβουλλα, κηροβουλλα, a χρυσόβουλλον et κηροβουλλον. *chrysobullae* summam auctoritatem obtinebant, subscriptae manu imperatoris διὰ κινναβάρεως cinnabari (seu rubrica). quin et cruce interdum addebant. Phranzes l. 3 4: *imperator manu sua eo vi-dente tres cruces cinnabari in fronte bullae ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullamque auream legato in manus tradit.* etiam hodie literis, praesertim contractuum, apponi solet thecula, aliquando lignea, aliquando ex lamina, aliquando ex pura cera, in cuius medio sigillum exprimi solet. haec thecula aequre recte vocabitur *bulla* ac theca illa imperatorum Graecorum. hinc βουλλεύειν bullare vel generatim literas signare, sive hoc per bullam fiat sive absque bulla; et βουλλωτήριον sigillum, forma, in qua bullae exprimuntur. incertus auctor apud Etymologum: ὁστεο εἰς τὸ βουλλωτήριον τυπόμενος ὁ μόλυβδος τύπον ποιεῖ καὶ εἰκόνα ἀποτελεῖ. et sine dubio bullae imperatoriae imperatoris imaginem repraesentabant.

ibid. nil communius quam χρυσόβουλον sive χρυσόβουλλον imperatoris mandatum, constitutionem, diploma, rescriptum, chirographum, codicillos significare. at non ex eo quod aureis literis scriberetur, ut inuit Meursius, sed quod sigillo sive *bulla* aurea, quod in eis scriptum, muniretur; quanquam olim etiam aureis literis scripsisse non denegandum Luitprando dicenti: χρυσοβούλιον, id est epistolam auro signatam, mihi dederunt vobis (regi) deferendam. tulerunt autem et alias literas argento signatas, a europalate imperatoris fratre ad Romanum pontificem missas. deinceps vero literis purpureo liquore ductis subsignavit imperator. his testimonio utrumque liquet. Nicetac in Manuele Comm. l. 4: ἐνθυροδάνῳ ἐνσημανθέν ἀρῆνε γραμμάτιον, cinnabari signatum emisit codicillum. inferius: τῆς βασιλικῆς βαφῆς δελτάριον, regii, id est purpurei, coloris tabulae. l. 7: τῷ ἐνθυρῷ τῆς βασιλείου βαφῆς ὡς αἴματι ἀναθάλψας ἔζωσεν. Cedreni in Tiberio 1: ἀσφαλισάμενος διὰ σφραγίδος χρονῆς τοῦ μὴ πολεμίως ἐπέρχεσθαι. Basilii in porphyra natī: καὶ ὁστε ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάθετον εἶναι τὴν παρούσαν διάταξιν, οἰκείᾳ χριοὶ ὑποσημηνάμενοι, χρονῆ σφραγίδι ταύτην ὑποσφραγισθῆναι διωρισάμεθα. Nicephori Botaniatae: καὶ γάρ ἐπισφραγίζοντας ἡ βασιλεία μον τὰ κερομένα καλῶς καὶ οἰκονομηθέντα συνοδικῶς, καὶ τὸ παρόν ἐξέθετο χρυσόβουλλον εἰς ἐπικύρωσίν τε καὶ στερεότητα, ὑποσημηνάμενή ἐν αὐτῷ δὲ ἐνθυρῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τούτων τὴν ἀλήθειαν φανερωτέρων ὑπαγορεύοντα, κορώνην ὥσπερ δή τινα χρονῆν τὴν ἀληθῶς σφραγίδα τούτῳ ἀπαιωρήσασα, τὸ ἡμέτερον εὑσεβής καὶ θεοπόβιητον ὑπεσημήνατο κοράτος. Alexii Comneni, qui et aureum

sigillum ceras impressum testatur, Nov. 2 tom. 2 Inris GR: καν διὰ πυραβάρεως ὑποσεημασμένη τυγχάνῃ ἀντιγραφή, καν τὴν ηρόθονλ-
λον σφραγίδα φέρηται. eiusdem No. 4: ὡς ἐγ εἰδησ οὐδὲ γένηται
διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἐρυθρῶν, καὶ ή διὰ μηροῦ σφραγίς
(προσετέθη). sigillum cereum aurea bulla impressum e serico pendebat.
Nicephorus Botoniates iam relatus et anonymous alibi citatus: Μαρονῆλ
εἶχε τὸ σύνθητο κανικλαῖα καὶ τοῦ βασιλέως γραφὴν "Μαρονῆλ ἐν
Χριστῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς", καὶ πάτωθεν ἀπηρεμένην βούλλαν
χονσῆν διὰ μετάξης ὁξείας, e serico violaceo bullam appensam, hoc est
sigillum. Nicetas Manuelis l. 1: γράμμα ἐρυθροσήμαντον σφραγίδι τε
χειροειδέα καὶ σημιώτην ἡμέραν ἔκπεδον, πόγχης ἀναδεδενμένῳ αἴματι, τῷ
κλήρῳ τοῦ μεγάλου νεώ ἐπιδίδωσι. ex his ἡρόθοδανημένη βασιλείος
γραφή, purpuratus codicillus regius, apud eundem secundum aliam lectio-
nem: apud Comnenam χρυσοβούλλιος γραφή, χρυσοβούλλιος λόγος γε-
γοαμμένος, apud Cantacuzenum χρυσοβούλλον δικαίωμα, apud Zonaram
ἔγγραφον χρυσοσήμαντον, apud Nicetam iterum βασιλικὸν ἐρυθρόδα-
νον, in Andronico l. 2, et in Balduino ἐρυθρόγραφον γράμμα et similia
liquent. Alexium secundum atramento communī nigrisque literis semel no-
men exarasse, literis ad synodum missis, refert Nicetas: βιβλίον λακω-
νίων ἔντιθησι πρὸς τὴν λερὰν σύνοδον, καὶ τοῦτο ὑποσημηνάμενος
πάτωθεν διὰ μέλανος τῷ οἰκείῳ ὄνόματι, ἐπὶ κοινῆς ἀκροάσεως τε
καὶ σκέψεως ἀναδίδωσιν. Andronicus senior imperio nuntium omnino re-
missurus ἀνω μὲν ἐρυθρὸν προύθηκε τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον,
mox velut scripta tabula privatus redditus πάτω δὲ μέλανα.

p. 32 v. 20. πρός τε ἑγγασί] solos Romanorum Persarumque principes
βασιλέας vocatos a Graecis historicis, quotquot reliquere monumenta
commonstrant; eoque nomine, quos imperatores dicimus, volvare significatis:
aliis supremo iure, regno constituto et imposita sibi corona utenti-
bus ἑγγασί appellationem fecere communem, ex quo Genserichus eam sibi
propriam fecit. Theophanes: ὁ Γεζέριος τῷ Ὀνανδαλινῷ πλήθει πο-
λὺς γενόμενος καὶ ἑγγασί καλέσας ἐαντόν. secutus Odoacer τὴν τοῦ
ἑγγασί περιέθετο ἐαντῷ προσηγορέαν. ab his aliis atque aliis: τῶν Οὐν-
των et τῆς Φραγγίας apud Zonaram ἑγγασί dicti: nulli quam Carolo M.,
βασιλεὺς Ράμης a Cedreno in Irene dicto, βασιλέως nomen commune fa-
ctum, nec ipsi Occidentis imperatori, quem Anna Comnena ἑγγασί Ἀλαμα-
γίας solum agnoscit Alex. l. 3. proinde quod Nicetas Andronici l. 1 Bel-
lam Hungariae ἑγγασί, imperatoremque Occidentis in Alexio 3 vocet ite-
rum Ἀλαμαγίας ἑγγασί. nil mirum; cui sicut et aliis Graecis solum Ori-
entis vel Persarum principem βασιλέα salutare gratum, oppressi tamen
Bulgarorum armis tandem coningii pacisque foedere inito principem eorum
βασιλέα vocant apud Luitprandum in Legatione.

ibid. sultanos] Leunclavius in Onomastico Musulmannico:
sultan Alem dominus mundi. sic appellare Turci principem suum
solent; quod vocabulum significat, ut Cedrenus ait, πάντοχάτορα καὶ
βασιλέα βασιλέων, imperatorem omnium et regem regum. a Turcis
iam vulgo pro domino usurpatur, et nomen hoc princeps eorum habet
κατ' ἕξοχήν, ceu solus et maximus dominus.

Arabum ἀμηρᾶς, Turcarum principes σουλτάνοντος propria gen-
tium illarum lingua Graeci dixerunt: eapropter ubi legimus apud Nicetam
ἀμηρᾶς, alia lectio σουλτάνοντος ponit. sultan autem Turcicum prin-
cipem denotat.

ib. v. 21. τοπάρχας] paucarum urbium aut unius provinciae princeps
est τοπάρχης. toparchias, quales nos ducatus vel comitatus, describit
Codin. Cuperlat. de Offic.

Nicetas Alexii 3 3 veteris editionis p. 566. cum satrapis confundit p. 578. exinde p. 586 Bonifacium Montisferrati marchionem, Balduinum Flandriae, Henricum S. Pauli et Ludovicum Blesenium comites τοπάρχας τινὰς σύγενες scribit; quorum praecessores Hierosolymitanae profectionis antesignanos, τοπάρχας et πόμητας, non uno libri tertii loco memoraverat Anna Comnena.

p. 32 v. 21. λογοθέτεον ὑπηρέτημα] de memoratis referebat ad imperatorem. Leo Grammaticus in Michaele Theophili: Θεόποτεστος λογοθέτης ἐλθὼν εἰς τὰ διοργήταια προτῶν τὰς ἀναφοράς, et infra: ἐνελεύθη μετ' ὄργης ἀνοίξαι τὰς ἀναφοράς παλὶν ἀναγνῶνται. crescente quoque logothetae auctoritate decrevit caniclei dignitas, et ut ille rescripta chrysobullaque principis emitteret, purpura, qua sola subsignabat imperator, ei commissa: canicleo restituta legitur, Manuelis l. 3 apud Nicetam. fidem insuper deo et populo se servaturam in eius manibus pollicebatur princeps recenter institutus, prout suo loco referetur.

p. 33 v 1. domestici] differt iste a domestico mensae et ab aliis domesticis. ita vocabatur παρὰ τὸ δομεστικὸν seu δομεστικεῖον, quod est res domestica, cuius iste curam gerebat, quamvis in catalogo officialium, supra c. 2, non compareat: erat ergo iste domesticus domestici, de quo infra iterum Codinus c. 7.

ibid. mutat quidem sensum, at corrigit et meliorem reddit Regiorum AB lectio, quae haec est: καὶ τοῦτο μὲν ἔδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτον ὑπηρέτημα, τὸ δὲ τοῦ μεσαστικὸν (vel ut B, μεσαστικὸν) ἐνεργεῖν, φῶν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεὺς. et hoc munus proprium est magni logothetae (ad reges nimirum, sultanos et toparchas scribere), intra limites autem imperii sacras mittit is cui imperator mandaverit. ibi μεσαστικὸν a me appellative (Grammaticorum more loquor) sumitur, et subiectas imperatori regiones, ceu medianam eius dicionem, referre addubito. certior nibilominus affirmo μεσαστικὸν proprium officii nomen aestimandum, eius nimirum cui negotia, imperii statum, secreta, personam ipsam fidentius committit imperator; cum quo curas dividit; qui inter populum milites senatum principes exteros et ipsum imperatorem medius et sequester intercedit; qui cum ad hoc munus non ex meritis semper, velut logotheta, sed ex sola principis gratia favoreque advocetur, recte scripsit auctor, τὸ δὲ τοῦ μεσαστικὸν ἐνεργεῖν ἔδιον (ei namque particulae iam praemissae iungitur) φῶν προστάξοι ὁ βασιλεὺς: hoc est, mesasticii, quasi dicas sequestri, munus exercere ad eum attinet cui praeceperit imperator. mesasticum huiusmodi describit Nicetas Manuelis l. 1: μελεδωνὸν δὲ μεσενόντα παλὶν τῶν οἰκετῶν ὑποδομῆσθος διαταγμάτων τὸν Ἀγιοθεοδωρίην τίθησιν Ἰωάννην. παλὶν ἦν δὲ μὲν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἀεὶ ὀπταρύμενος, παλὶ τὰ τούτον ἐντάματα σύσι παλὶ ἐμφάσεις ἐν προτέρον μολος ἐνδεχόμενος. vocem μεσενόντα inter alias observo, τῷ μεσάζοντα significatu parem a nullo negandam: μέγαν porro μεσάζοντα protovestiarium Cabasitem, nec non alium μεσάζοντα Cantacuzenum memorat Chronicus CP. iam vero ἀπὸ τοῦ μεσάζειν μεσαστικὸν deduci solus ignorat qui Graeca nescit. μεσαστικὸς igitur ille est μελεδωνὸς μεσενῶν, τῶν βασιλικῶν ὑποδομῆσθος διαταγμάτων, τοῦ βασιλέως τὰ ἐντάματα παλὶ ἐμφάσεις ἐνδεχόμενος, quem eundem auctor ait ἐνεργεῖν δὲ ἐπιτάξοι ὁ βασιλεὺς. talis, me iudice, ante tyrannidem arreptam fuit Phocas, qui ἐντολικάριος a Theophane, a sacrificiis mandatis fuisse scribitur in Mauricio; qui in aula, quod mandator in exercitu, τὰ μανδάτα γνάμη τοῦ ἀρχοντος διδούς, exsequebatur. ita Mauricius alias. at iterum Theophanes: ὁ στρατὸς ἐντολικαρίους ἐπειψε πρὸς τὸν βασιλέα.

ib. v. 2. ὁ μέγας στρατοπεδάρχης] hoc eius officio Zonaras celebrat in Nicephoro Phoca: Πέτρον ἐκτομίαν, δραστήριον δέ γε καὶ ἐμβούθη, καὶ ἄλλου εἰδότα στρατιωτῶν στρατοπεδάρχην ὀνομάσας, ἵνα ἐν Κιλίνιᾳ δοῖ τὸν χώραν τῇ στρατιᾷ τὸν χειμῶνα διαγαγεῖν. is idem videtur τὴν τοῦ γάραντος ἐπιστασίαν πᾶσαν ἐπιμελούμενος. Europalates.

ib. v. 3. ποτῶν, potus seu poculentorum, non ποδῶν, ut Iunius, qui instrumenta vertit. sed lectio nostra confirmatur ex codicibus Bavaricis et Lautheriano; et res per se clara est, quia non minus curandum est ut exercitui non desit potus quam ut non desit cibus.

ib. v. 4. εἰς τὴν παράστασιν] omnium qui dignitates et officia tenent, circa imperatorem in solio sedentem, cum vestium apparatu et insignibus stans famulatus est παράστασις. δουλοπρεπῶς παρεστάται scripsit Nicetas in Isaacio Angelo, et iterum: οἱ Ρωμαῖοι παρεστατοῦνται ἔχοντες ἀπαντάς. in Alexio secundo: εἰλον εὐθὺς τοὺς παρεστῶτας, καὶ ὅσοι περ ἐπεινῷ συνήδρενον διὰ γένους λαμπρότητα καὶ ἀξιωμάτων σεμνότητα, ὅμοφώνως ἀνακραγόντας. imperii tamen collegae assident. Luitprandus de legatione: sedebant ad sinistram non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli imperatores. potuit et Caesar quandoque sedere. Theophanes in Michaeli Theophili: τοῦ Βάρδα Καίσαρος τῷ βασιλεῖ προσελθόντος συγκαθίσαντός τε καὶ συνομιλοῦντος. licuisse nonnunquam aliis sedere τῆς ἐπιτροπῆς γενούμενης, ipsumque imperii collegam quandoque stetisse, narrat Cantacuzenus 18 hoc assidendi ius pontifices Graecos ab Andronico postulasse, eoque licet obtento ridicule privatos, libro vitae eius 3 Nicetas ostendit. de patriarcha coram imperatore sedente suo loco dicetur.

*ib. v. 12. hyperpyrum] monetae genus. indocte Iunius *velum et involucrum coloris ignei*. longe deterius Leunclavius in legatione ad Armenios, ubi haec Theoriani, qui Copolitanus legatus fuit, verba leguntur: ἔστωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέροπτρα τοῖα, μιᾶς ὅντα φύσεως, χρυσοῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τούτων ἐν πυρακτήσω, ἔσται πάντως τὸ πεπυρακτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἴτε ἐνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακτωμέ- P 208 νοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσὶ ταῦτα τὰ ὑπέροπτρα; τοῖα ὡς πρῶην, ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; quae interpres ita vertit: *sint tria hic velut igne potiora, prorsus inscite. vertendum: faciamus hic tria esse hyperpyra, unius naturae seu materiae, aureae verbi gratia. si igitur unum ex his ignescere faciam, omnino ignitum illud duabus naturis constabit, ex igne videlicet et auro. si deinde alia duo non ignita adiificantur, quaero quot nunc sint huius generis hyperpyra?* (interpres quotnam sint haec ignita? male: unum enim tantummodo hyperpyron ignitum est ex hypothesi facta) *num tria ut antea, an propter naturam ignis facta sunt quattuor?* in eundem errorrem incidit idem interpres sol. 114, ubi τῶν ὑπεροπτρῶν vertit *ignis vi potiorum*, absque ullo sensu: vertendum enim *hyperpyrorum*. neque nomine Latino hoc monetae genus exprimi potest. in Pandecte Turcico recte de hyperpyris scribit Leunclavius. sed hic tantus error detegendus fuit, ne qui in errorem inducantur. hinc *hyperpyrarii*, qui *hyperpyra* tributi nomine solvunt. vide quae diximus tom. 3 de*

S. Cruce l. 1 27. elegans locus de hyperpyris exstat apud S. Antonium tom. 3 Histor. tit. 19 c. 8 § 3. agens enim de Tartarorum immanibus usurarum exactionibus ita scribit: *miles quidam in Georgia de quingentis hyperpyris a Tartaris acceptis et per annos quinque retentis coactus fuit eis reddere septem milia pro usuris. quedam etiam domina Tartarica pro quinquaginta ovibus, quas cuidam commiserat et ille per septem annos tenuerat, petuit ab illo pro usuris illarum ovium hyperpyra septem milia, quae omnia ille coactus est solvere pro usura.*

Argenteum, ut et aureum nummum, ita reperio dictum. argenteum quidem nondum in obliione penes hodiernos Orientales, ut quod adhuc plurimum in oribus eorum sonans me audivisse memini; illudque est de quo quam late Leunclavius Pandect. Turc. p. 117 scripsit: decem aut duodecim eiusmodi nummum integrum complebunt. aureum ipse aureus est nummus; de quo Guntherus in historia captae Cpoleos: *solvebat nummum aureum, qui perperam vocari solet, ferdoni, id est quartae partis marcae unius, equivalens. perperam pronuntiabant Latini, ut et hodie Graeci πέρπηνος: iperpera quoque scripsit Leunclavius ex aliis. aureum porro hic intelligi aequus lector necum iudicabit, qui vile pretium primicerio reddendum mecum negaverit.*

p. 32 v. 17. [φογατόρων] *rogatores* sunt milites stipendia merentes, a *roga*, quod est stipendium. φογεύειν est *stipendia facere*. accipitur etiam φόγα pro donativo et honorario, quod alicui non ex debito sed ex gratia persolvitur. Suidas: φόγα ή τῶν βασιλέων εὐσέβεια. *roga* est *imperatorum pia liberalitas et magnificientia*. usurpant etiam Latini. Miscella historia in Tiberio II: *duxit Anastasiam uxorem suam, et coronavit eam Augustam, et iactavit rogam multam. apud Baldricum in historia Hierosolymitana excusant se milites Alexii imperatoris his verbis: nos in roga imperatoris locati nihil aliud quam quod ipse imperat facere possumus. sed de roga copiosius suo loco l. 3 com. c. 5 et c. 9.*

φόγα quid sit, non ignotum Rigaltium Meursium et eruditissimum Fabrotum legenti, eius definitionem a Suida allatam et a Gretsero mutilatam refero et expoно. φόγα ή τῶν βασιλέων εὐσέβεια καὶ φιλοτιμία. *roga* est *imperatorum pietas et munificentia*. erogabant imperatores quotannis de suo ecclesiis proceribus militibus populo stipendia et munera. ecclesiis collata εὐσέβεια, aliis quibuscumque donata φιλοτιμία nomen promerentur. ecclesiae magnae stipendia Romanus Argyrus auxit. Cedrenus: ἐνδέοντας γὰρ τὴν πρόσοδον τῆς μεγάλης εἰδώς ἐκπλησίας ἀτε οἰκονόμους ταύτης γενούμενος ἐν τοῖς ἐμπροσθεν χρόνοις, καὶ τῶν ἄλλων δύσπαις ὑπηρετεῖσθαι ἐνὸς παρὰ τοῦ ταύτης αἱρήσον, ὅγδοήκοντα χεισίουν λίτρας ἀνὰ πᾶν ἔτος χορηγεῖσθαι τούτοις τετύπωκεν ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου εἰς προσθήκην. Nicetas in Manuele l. 1: τῷ αἱρήσῳ τοῦ μεγάλου νεώ ἐποδίδωσι χρυσόβουλον τυποῦν ἀντοῖς ἀργύρεα ἐτήσια κέρματα εἰς μνᾶς δἰς ἐκατὸν κορυφούμενα. procerum rogam auctor descripturus est inferius; eiusque meminit Comnena l. 3: φόγα, inquit, τῶν δοσίντων εἶκοι ἀξιωμάτων, quanta nimirum viginti proceribus in dignitate penes imperatorem constitutis datur. αὐξῆσην φόγαν, eam militibus auctam ibide memorat. erga cunctos exsiccatum hinc liberalitatis profluvium aegerrime fert Balsamon opusculo de Rogato 1 Iuris GR reperiendo p. 471; apud quem quoque leges τὰ φογάλια catalogum et ordinem facienda roga. et apud Theophanem στρατιώτας φογεύειν.

ib. v. 18. Φράγκων] Francos solos, id est Gallos, hoc nomine primo vocabant Graeci, unde diviso a Francis et Graecis imperio vetus proverbium Φράγκον φίλον ἔχεις, γείτονα μὴ ἔχεις. Cedrenus, tum in Leone Isauro tum alibi, ὁ̄γα Φραγγίας laudat, quem non alium a Francorum rege intelligendum ipsem exponit. Italos tamen Apulos et Calabros, a Normannis Franciae populis ortos, Φράγκους non infreque vocat Cuperpalates in Michaelae Parapinacio, et Nicetas Manue lis l. 2 Φράγγους Σικελούς. Germanos pariter ita dictos apud Cedrenum repertis in Basilio. Latinos quoscunque, ut et Graecum vulgus hodie, ita nuncupat Anna Comnen a l. 8. ἐνδοξοτέραν tamen Φραγγίαν καὶ ἔξοχήν intelligit ms R. n. 290. Latinos quoscunque ac maxime Gallos hic memoratos autumo, quos αἰμοζαρεῖς καὶ πολεμικούς, ac iterum δυτικοὺς Φράγγους vocat citatus Cuperpalates.

p. 34 v. 1. Quod dicit Cuperpalata Codinus, cuperpalatae officium, quo olim fungebatur, fuisse suo tempore incognitum, id miratur Meursius, sibique id tam longe annis dissito cognitum profiteatur, idque ex Euagrio 5 1: τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃ κονδοπαλάτην ἡ Ρωμαίων λέγει φωνῇ. habet etiam aula Theodorici Gotthorum regis cuperpalatam, ad quem exstat formula l. 7 Variarum Cassiodori; quem ita describit ut nihil aliud fuisse videatur quam summus architectorum et architectonicae praefectus, der oberst-baumeister, aurea virga decorus.

ib. v. 9. μολυβδίνης βασιλέως σπάθην] de cereis bullis supra, ubi de chrysobullo. de plumbea locum profert Luitprandus, ubi merces e portu efferrandas *plumbēa* imperatoris *bulla notatas* asserit in legatione.

ib. v. 15. φέρει τὴν τοῦ βασιλέως σπάθην] id illi primitus ex officio concessum videtur a Theophane in Michaelae Theophilii: ὁ Βασίλειος περιεπάτει φορῶν σκαραμάγγον μετὰ σπαθίου, ὡς ἔθος τοῖς παρασκομένοις, sacri cubiculi praepositum pluviale imperatoris vestem imbribus et frigori propulsandis ei offerendam tulisse docet Leunclavius.

ib. v. 16. Miratur iterum Meursius ignorantiam Codini, quod logothetae generalis munus incognitum fuisse scribat: fuisse enim praefectum aerarii generalis. sed liceat Codino citra reprehensionem quaedam ignorare, quandoquidem Meursius omnia scit.

ib. v. 18. κελλίον] ut monachi, ita et episcopi, in quibus versarentur aedes, vocavere κελλία. Isaacii Angeli Novella Iuris GR p. 172: ἀπεστάλησαν εἰς τὰ ἐν οἷς καταμένει κελλία ὁ Κυζίκου. et infra: εἰπον μὴ ἐφενοεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ κελλίοις, patriarchae, ut e monasteriis assumpti, etiam in patriarchio *cellam*, τὸ κελλίον, teste Euchologio nostro, repererunt. ipsique tandem imperatores ecclesiasticorum monrum aemuli, de quo nota prima in Cuperpalatae historiam disserit, in palatio angustam sibi condidere *cellam*, in quam tumultu negotiorum erepti se reciperent. in huiusmodi penetrale, retro cubiculum interius positum, secessit ab amicis monitus Andronicus senior, ne quid in eum molirentur iunioris fautores in exteriore trichlinio stantes: τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀνέστη τε αὐτίνα τοῦ θρόνου καὶ πρὸς τὸν ἐνδότερον οἰκίσκον ἔχώσει, τὸν νέον βασιλέα τοῖς ἀκρωμένοις ἄμα παρὰ τὸν ἔξω καταλιπών. ita Cantacuzenus l. 1 c. 13. at c. 5 non minus angustam quam angustum depingit, adeo ut iuvenis imperator εἰσιὼν τοῦ οἰκίσκον τὴν θρόνον, ἐν ᾧ καθῆστο συνήθως ὁ βασιλεὺς, stemmatis in capite positi lapides ad superliminare nescius alliserit. de *celliotis* sive *cubiculariis* a cella dictis agit Phranzes 2 1.

p. 35 v. 7. ἡνα δημηγορήσῃ] verba fecere de rebus sacris ad senatum et populum imperatores Graeci. Theophanes Cedrenus Zonaras tam gravi morbo iactatum Leonem Sapientem referunt ὡς μὴ δυνηθῆναι διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ τὴν συνήση διάλεξιν, η καλεῖται σελένιον, recudunt ab amico Combefis, quas de Christo, de B. V., de sanctis plures vegetus pronuntiavit sermones. Alexander huius Leonis frater, referente Cedreno, ἄμα Νικολάος καθεσθεὶς ἐν τῇ Μαγνανδρᾳ, σιλεντίον γενομένον τὴν Εὐθυνίου καθαίρεσιν ἐποίησατο. Manuel Connenus, Niceta scriptore in eius vita l. 7, κατηχητηρίους ὥδιν λόγους, οὓς φασι σιλέντια, καὶ εἰς κοινὴν ἀνέπινυσεν ἀκοήν. de Leone Armenio dixerat prius brevis et mutilus continuator Theophanis τὸ πρῶτον ἐποίησεν σιλέντιον ὃ νῦν τῆς ἀληθείας. idcirco demum ignem imperatoribus Christianis praelatum asserit Balsamon quod λαμπτὺς διδυκαλικὸν ἔστιν ἀξιώματος, et αὐτοκράτορες κατηχητικῶς ὅμιλονται τῷ χριστωνύμῳ λαῷ.

ib. v. 8. εὐεργετήσῃ ὁφρικίου] ita Comnenus Alexius, teste filia eius vitae l. 1, τὸ γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἀξίαν, σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐν μέσης συγκλήτου.

ib. v. 13. apocrisiarius] est hic legatus, qui alterius loco imperatori aliquid proponit; quod tamen nonnisi per protovestiariten, et hoc absente per magnum hetaerarcham, et hoc itidem absente per primicerium aulae fieri poterat. cave autem ne ob ambiguitatem Graeci textus primum protovestiariten crees. non enim hic sensus est, *primum protovestiariten hoc posse*: sed inter omnes protovestiariten πρῶτον primum ante omnes esse cui imperatori aliquid in parastasi proponendi ius et facultas suppetat.

Sed ut ad apocrisiarium vel apocrisarium dictum a responsis P 209 revertamur, est internuntius responsum ferens aut accipiens, et est legatus vel procurator conficiendi alicuius negotii causa missus. in epistolis S. Gregorius magnus et alii Romani pontifices *apocrisiorum* et *responsalium* passim meminere. originem habet vox ἀπὸ τοῦ ἀποζητομαι, quod est *responsum dare*. hodie reges et principes in aula pontificis et aliorum regum suos habent legatos, qui revera sunt *apocrisiarii*, responsis ferendis et accipiendo destinati. olim ecclesia Romana in Cpolitana habebat suum apocrisiarium seu responsale, qui in aula imperatoris residens res ecclesiae curabat; quo munere olim in aula Iustiniani functus est ante pontificatum S. Gregorius magnus. et in aula regum Franciae perpetuus erat apocrisiarius, id est responsalis negotiorum ecclesiasticorum. Hincmarus epist. 3 c. 13 et 14: quando *Constantinus magnus imperator Christianus effectus propter amorem et honorem SS. apostolorum Petri et Pauli, quorum doctrina ac ministerio ad Christi gratiam baptismatis sacramenti pervenit, locum et sedem suam, urbem scilicet Romanam, papae Silvestro edicto privilegiū tradidit, et sedem suam in civitate sua, quae antea Byzantium vocabatur, nominis sui civitatem ampliando aedificavit, et sic responsales tam Romanae sedis quam et aliarum praecipuarum sedium in palatio pro ecclesiasticis negotiis excubabant, aliquando per episcopos, aliquando vero per diaconos apostolica sedes hoc officio fungebatur; quo officio B. Gregorius in diaconi ordine functus fuit.*

et ex aliis praecipuis sedibus per diaconos id officium exsequebatur, sicut sacri canones iubent. et in his Cisalpinis regionibus, postquam Hludovicus praedicatione S. Remigii ad Christum conversus et ab ipso cum tribus milibus Francorum in vigilia S. paschae baptizatus exstitit, per successiones regum S. episcopi ex suis sedibus et tempore competenti palatium visitantes vicissim hanc administrationem disposuerunt. et c. 16. apocrisiarius autem, quem nostrates capellanum vel palatii custodem appellant, omnem clerum palatii sub cura et dispositione sua regebat. infra c. 19 et 20: e quibus praecipue duo, id est apocrisiarius, qui vocatur apud nos capellanus vel palatii custos, de omnibus negotiis ecclesiasticis vel ministris ecclesiae, et comes palatii de omnibus saecularibus causis vel iudiciis suscipiendo curam instanter habebant; ut nec ecclesiastici nec saeculares prius dominum regem absque eorum consultu inquietare necesse haberent, quoisque illi praeviderent si necessitas esset ut causa ante regem merito venire deberet, si vero secreta esset causa, quam prius congrueret regi quam cuiquam alteri dicere, eundem dicendi locum eidem ipsi praepararent introducto prius rege, ut hoc iuxta modum personae vel honorabiliter vel patienter vel etiam misericorditer susciperet. apocrisiarius quidem de omni ecclesiastica religione vel ordine, nec non etiam de canonicae vel monasticae altercatione, seu quaecunque palatum adibant pro ecclesiasticis necessitatibus, sollicitudinem haberet; et ea tantummodo de externis regem adirent, quae sinc illo plenius definiri non potuissent.

Legatos sive apocrisiarios ad se missos quomodo consabulatiobibus, victu suppeditato et parato hospitio Graeci susciperent, concilimus ex Luitprandi legatione ab ipsomet scripta, quamvis infensum eius in Graecos animum duriora et parum aequa istorum officia irritaverint. ἐν παραστάσει se susceptum narrat. sederunt, inquit, cum imperatore ad disceptionem vestram secundum eorum traditionem sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius paraximomenos, protousecretis, protovestiarius et duo magistri.

p. 35 v. 20. In uno codice Boico est ἐπίγνωστον. in margine additur ἵσως ἀνεπίγνωστον. quam lectionem si sequamur, iterum plura scit Meursius quam Codinus. *nos scimus*, inquit, *quale officium habuerit pappias*: erat enim custos palatii. idque probat ex Constantini Manassae Chronicō. miserum Codinum, qui Manassen prius non legerit quam libello isti conscribendo manus admovit.

ib. v. 22. ὁ ἐπαρχος] non adeo multis ante Codinum saeculis praefecti urbis vigebat munus, ut ex Cedreno in Leone Armenio et in Theophilo et ex Leonis et Constantini AA Ecloga tit. 4 facile dignosci queat: ὁ τῆς πόλεως ἐπαρχος πάντα ζητεῖ τὰ ἔγκληματα, καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει γινουμένα ἀκρούται. ius in praetorio exercuisse Zonaras demonstrat in Phoca: πλείονς δὲ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολέσῃ αὐτούς, οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθείσθησαν. reorum in praetorio fuere carcerae. idem: οἱ δὲ ὄχλοι ὅμοι γενουμένοι ἐνέποιησαν τὸ πραιτώριον, καὶ καθειργεῖτο διέργην. imo praetorium ipsum carcer est. Zonaras in Isaacio: δημοσίᾳ εἰρχή, ἡ πραιτώριον κέκληται. Nicetas in Alexio 3, 1. quoque 3: οἱ Λάγος ἐκ βασιλέως ἀληφῶς προστετασθαι τῆς τοῦ πραιτω-

ριον φρουρᾶς, cuius ibi scelera, rapacitas et in sotibus puniendis atrocitas describitur. alia occurunt apud auctores argumenta, ubi de vindicandis sceleribus sermo, annonam in urbe providebat, et pretium ne excederet ficebat. Zonaras rursus in Theophilo: ὅπως ἔκαστον τῶν ἀνίλων πιπόσανται ἐπολυπραγμόνει καὶ ἐπυνθάνετο, καὶ εἰ πολλοῦ τινὰ πιπρασκούεντα εὑρίσκειν, τὸν ἐπαρχον περὶ τούτων ἀνέρινε, καὶ η̄ καταγινώσκων τούτον ἔπαινε τῆς ἀρχῆς η̄ ἐπιπλήττων διώρθον. reliqua eius munia fuse prosecutur Ecloga citata Iuris GR tom. 2 p. 85 86 et 99.

p. 36 v. 11. Lego τῶν σεκρέτων pro τῶν κριτῶν, cum Glossario. facilis mendi origo fuit.

ibid. τῶν σεκρέτων] non unum fuisse Cpoli σέκρετον arguit vox multitudinis. μικρόν reperio fuisse patriarchae, de quo Euchologium nostrum et Cedrenus in Copronymo: τὰς ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ τοῦ πατριαρχεῖον εἰνόντας διὰ ψηφίδων οὔσας κατέβαλεν. in quo etiam Nicephorum Botaniatem chrysobulon synodalibus decretis confirmandis edidisse refert Bullengerus. erat privatarum secretum, ubi asservabantur instrumenta et urbis iura, de quo Balsamon ad Marcum patriarcham resp. 9: καταστροθὲν ἐν τῷ σεκρέτῳ τῶν οἰκειανῶν. erat et publicarum, in quo publica reponebantur. de hoc Cedrenus, Phranzes, ubi de Monembasiotis, et alii; hocque vocari τοῦ γενικοῦ generale a Europalate in Leone Basilii quidam autumant. aliud iterum observo in praetorio, de quo Theophanes in Phoca: οἱ δὲ πράσινοι ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ ἔκανσαν τὸ σεκρέτον καὶ τὰ σκρίνια καὶ τὰς φυλακάς.

ib. v. 12. βασιλικῷ δρισμῷ] quibus non ex officio, sed ex principis voluntate ius in aliqua causa dicendi committitur auctoritas.

ib. v. 16. Mysticus est senator secretioris consilii, qui Germanis geheimer rath.

ib. v. 18. domesticus scholarum] scholae fuerunt undecim, L. ult. cod. de loc. et conducto, id est ordines palatinorum officiorum ad capessenda imperatoris iussa vacantium. et omnium praefectus *domesticus scholarum* in iure dicitur, ut et apud Zonaram Cedrenum et alios. Wolfius minus vere vertit domesticum legionum, in Basilio Maccadone et Romano Lacapeno Zonarae. haec Iunius. de scholis videndus Cuiaci ad l. 12 codicis Iustinianei.

P 210 p. 37 v. 4. Barangij] detortum ex Latino *Angli*, nisi malis ex *Franci*. hos habitos esse pro magna fidei custodibus, vel inde apparet quod ad fores ipsius imperatorii conclavis excubias agerent.

Βάραγγοι] imperatoris satellites et belli socii ex Anglia in Oriente militantes. auctor *Iγγλινοτί* *Anglice* loquentes introducit c. 7. Britannos sive Anglos bipennibus armatos asserit manifeste Nicetas l. 2 Isaacii Angeli versus finem: ὁ τῶν πελεκυφόρων κατάρχων Βαρεττανῶν, οὓς νῦν φασὶ *Ιγγλίνους*. porro idem est *Βάραγγον* ac *πελεκυφόρον* legere, cum Barangos non infrequenter bipennibus instructos referant auctores alibi producendi. Thule oriundos, si tamen est lectio sincera, Comnenus scribit l. 2: ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγον. Germanos tamen asserit Nicetas in Alexio 2: κατὰ τὰ ἀνάκτορα συλληφθεῖς καὶ φρονοῦ διαληφθεῖς Γερμανῶν, οἱ κατωμαδὸν τοὺς ἑτεροστόμους πελένεις ἀνέχοντι, ἀπόρτος ἔμενεν. asteriscum hic apposuit Wolfius, quod forsitan

Bορτανῶν legendum agnosceret. iam sub Michaeli Paphlagone Graecorum signa secutos colligimus ex Cedreno in eius vita; quos tamen nondum in satellitum numerum allertos, sed solo singulariorum militum cingulo donatos legimus εἰς παραχειμασίαν ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησιών διεσπαρμένους. ἀκόλουθον eorum ducem memorat idem in Constantino Monomacho, ubi a Francia eos numero distinguit, licet utrisque ἀκόλουθον eundem praeficiat: ὁ βασιλεὺς τὸν ἀκόλουθον Μιχαὴλ μεταπεμφύμενος ἐς Ἰβηρίαν ἔκπειται, ὃς ἐκεῖ γενόμενος καὶ τοὺς διεσπαρμένους ἐν τῇ Χαλδίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φαράγγους καὶ Βαράγγους ἀγάγῃ. exīt Franci sub eodem vexillo cum Barangis militantes ac eisdem armis instructi inter Barangos recensiti penes Nicetam in Alexio 2: καὶ γνωσθέντες παρά τινος ἔκειτο φυλάσσοντος (γένους οὗτος τοῦ πελεκυφόρου Κελτικοῦ) συλλαμβάνονται.

ib. v. 5. cellae porro nomen adeo recentioribus Graecis arrisit ut id etiam ad imperatoris conclave traduxerint, ut videre est hic et alibi saepius apud Codinum.

ibid. excubias agentes Barangi ad sacri cubiculi fores vigilant. eos inde repulit Andronicus, ut molosso enī confidebat corporis praesidium permetteret: οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες, ait Nicetas in eius vita l. 2, καὶ δορυφόροι ἀποδέν πον τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος υπεκτός πατητηνάζοντο, ὁ δὲ γε νῶν πρὸς ταῖς θύραις ἐδέδετο. excubiis liberati stationem loco dicto Excubita deputata habebant, ait Zonaras in Ioanne Comneno: οἱ Βαράγγοι τὴν ἐν τοῖς Ἐξκονβίτον διειληφότες ὁδόν, ἐνθυπερ τούτοις καὶ ἡ πατητήσις. unde antiquis excubitoribus vocatis Barangos successisse non diffitendum. claves urbium ad quas divertebat imperator, custodiae suae demandatas tenebant. Cantacuzenus 2 13: τὰ κλεῖδα τῆς πόλεως τοὺς τὰς πελέκης ἔχοντας Βαράγγους κελεύσας ἀγαγεῖν (τούτους γὰρ ἔθος τὰ κλεῖδα τῶν πόλεων ἔνθα ἀν ἀποδημοίρια παλεύεις κατέχειν) Λαήγω ἐκέλευσε παραδίδονται. cur vero Barangi dicterentur Angli excubidores, diximus ad Europalatam notis p. 808.

p. 37 v. 7. stationarii milites] παραμοναῖ, παρὰ τὸ παραμένειν, quasi mansionarii. vertunt tamen docti stationarios, quia haec vox aptius exprimit id quod milites illi erant, quam dictio mansiōnarius. de excubiis palatii et urbis itidem Cpolitanae lepidam historiam invenies apud Luitprandum Ticinensem l. 1 rerum per Europam gestarum, c. 3 n. 4.

ibid. festi pervigilium, quod celebritatem παραμένη τανεῖται, recentioribus est παραμονή. satellites quoque principem ubique manentes et expectantes, παραμένοντες, et eum adesse monentes, παραμονῶν appellationem meruerunt.

ib. v. 9. ἄλογα] quod irrationalē quodcunque significabat, nunc equi speciatim est indicium ἄλογον, ut inter irrationalia communissimus. ubi auctor ἵππον correcte scribit, lectionis diversitas frequenter ἄλογον reportavit in superioribus.

ibid. φέροντες τὰς σπάθας] Gregoras l. 8: τῶν δὲ περὶ βασιλέα πελεκυφόρων καὶ στρατιωτῶν καὶ ξιφηφόρων παταδαρθάνειν μελλόντων. στρατιωται hic παραμοναι. Anna Comnena l. 2 ad extremam calcem: στραγγαγῶν τοὺς ἐπὶ τῶν ὀμών τὰ ξιφη πραδαίνοντας. satellites illos bicapulis ensibus, ineptis qui ad latus appendantur, exindeque ad manum et supra humeros gerendis, armatos putaverim. id, ni me fallit sensus, arguant veteres satellitum picturae et auctoritates iamiam lectae.

p. 37 v. 11. palatia] Iunius ἀπελατίνια, et interpretatur *praelongas hastas sive contos, quos sarissas vocant Macedones.* sed legendū πιλατίνια, probabilius commentum fuisset, si hoc nomen ab ἀπελαίνω deduxisset, quasi hastas abigendis hominibus ac viae facienda idoneas.

ibid. πιλατίνια militaria pila quibus vexillula siva exilia vexilla sunt affixa, hanc expositionem auctor suggesterit sequente capite p. 53 15 et p. 54 11. alii clavas argenteas et aureas principibus praefferri solitas expoununt.

ib. v. 13. cappas] cappasia a *cappa* formant iuniores Graeci. Germanis *ein kappen*, pro tegmine capitis. nec dubito vocem *cappa* pro pileo originem ducere a Latino *caput*. aliquando cappa assuta est vesti, ut appareat in vestibus monasticis, et toti vesti nomen indit: aliquando a vestimento seiuncta, instar communium pilorum.

ibid. pileus quidem est παπάσιον, at nec *cappa* nec *cucullio*, sed qui oras circumquaque expandit. Simon Portius ex ore attestantis vulgi: παπάσι πανούσι, πέτασος, πίλημα etc. *galerus*, *causia*, *petasus*, *pileus* etc. vide petasum dici qui expansis oris praebeat undequaque umbram. huiusmodi vero fuisse in usu nonnullis hinc retro saeculis, docent cardinalium petasi et antiqua pictorum heroum monumenta.

ib. v. 14. lorias κλίβανα. τὸ κλίβανον, κλιβάνιον, *clibanum*, *lorica*. Leo Constitut. 6: εἰ δυνατὸν δὲ καὶ θώρακας ἔχειν, οἵτινες καλοῦνται νῦν κλιβάνια. vide Rigalium. Alexander Severus apud Lampridium: *cataphractarios*, *quos Persae clibanarios vocant, decem milia in bello interemimus, eorum armis nostros armavimus*. Ammianus l. 16: *sparsique cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Persae, thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacula, non viros.*

ibid. Leo Constit. 5: κλιβάνια σιδηρᾶ ἢ καὶ ἐξ ἑτέρων ὄλης. sunt itaque vel bellici thoraces, vel superinduenta thoracibus saga, quae ἐπάνω κλίβανα dicit Nicetas Manuelis l. 6. hic vestem leonibus pictam, non armaturam, quilibet intelligit.

ib. v. 16. cortinarii] a *corte seu curte, scena, tabernaculo seu tentorio*: hoc enim est ρόγτη. etiam pro integra aula imperatoris aut regis accipitur, non tantum pro scena seu tentorio. hinc *cortesia*, aulica urbanitas. *cortesisch* aulice, urbane. in legibus Alemannicis est titulus *de eo qui in curte regis furtum commiserit*, et *de eo qui in curte ducis hominem occiderit*. significat etiam villam, castrum, oppidum. Flodoardus: *quidam presbyter de Bovonis curte: sic enim villa vocatur*. Godefridus monachus in Annalibus: *in quadam curti monachorum de Evera latens. in diplomate Ludovici: curtam nostram Turegum in ducatu Alamannico; ubi clarum pro pago vel oppido usurpari.*

ibid. κορτινάριοι] quinam sint, auctor exponit inferius.

Sunt et κορτελῖνοι. cave confundas cum *cortinariis*, monet Glossarium, quia isti honoratum munus obibant, illi vile. Glossae

Basilicae: κορτελίνοι, εὐτελεῖς θυρωροὶ τοῦ πραιτωρὸν. observa Iunium hic, ἀλλ' οὐν κάτω ἵσταται, οὐν accipere pro oὐ; dicitque τὸ ν̄ esse inceptam paragogen recentioris Graeciae; idque confirmat ex aliis duobus Codini locis, ubi putat οὐν pro oὐ accipi.. verum nos potius credimus duobus illis locis, c. 14 et c. 17 τὸ ν̄ esse assumptum inepti librarii, legendumque oὐ, non οὐν: eo autem loco de quo hic loquimur, οὐν recte poni, neque pro negativa particula οὐ usurpari.

ib. v. 18. τῆς προκύψεως] videant, inquit Meursius, an recte adorationem et oratorium viri docti sint interpretati. nusquam, Meursi, est enim in profanis, theatris et spectaculis, πρόκυψις. en Genuensium magistratus cum proceribus astans coram imperatore εἰς τὸν καιρὸν τῆς προκύψεως c. 7. orationis forsan tempore? imo vero prandii, μέχοι τῆς τραπέζης. in ecclesia vel sacello? tantum abest: in triclinio, ubi eum curia veneratur, εἰς τὴν παράστασιν. ergo nihil semotius ab oratorio et adoratione quam πρόκυψις. en iterum apud Comneni filiam l. 8 Alexius pater περὶ τὰ κορήδεμα προκύψας ὥμιλει τοῖς Σκύδραις: ex moenium pinnis inclinatis Scythis colloquitur: quid oret aut quid adoret, nullus agnoscit. eodem libro imperator idem ἀπὸ τοῦ τείχους προκύπτει, egregie sane distractus, qui de oratione non est sollicitus. caeterum quid germane πρόκυψις indicet, haud reticet Nicetas: probet qui Graeca non ignorat auctoris Graeci mentem. in Alexio l. 1 ἔστη, inquit, ἐπάνω τῶν ιψηλοῦ ἐξαύγηντος φανεῖς, ποιήσας τὴν νῦν λεγομένην πρόκυψιν, de loco nimirum eminentiore prospectationem, eo quod eius thronus suppedaneo ac pluribus gradibus elevatus eum velut acclinem de excelso populum infra positum respicere concederet. haud memorat quidem, aptissime tamen πρόκυψιν describit Gregoras ad extremam historiae calcem. δῆλον ὅτι τοῖς ἄπασιν ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου ἐν διαμέτρον ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρικλίνων ἀμφότεραι ὑπέροχειν ταῖς πον τοῦ μεταξὺ ἐπιπέδου ἄχρι καὶ ἐς τοτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅπη καὶ ὁ βασιλικὸς ἕστητης θρόνος, ἵν' ἦως ἔχῃ τι πάν τούτῳ πλέον τῶν ἀλλων ὁ βασιλεὺς ἰσταμένος, ἐν τε ταῖς ἴσχαις ὑπηρείαις, καὶ ὅπε διαλέγοιτο νῦν μὲν τοῖς υπηρεσίαις νῦν δὲ τοῖς ἐξ ἑδνῶν πρόσθεισιν. ἔξειναι γε μῆν ἐπ' ἐκείνης τῆς στάσεως οὐδεὶν τῶν ἀπάντων τῷ βασιλεῖ συνιστασθαι, πλὴν τῆς συνήγον καὶ τῶν πίστων καὶ τῶν ἀδελφῶν, προσθεῖην δὲ αὐτοῖς πατροσέλφων. observa Graecos hodiernos, ut aliquam iubebant e fenestra vel exedra prospicere, dicere κύψεις vel σκύψεις. an πρόκυψις sit illud περίδοξον προσκήνιον βασιλικῆς αὐλῆς, in quo moriturus Tiberius ad senatum orationem habuit, ut initio l. 1 refert Simocatta, et Cedrenus in Iustiniano προσκήνιον τῆς βασιλικῆς, mihi penitus est indubitum: est enim quod Zonaras τριβουνάλιον in eiusdem vita appellat. tribunalium autem sive tribunal regium quid aliud quam πρόκυψις, de qua nobis sermo?

ibid. Bardariotae a Bardario flumine Macedoniae, cuius meminit Wilhelmus Tyrius belli sacri 2 13 et 14. de quibus paulo post plura Codinus.

ibid. Persarum antiquum genus a Theophilo imperatore circa Bardarium Macedoniae fluvium, Ἀξιόν prius dictum, ex Zonara, translatum a fluvio nomen accepit. auctor infra. Leo Grammaticus in Theophilo: τοῖτα προσέχουγεν Θεόφιλος Πέρσης ἀμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ μετὰ Περσῶν χιλιάδων τεσσαρεσσαΐδενα, οὓς διένιμεν οὗτος ἐν τοῖς δέμασι κατασκηνύσας καὶ εἰς τούδης ἀποκαταστήσας, οἱ μέχρι τοῦ νῦν λεγονται τοῦρμαι Περσῶν.

ib. v. 20. ὁρθοινὸς ὑμνος] laudes matutinae circa diluculum decantandae, quae et ὁρθος: de quibus Euchologii notae. caeterum officii divini horae recensentur eo quod a palatii clericis statis horis et temporibus persolverentur.

p. 38 v. 2. συηνήν, ἡτις κόρη] apte describit anonymous apud Riegaltium: τῆς βασιλικῆς συηνῆς κατὰ μέσον πηγηνυψένης γνούθεν τῆς κόρης κενὸς ἀφοριζέσθω χῶρος, ίκανὸς χωρεῖν καὶ τοὺς ἐν υψῃ παραμένοντας καὶ τοὺς ἐν ἡμέρᾳ συνερχομένους εἰς τὴν κόρην.

ibid. ὁ μέντοι κόμης] Cedrenus in Nicephoro Logotheta: ὁ Μιχαὴλ τὴν τοῦ κόμητος τῆς κόρης τὴν ἀρχὴν ἐγκειούσται, tentiorum comes instituitur. τῆς κόρης meminerat Cedrenus idem in Leone Copronymi: ἀπέβαλεν τὴν πόρτην, tentoria amisit.

ib. v. 3. πανία panni. extrito altero n et mutato genere. sic antipana panni oppositi pro πανίον legitur etiam πανόν et πανός.

Σκονφίας Italicum; et est proprie quod Germani vocant ein hauben, vitta, certum tegumen capitis.

ibid. pileolus interior summum verticem super aures in gyrum ambiens est σκονφία, calotta quibusdam, cui grandiores petasi superponuntur, ut subiungit auctor σκονφίας μετὰ παπασίων.

ib. v. 6. Turcicum paputz fecit Graecum παπούτζιον. Portius cum vulgo reddit παραπόδη, σάνδαλον, ὑπόδημα, calceamentum etc. idque solitum et usitatum.

ib. v. 10. Angurotum gestamen capitis seu pileus Bardariotum, cucumeris formam praeferens: nam ἄγγοντιον καὶ ἄγγονδος Graecis cucumerem significat. nec assentitur Meursius Iunio, qui ab angariis dedit.

ibid. Simon Portius: ἄγγοντιον σίκνον, σίκνος, cucumber, cucumis. ἄγκονδωτός, ita scribit ille, oblongus et ad formam cucumeris.

P 211 ib. v. 12. λῶρος et λῶρον lorum a Latino. μαγκλάβιον mani- clavum, manualis clava. in codice uno Boico et altero Lautheriano desunt illa ἥως βακτηρίας ἡ ὁρθδονς. et clarum videtur esse τοῦ μαγκλαβίον declarationem, si non ab auctore, certe ab aliquo librario. hinc μαγκλαβῖται, qui manuarias clavas ferunt.

ibid. μαγγλάβια auctor annotat esse λῶρονς, ὁρθδονς, βακτηρίας, nervos videlicet bubulos, virgas, fustes, spongibus quibusque puniendis. plagae quoque nervis et fustibus huiusmodi infictae sunt μαγγλάβια. Leo Grammaticus in Theophilo: τὸν στρατηλάτην τοῖς προσήκουσι μαγγλαβίον ἐσωφρόνισε. Nicetas in Manuele I. 4: τὸν δὲ Πονπάνην ὁ βασιλεὺς συλλαβὼν ἔξεινε, μαγγλάβια δοὺς πολλὰ δημόσια, κατὰ τε τοῦ γάτων καὶ τῶν ὄμεων. Miror (quod et nunc in Turcia more receptum) verberatis nullam inde inustam infamiam. Petronas enim Theophilii ex uxore frater, criminis convictus, imperatoris iussu ἐκδυθεὶς ἐν τῇ μέσῃ τῆς ὁδοῦ τύπτεται τὰ νῶτα σφοδρῶς, moxque ad palatium et imperatoris contubernium revertitur. ita Leo Grammaticus in Theophilo. eiusmodi plagae ἀλλακτά dicebantur, duodenarioque numero solebant infligi. Blastares c. 13 τὸν Ε στοιχεον: δώδεκα ἀλλακτά λαμβανέτω. Choniates in Andronico: δι' ἀλλακτῶν ἐπαίδενες δώδεκα. observo insuper Bardariotas istos, de quibus sermo, ὁρθδονύχοντα a fustibus gestatis dici apud Nicetam Andronici 2: οἱ τὰ ὑσγινοβαρῇ φοροῦντες

οἱ ὁμιδοῦχοι. μαγγλαβίταις etiam lego in Anonymo περὶ καταστάσ. ἀπλ. ad aquilonarem τῆς κόρης regii tentorii, ad quod excubabant, partem, stationem in exercitu habuisse. praefectum eorum κόρης κόμητος apud Cedrenum in Nicephoro I dictum existimo, qui deinde μαγγλαβίτης honorarius carnifex, nuncupatus eidem Cedreno in Constantino Leonis F, τῇ τοῦ μαγγλαβίτον, ita scribit, ἀξία τιμηθεῖσ. at ne quis ἀπὸ τῆς τοῦ μαγγλαβίτον ἀξίας carnifinam putet alienam, en ut apud Grammaticum Leonem θυμωθεῖσ ὁ βασικένς καὶ ὁ Βασιλεὺς ἀποστέλλοντο μαγγλαβίτην τὸν Μανῳθέοδωρον ἔτισε ἀνελεῖν τὸν μοναχόν, ut quid, nisi ut officio fungeretur?

ib. v. 15. πριμμικήριον] qui μαγγλαβίτης et κόμης κόρης, de quo nota superiore.

p. 39 v. 12. σκυλλόμαγγος *mango canum*. Glossae Latino-Graecae: *mango κυνοτρόφος*. Iunius libentius legeret σκυλλομαγγόνων. quibus praeerat ὁ πρωτονυνηγός, magister seu princeps venatorum. nam ut hodie, sic et olim regibus et principibus venatio curae erat, forsan nimiae, saltem interdum: nam quando Bulgaros Scythas Patzinacas Saracenos Turcas principes Cpolitani venari debebant, ipsi venabantur cervos apros ursos et similia animantia, non sine ingenti impensa, quae necessario facienda erat tam in homines quam in canes. ubi modum minime omnium tenuit Andronicus Palaeologus Iunior imperator, de quo Gregoras sub finem suae historiae: canes et aves venaticas magno alebat numero; quibus ita erat deditus, ut si quis eum aditurus canem aut avem offerret, facillime compos voti redderetur. quae omnia Cantacuzenus post eius obitum iis qui petebant distribuit, cum magnitudinem sumptuum reputaret, et rem ipsam imperio non modo inutilē sed etiam periculosam iudicaret: nam quindecim aureorum milia imperatorii fisci procuratores ultra veterem morem in eas res expensa rettulerunt. numerum canum et avium venaticarum Andronici expressit Phranzes l. 1 Chronicī c. 12. fuit Andronicus venationis cupidissimus: alebat canes amplius mille quadringentos, aves sive accipitres supra mille quadringentos; quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur.

ibid. σκύλλος *canis* est, non hodiernis modo, sed et antiquis, cum Scyllam puellam in freto Siculo a canibus obsitam σκύλλαν *canem*, *seminam* mythologi vocaverint. μάγγος nota vox, ex qua cum prioro σκυλλομαγγός, eundem arbitror quem Sciliorum (τῶν σκυλλίων) custodem Luitprandus scribit initio Legationis: cuius fidei (quod non advertit) ipse in contemptu fuit commissus.

ib. v. 15. τὸ διβέλλιον *duplex* seu *geminum velum*. Iunius ubique inscienter *divum velum*, ex Latinis *divus* et *velum*; et inscientius adhuc huius suae opinationis et originationis rationem reddit. legat quem nugae delectant. vocula δι, ut in aliis, ita et hic geminandi nota est. erat hoc *divellum* seu *divelum* vexillum imperatoris, gemino velo constans, quasi dicas *divelum*, quod imperatori semper a scutero seu scutifero praeserebatur.

ibid. Meursius *verillum imperatoris bifidum*, Gretserus *verillum imperatoris gemino velo constante*, ille iterum: *viril docti*, Iunium in-

telligit, hic quoque interpretantur divum velum: sed falluntur. hic rurus: Iunius ubique inscriter divum velum. at nec fallitur nec inscriter Iunius loquitur, cui, eo tutius quo eruditius, patrocinatur Dempsterus in ultima Romanarum antiquit. calce. ex quo, inquit, *nomina ducum vexillis praescripta*, puto effectum ut adorarentur signa. ideo salutari consilio Constantinus crucem inter signa collocavit, ut adorari posset. Hieronymus epist. ad Laetam de instit. filiae. vexilla militum crucis insignia sunt. Claudianus l. 2 in Ruffinum: Augustus veneranda prior vexilla salutat. et l. de bello Getico: turba salutatis effunditur obvia signis. vexillum istud labarum audit. Curopalates διβέλλιον vocat, divum velum. Prudentius l. in Symmachum: Christus purpureum gemmato texus in auro signabat labarum. ea causa etiam cur per signa iurarent milites. haec nos ex Dempstro in divi sacri que veli patrocinium, ne proscriptam Iunii doctrinam temere videremur defendere. inter iconas concilio Florentino Romanae editionis et Regiae admixtas, ad imperatoris Graecorum in triremi sedentis latus vexillum est longius, at non bifidum, cui crux appicata est: an non potius ob crucem et religionem divum velum quam geminum velum?

p. 40 v. 1. ὁ κοιεστωρ] etiam labentis imperii tempore plurima pollebat quaestor auctoritate. Ecloga Leonis et Constantini AA tit. 5: ὁ κοιεστωρ ἔξοντιαν ἐπὶ τοὺς τῆς μεγάλης ταύτης ἐπιδημούντας πόλεως ἔξι οἰασδηποτοῦν χώρας, εἴτε ἄνδρας εἴτε γυναικας εἴτε ηληρικοὺς ή μοναχοὺς ή ἀσητειας, εἴτε τῶν ἔξι πόλεων αυτηγόρους, εἰ καὶ ἄλλης οἰασοῦν τύχης τε καὶ ἀξίας, καὶ περιεργάζεσθαι τίνες τε εἰν καὶ πόθεν ἥκοιν καὶ ἐπὶ ποικιλοφάσει. plura persecuitur illud caput ad moram alienorum in urbe faciendam spectantia. consulatur Iuris GR tom. 2 p. 87 90 et 99.

ib. v. 10. ὁ μέγας διερμηνευτής] quae sibi praestiterit officia magnus interpres, Luitprandus in sua Legatione edisserit.

ibid. δραγόμενοι sive δραγομάνοι interpretes linguarum exoticarum, quales in aulis magni reges habent, ut peregrinarum gentium legationes interpretentur. est ex Chaldaico *thargum*, metathesi primarum literarum, quod est interpretamentum; et *metargen* seu *turgeman* interpretes, δραγομανίζειν interpretet agere. hodieque qui loca sacra Palaestinae lustrant, suos interpretes drusselmannos vocant.

ib. v. 17. sive de armis] ita vertendum, non ut Iunius ubique *de curribus*, quia Graecis ἄρμα ἄρματος καὶ τὰ ἄρματα arma sunt, ut multis exemplis docent Rigaltius et Meursius in Glossariis. hinc ἄρμαμενταρεῖον, ἄρμαμενταρεῖα, ἄρματώριον *armamentarium*, ἄρματοι *armati*, ἄρματοῦραι *armatureae*, ἄρματοῦν, ἄρματονειν *armare*. quin et vocula ἄρμάριον et ἄρμάρῃ utuntur, quod est *promptuarium* seu *tauriceion*.

ibid. κούρσων] προαιδᾶν vocat Leo in Tacticis pluribus constit. 17 locis, *incursiones* videlicet et *depraedationes*.

p. 41 v. 6. protonotarius] hic palatinum officium significat, ecclesiasticum vero in secunda pentade officialium magnae ecclesiae. uterque plures sub se habebat notarios, qui olim celebrabant 25 Octobris festum SS martyrum Marciani et Martyri, quos, ut ex

Menaeo liquet, *notarios* appellabant. notarii igitur dnois istos notarios, sub Constantio Ariano imperatore pro fide orthodoxa occisos, merito venerabantur, sicuti medici SS Cosmian et Damianum medicos. sed processu temporis superseminavit inimicus homo zizania, festo propemodum in Bacchanalia vel Lupercalia verso. quae aliquando fiebant in SS notariorum festo a notariis pueros ducentibus, cum scenicas personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt sanctissimi illius domini Lucae patriarchae decreto. ita Balsamon ad 62 canonem Trullanum. eadem ferme invenies l. 8 Iuris Graecorum Romanorum p. 223. notarii ergo pueros etiam docebant. vix fides P 212 de palatinis et ecclesiasticis; quare ad alios notarios officium pueros docendi referendum erit.

ib. v. 14. vocabulum *κάστρον* generatim hic significat *munitio-*
nes, sive oppidi sive fossati. etiam *κάστρον* singulari numero legimus. Constantinus Them. Orient. 10: *κάστρον λοτίνον ὄχυρων*.
καστροφύλαξ castrorum custos, *καστροπόλιστης castrorum metator*,
καστροχοισία castrorum metatio, *καστρέσιον* sive *καστρίσιον castrense*.
Iisdem in usu sunt *καστελλος*, *καστέλλιον*, *καστέλη* pro *castellis*
sive *munitioibus* et pro *oppido*. hinc *castelliani* milites castellis impo-
siti. *καστελλοῦν* locum aliquem munire.

ibid. κάστρα] *civitates moenibus munitas* interpretare. Cedrenus in Michaelae Paphlagone: *Πλαγηράτιος δὲ ὁ Αβασγός, Ρωμαῖον τὸν*
βασιλέα δῆθεν ἐκδικῶν αὐτὸν θείον τὴν γενναιόδωρον, τὴν τε πρὸς
*Ῥουμιοὺς εἰρήνην ἀπείπατο καὶ τὰ ποώην δοθέντα κάστρα καὶ φρού-
ρια ἀνεκτήσατο. Barium, Capuam, Beneventum vocaverat in superiori-
bus *κάστρα*. huius mentis fuerat ab antiquo circa vocem hanc Iustinianus Nov. 128: *καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὅντας ἀρχοντας πολιτικούς*
*τε καὶ σερατιωτικοὺς ἐν ταῖς πόλεσι ητοι κάστροις.**

p. 42 v. 2. catergon, quod est *triremis*, ut in ipso Codino exponitur, ex Arabia a lunio advocatur. ubique nimirum sui Arabismi specimina edit. cur non ex *κατά* et *ἔργον* compositum sit?

ib. v. 7. *λογγαριαστὴν* aulae ait Iunius esse illum qui Gallis est
magnus contrarotulator, a *λογαριάζειν*, quod est computare.

ib. v. 12. *μεγαλοαλογῆται*] Iunius interpretatur *magnis equis*
udentes, *magnis equis pugnantes*.

ibid. cataphractos equites existimo, qui numero et pondere armo-
rum graves magnis et fortibus equis opus haberent.

ibid. τριμάβαλλοι] trimarcisios antiqui Galli dixissent, qui tribus singuli utuntur equis. Pausanias Gallos ut ita dicam *τρικαβάλλον* duce Brenno in Graecos euntes descripsit l. 10. *fuere*, inquit, *supra sexaginta* equitum milia amplius mille ducenti. nam singulos equites duo famuli sequebantur in equis, et ipsi equestrium artium maxime gnari. hi praeliantibus dominis in extrema acie consistentes ei erant usui, ut si forte equus esset amissus. statim unum submitterent, si vir concidisset, servus in eius locum succederet: quodsi utrumque belli impetus evertisset, iam praesto erat tertius, qui pro mortuis locum teneret. atque hanc institutio-
nem voce patria trimarcisiam nominant: equum enim *marcam* appellant.

Livius eundem Numidarum morem fuisse refert l. 23: *quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in recentem equum ex fesso transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tam docile equorum genus.* de Quadis et Sarmatis idem narrat Marcellinus l. 17.

p. 42 v. 12. δικαβάλλοι] quos ἀμφίπνοντες Pollux diceret, qui binos equos habebant, quorum alter alteri adiungebatur. Hesychius: ἀμίπνοντες et ἄξυγας. Suidas: ἀμιπποὶ οἱ σὸν ἐπποιστρατεινόμενοι, καὶ ὁ ἐπελαύνων αὐτοὺς τοῦ μὲν ἐποχεῖται τὸν δὲ παρέλθεται. a Romanis antiquis in Graecos mos iste desultoriis ex equis pugnandi derivarat, de quibus Festus: *paribus equis, id est duobus, Romani utebantur in praelio, ut sudante altero transient in siccum.* de monocaballis actum iamdudum.

ib. v. 21. de Arabica origine vocabuli Blachernarum suavisimas nugas agit Iunius. quanto rectius auctor libelli de 14 regionibus urbis Cpolitanae! *Blachernarum (suburbii) nomen a quodam eo in loco regnante inditum fuisse ex Dionysio Byzantio Gillius autumat.* iacebat ad littus maris, ubi etiam Leo magnus dei parae templum extruxit, aliud ab illo Pulcheriae, de quo Nicephorus 15 24.

p. 43 v. 8. drunga] sic lego ex mss codicibus. Iunius *drungas,* mallet tamen *drungus.*

ib. v. 11. παστροφύλακες] ἀρχοντες στρατιωτικοὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἦτοι πάστροις. Iustinianus nuper citatus.

ib. v. 13. videtur legendum aut πάντων aut πᾶσαι ὑπηρεσται, ut constet oratio. certum est autem Codinum omnia officia et ministeria, quae olim in aula Cpolitana erant, sed ea potissimum quae suo tempore vigebant, percensuisse: nam olim alia atque alia erant, ut Graecae historiae lectio nos docet. apud Constantimum Porphyrogenitum l. de administrando imperio c. 51 praeter protocarabos et alios invenies τὸν ἐπὶ τῆς φιάλης seu τὸν τῆς φιάλης, qui erat iudex turbae nauticae *dromorum* seu *dromoniorum* imperialium, iusque dicebat sedens in loco dromonis, qui Phiala appellatur. idem Codinus nihil scripsit de officialibus Augustae seu imperatricis; et tamen, ut hoc aevo imperatricibus et reginis sui sunt officiales, ita et antiquitus erant. hinc apud modo nominatum Constantimum c. 51 invenies τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης, qui etiam erat iudex *Agrariorum* (navigii id genus) *Augustae.*

LIBER TERTIUS.

C A P U T I.

p. 43 v. 15. ad not. *Eντεῦθεν αἱ ἑορταὶ* etc. in cod. Boico titulus huius capituli ita habet: *τάξις γινομένη ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, forma observari solita in festis Christi domini.* nam per δεσποτικὰς ἑορτὰς intelligunt Graeci non dies dominicos, sed festa Christo domino proprie dicata, quae sunt ista: chaeretismus sive annuntiatio b. virginis, nativitas Christi, hypapante sive purificatio b. virginis, epiphania seu baptisma Christi, quando a Ioanne in Iordane baptizatus est, transfiguratio domini, resuscitatio Lazari, festa palmarum, ligni seu s. crucis, resurrectionis, ascensionis, missonis s. spiritus, assumptionis d. virginis. ubi per festum ligni seu s. crucis non tantum intelligitur parasceue illa qua Christus in cruce extinctus est, sed et festum exaltationis s. crucis: nam et hoc numerant Graeci et ipse Codinus noster in despoticis feriis.

ibid. ibidem legendum videtur *Χριστογεννῶν*. legitur etiam disiunctum *Χριστοῦ γέννα*.

ib. v. 20. *παραμονή* hic est *vigilia*, ad verbum quasi *expectatio festi*. inepte Iunius *stativam feriam* vertit, idque non tantum meo sed et Meursii iudicio. inepte ibidem εἰς τὸν ὄρθρον vertit adverbialiter *matutino*: imo *ad matutinum, ad laudes matutinas*.

ibid. Basili missae titulus in Euchologio: *ἐν τῇ παραμονῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως.* Menaeum: *εἰς τύχην ἡ παραμονὴ τῆς Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως ἐν σαββάτῳ, ἢ κυριακῇ.*

ibid. εἰς τὸν ὄρθρον μὴ ἔξελθόντος] pervigilii nataliciorum Christi officium matutinum laudandis Eugeniae et Basilae, Philippo Eugeniae patri, nec non Nicolao martyribus, ex maiori parte impeditur: nataliciorum προεόρτια tantum quaedam ἀσματα admiscet. ad illud itaque non convenit imperator, quod eius solemnitas minor sit nec adeo festiva: alias horas Christum iam natum personantes ac celebrantes audit. ipsum Menaeum minoribus horis praefigit titulum: *ἀρχὴ τῆς ἀκολουθίας τῶν ὥρῶν τῆς κατὰ σάκρα γεννήσεως τοῦ κυρίου.*

p. 44 v. 2. *μετὰ τὴν ἀπόλυσιν*] supplex ecclesiastici officii conclusio est ἀπόλυσις. scatent undeque exemplis ecclesiastici libri. inscriter

itaque Meursius ἀπόλυσιν ultimum diem culusque festi, quod tunc quasi solveretur, exposuit. solus hic locus, quo nec festivitas plene coepit nec alia desit, hallucinatum declarat.

p. 44 v. 3. inscite Iunius εἰκονοστάσιον vertit *delubrum*. *delubrum verti*, inquit, *quasi dei aut divisorum lubrum*. praeclare. *iconostasis* dicitur omne illud in quo vel stant vel ex quo pendent sacrae imagines, ut ex isto pendebant imagines nativitatis Christi aliaeque tres aut quattuor. Germani vocant *ein bilder stelle*.

ibid. *sacris imaginibus circumposita ornamenta, quibus illae sunt affixa, est εἰκονοστάσιον. toreutici operis quadratum tabellae marginem allii vocant.*

ib. v. 5. ἀναλόγιον] scribitur etiam ἀναλογεῖον. Suidas: ἀναλογεῖον, ἐνῳ τιθενται τὰ βιβλία. usurpat quoque Latini. Isidori Glossae: *lectrum analogium, super quo legitur*. Walafridus de rebus ecclesiast. c. 6: *analogium, quod in eo verbum dei legitur et annuntiatur*. est eiusdem mentio in Turcogr. l. 2 p. 168.

ibid. de analogio sive pulpito egimus nos quoque ad Euchologica.

ib. v. 6. μετὰ τῶν θεοτικῶν στολῶν] hoc est cum sacerdotali dicta stola et casula, μετὰ τοῦ ἐπιτραχηλίου καὶ φελωνίου. Philotheus in ordine sacri ministerii in Euchologii limine.

ib. v. 7. τοῦ τρικλίνου] maioris aulae palatii. χρυσοτοξιλίνον habet Zonaras in Iustino: τὸν τοῦ παλατίου χρυσοτοξιλίνον ἔδουήσατο. Leo Grammaticus: διὰ τῆς δυτικῆς τοῦ χρυσοτοξιλίνον εἰσελθών. celebrem porro diem hunc et Epiphaniae colebant imperatores, ac in iis sese vestibus regiis ornabant; unde notatur Iustinianus λυπούμενος εἰς τὰ γενέθλια καὶ θεοφάνια χωρὶς στέμματος προειλθών.

ib. v. 8. ἐπιφορτασίων] *capitis tegimen* est ἐπιφορτάριον, *vestis genus* a Meursio generice expositum, evincit Cuperpalatae in Constantino Leonis F auctoritas: τοῦ Συμεὼν ὑποκλίναντος τῷ πατριάρχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ εὐχῆν δεξαμένου παρ' αὐτοῦ, ἐπιτιθέντος, ὡς φασι, τῇ βαρβάρον κεφαλὴ ἀντὶ στεφάνου τὸ ἴδιον ἐπιφορτάριον. Leo Grammaticus rem eamdem narrans εὐχῆν οὖν inquit ὁ πατριάρχης ποιήσας, ἀντὶ στέμματος τὸ ξαντοῦ ἐπιφορτάριον τῇ αὐτοῦ ἐπέθηκεν κεφαλῆ. merito equidem: *vestis enim genus non imposuisset, nec nisi tegumenti capitinis vice, id est diadematis, proprium pileum substituisset patriarcha. adde lectores, de quibus sermo, adesse imperatori μετὰ τῶν ἱματίων καὶ ἐπιφορτασίων: canonarchae vero numero seq. μετὰ ἱματίων μόνων καὶ ἀσκεπεῖς: absque epirriptariis igitur, id est pileis.*

ib. v. 9. καμίσια] Symeon Thessalonicensis de Sacramentis: ὁ ἀναγνώστης κέπτηται ἔνδυμα τὸ καλούμενον καμίσιον, ὅπερ πατὰ τύπον φελωνίου ἔστι μικροῦ η στιχαρίον ἐκ λίνου, τὴν ἀπαρχὴν τῆς θεοσύνης δηλοῦν, διὸ καὶ μικρόν ἔστι, καὶ τὴν ἀπὸ θεοῦ σκέπην σημανεῖ, ἥ πορφυροῦ διὰ τὸ πορφυροῦ τοῦ Χριστοῦ ἱμάτιον, καὶ λευκὸν διὰ τὸ καθαρὸν τῆς θεωσύνης καὶ τὸν ἀπὸ θεοῦ φωτισμόν. Cedrenus et Theophanes καρβασίων καμίσιων *bombycinarum* vel *linearum interularum* meminere in Heracleo.

ib. v. 10. λευκά] color praecipuus in ecclesia habitus dignioribus, purpureus, quo per quadragesimam et in funeribus utuntur Graeci, inferioribus ministris tribuitur. Symeon Thessalonicensis de Sacra, et Demetrius Bulgariae Iuris GR l. 5.

p. 44 v. 10. circa διβάμπουλον, quod lampadarius gestat, et cuius Codinus ter meminit, hic et paulo infra, variae sunt sententiae. prima Iunii, qui ubique veritatem divini cultus ampullam. non possum assentiri, inquit Meursius: facherem si δίβος pro divus recentiores Graecos usurpare invenirem.

Altera sententia est διβάμπουλον esse κηροδοχεῖον, eis ker-
zenlang, quod in διατάξει τῆς ἱεροδιακονίας Philothei patriarchae Cpolitani nominatur μανονάλιον, manuale: ὁ ἀναγνώστης κατέχων μανονάλιον μετὰ λαμπτάδος ἡμέρην. in Typico S Sabae reperies κηρομανονάλια eodem prorsus significatu. idem omnino διβάμπουλον, id nimurum cui lampas imponebatur et quo ferebatur. id erat aureus contus, ut Codinus docet: in huius enim vertice lampas insistens a lampadario portabatur. haec sententia mihi olim in Facula non displicerat: nunc alia mente sum, quia cur contus, qui accensae lampadis fulcrum, vocetur διβάμπουλον, exputare mecum nequeo, etiam si non διβάμπουλον sed διβάμπουλον scribamus. adde quod manuale et κηρομανονάλε πινις distant a dibamulo.

Tertia sententia existat in eadem Turcograecia, διβάμπουλον esse turibulum, quam expositionem accepit Crusius a Graecis insulae Santorinae, quibus favere videtur tum ipsa natio, quia Graeci sunt, quos utique melius nosse ista oportebat quam exterios, tum quia non sit verisimile turibulum in his aulicis conventibus adfuisse; et forte scribendum θυάμπουλον, a θύω immolo, unde et tu originem ducere videtur.

Quarta sententia videtur esse Meursii v. Μονοβάμπουλον; qui μονοβάμπυλον et διβάμπυλον ab ambulo arcessit, ut sit illud quasi simplex et unicum, hoc duplex ambulacrum, seu ut ipse loquitur, simplex conclave palatii secretius, in quo congregabatur cleris patriarcham novum electurus. Codinus eius meminit: ὁ δεντρεός ὄστιάριος προστῶν τὸ μονοβάμπυλον. ante hoc erat aliud, in quod promiscue conveniebant omnes qui cuperent statim scire quem cleris patriarcham creasset; et illud διβάμπυλον dicebatur. invenio eius mentionem apud Phranzem 3 19. secundum haec patriarcha cum lampadibus ad dibambula sive atrium descendebat, paratumque inveniens equum ascenderet. sed quid de monobambylo sentiendum sit, iam l. 1 c. 10 exposui: expungi nimurum debet, inque eius locum substitui μονάμπουλον sive μονάμπουλον; et notio atrii seu ambulaci his duobus Codini locis nullo modo applicari potest: nam lampadarius dicitur φέρειν manibus ferre, cum accensa lampade διβάμπουλον. an conclave vel atrium manibus gestare potuit? adde haec de conclavi exteriore et interior esse figmenta lunii, quamquam ipse διβάμπουλον nunquam ad exterius conclave rettulit, neque etiam in suo monobambylo ad τὸ ambulacrum vel ambulare, sed ad τὸ βαμβάλειν respexit. accedit apud Phranzem non legi διβάμπουλον, sed diababula. at Meursius corri-

git διβάμπουλα. quo codice fretus? si quid corrigendum sit, potius et vero propius correxerim διαπάτοντα, hoc est ad loca patentia, uno verbo ad atrium, seu ad διάβατα, transitus.

Quinta sententia est eiusdem Meursii, qui et hic et in catalogo officialium magnae ecclesiae μονοβάμβηλον et διβάμβηλον a velo describendum censet, quasi ille simplex velum, hic duplex in custodia sua habuerit, *velarii* utique, qui nunc a *ianuis ianitores*; nam sub velis olim res gerebatur. caeterum mss codd. in primis repugnant, quorum nullus istam scripturam nobis exhibet. deinde lampadarius tenens διβάμπουλον cum lampade accensa διβάμπουλον in manu portabat: non erat ergo velum, a quo *velarii* et *custodes veli* nomen sortiti sunt. nec iuvat hanc opinionem Anastasius in Sylverio aut collatio cum Donatistis apud S Augustinum: nihil enim aliud ostendunt quam sub velo res olim disceptatas fuisse, sive uno sive duobus; extra quod velum partes exspectabant. *pro velo sunt utriusque partis episcopi*, inquit Collatio: *si iubet sublimitas tua, intromittentur*. sic b. Sylverius *ad primum et secundum velum retinuit omnem clerum*. quid haec ad lampadarium nostrum, cui τοῦ διβαμπούλου cura commissa erat?

Sexta sententia est διβάμπουλον esse duplicem ampullam et μονάμπουλον simplicem ampullam; hanc tenuisse in clericorum ordinationibus P 215 et initiationibus secundum ostiarium, de quo in sexta pentade officialium magnae ecclesiae, illam tenuisse lampadarium in solemnitatibus quas Codinus describit: ita etiam ipse Meursius v. διβάμπουλον. sed quid in his ampullis? in monampulo non dubito fuisse chrisma, quo qui sacerdotio initiantur inunguntur, in dibampulo autem fuisse sacram oleum et chrisma, ut imperator unctionis suae tam in baptismo quam in imperatoria inauguratione semper memor esset. his forte lucem dabit, tametsi ex ilem, citatus a Meursio Ansegisus 1 162: *presbyter in cena domini duas ampullas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum, ad catechumenos inungendos vel infirmos*. fecerunt ergo Graeci, ut alia multa, sic et *ampullae* nomen suum in *monampulo* et *dibampulo*, seu geminato λ *dibampullo*; a quo vox etiam Germanica *ampel* quasi *ampulla* descendit. et hanc sententiam ego piae aliis probo et amplector, licet Balsamon in melete seu exercitatione sua nihil de *dibampulo* imperatori a lampadario praeferriri solito, sed tantum de lampade scribat. nec quenquam turbet illud β: etsi enim sola vocula δι duplicat, ut *bigarius*, hic tamen ob vocalem sequentem β intericit, euphoniae causa.

Graecum proverbium lubet hic arcessere: ὅπον πολλοὶ πετεινοὶ φωνάζοντιν, ἔνει ἀργεῖ νὰ ἔξημερώσῃ, ubi plures galli cantillant, ibi tardum est crepusculum; quia videlicet ex contentione, non ex lucis sensu canunt. μέθοντις etiam hodie proverbia dicunt: ἐπιψύδιον itaque proferam. quo plures in re obscura sententiae, eo dubiis maioribus mens fluctuat. circa vocem διβάμπουλον allatis a Gretsero sex sensibus, quem amplectar non video: certior itaque meum in medium adducam ex Balsamone, Meditato de patriarcharum privilegiis. lumen et

factis ad docendi officium spectant, inquit, ac propterea, ut patriarchae, ita et imperatori lampas, ignis, lumen praesertur, et ut clare loquar, ceterus accessus. λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἐπροσθετοῦ τῶν ἀνθρώπων. ἀκουστίτωσαι, ὡς οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ πατριάρχαι· μεγαλένονται μὲν καὶ διδασκαλικοὶ ἀξιωματι. ἔτενθεν γάρ οἱ πιοτοὶ δεσπόται καὶ οἱ αὐτοκράτορες κατηγορικῶς διηλούσαι τῷ χριστινιών λαοῦ. de imperatore concessionem ad populum habente dictum ad p. 37 v. 18. at imperatori διβάπτοντος praefertur, patriarchae et imperatrici μονάρχοντος. cur ita? quid generis διβάπτοντος; ἐτί δὲ τῶν μὲν αὐτοκρατόρων ηὔρωγή προς φωτονόν καὶ σύντασιν ἐπεκτείνεται ψυχῆς τε καὶ σώματος, τὸ δὲ μεγάλον τῶν πατριάρχων ἐτόνη τὴν ψυχὴν ἐπενοχάσηται λαοτίτεσσαν (οὐλήγη γάρ τούτοις ἐστὶ φροντὶς εἰπαίδειας σωματικῆς), ὀδυνήτως καὶ η περὶ τοὺς ὑπηρόδους τῆς βασιλίσσης κηδεμονία καὶ μέσων πρὸς μονην σωματικὴν εὐέξαιρην ἐξήπλωσιν (πάσης γάρ ψυχῆς φορθίους αἱ γυναικεῖς ἐστίονται). αἱ λαμπάδες δὲ τῶν μὲν βασιλίων διττοῖς διαλογοῖς περιζωνύονται στεφανώμασι, τῶν δὲ πατριάρχων καὶ τῆς βασιλίσσης ἐτί κατακυλοῦνται θρηγώματι. fax itaque imperatori praetata duplice corona aurea circumdata διβάπτοντος, patriarchae et imperatrici unica eaque argentea μονάρχοντος est. consule quas prolixitati vitanda apud eundem Balsamonem scripta prætermittimus.

p. 44 v. 11. ματοτῷ] clara origo a Latino magister.

ib. v. 19. τὸ πολυχρόνιον] de votis in imperatores, faustis acclamationibus et in multos annos appreciationibus fuisse quidem infra nec minus docte Gretserus, at quae πολυχρόνοι in Christi nataliciis faciendum non attingant. succincte addimus. incipiente olim in ecclesia ab his solemnibus anno, ut mutuis sese donis et xenias excipere, ita et felicibus votis prosequi et laetiis vocibus bene ominari, quod observant adhuc Itali, consuete Graeci. discurrunt itaque per vias et compita pueri et adolescentes hac die, et ad amicorum portas modulis sonis ac musices instrumentis πολυχρόνια perstrepunt, xenia reportaturi, cunctique Χριστογεννητικοῖς pro nataliciis Christi munericibus se cumulant certatim. ecclesia igitur, eius vota sunt dona, natalium domisicorum pervigilio, in palatii penetralibus, annis ei multis exoptatis bene precatur imperatori. ipsi quoque monachi vitae et annorum diuturnitatem superiori, ad cellam eius ceteratim convenientes, a deo postulant, εἰς τὸ υἷλον τοῦ προστόντως (διὰ) τῆς ἴδιας πολυχρονίας, ait Menaemus hac die. hinc τὸ πολυχρονίαν nonnisi de votis pro salute cuiuspiam praesenti luce emissis vulgus consuetum est percipere, quondam tamen aliis etiam diebus decentata πολυχρόνια docent Regia mas, ex quibus sequentia eruditio electori deprominua.

Πολυχρόνια. ὅπως πολυχρονίζονται τοὺς βασιλεῖς καὶ τὰς πατριάρχης ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν φωτῶν καὶ τῇ μεγάλῃ παρουσίᾳ.

πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τὴν ἀγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τὴν ἀγίαν καὶ κραταιὲν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ θεὸς τὴν θεόστεπτον θεοπορθίητον θεοδόξεσσον καὶ θεομεγάλυτον, κραταιὰν καὶ ἀγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη.

haec in ecclesia, ubi plures imperabant, nuncupabantur vota: sequentia inter epulas et pocula, bibente nimirum imperatore, proferebantur.

εἰς τὴν τράπεζαν εὐζεταὶ οὖτος. εἰς τὸ πολυχρόνιον, ζωήν, εἰρήνη, ὑγείαν, εὐόδων καὶ καὶ ἐχθρῶν νίκην τῶν κρατιών καὶ ἀγίων ἡμῶν αὐθεντῶν καὶ βασιλέων.

votis istis in ecclesia patriarcham excipiunt.

τὸν δεσπότην καὶ ἀρχιερέα ἡμῶν, κύριον, φύλαττε. λέγεται δὲ

τοῖς εἰς πολλὰ ἔτη τροῖς. εἰς δὲ τὴν τράπεζαν εὑγέται οὗτος. εἰς τὸ πολυχρόνιον, ζωήν, εἰρήνην, ὑγείαν καὶ σωτηρίαν τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχον.

p. 45 v. 2. cuius lampadis etc.] exstat Theodori Balsamonis mellete seu disceptatio de hoc more imperatori preeferendi lampadem, ut et imperatrici et quinque patriarchis, Romano Cpolitano Alexandrino Antiocheno Hierosolymitano. ait imperatori duplcam ob causam praeferrri lampadem, tun quia humana tum quia divina curat, tamque ea quae ad corpus quam ea quae ad animam pertinent (huius enim geminae potestatis concessione blandiebantur recentiores Graeci suis imperatoribus), eaque de causa lampades imperatoris duplicibus aureis coronis cinctas esse; patriarcharum vero lampades, ut et imperatricis, una tantum, eo quod patriarchae spiritualium tantummodo curam habeant, mulieres temporalia duntaxat spectent, quippe quibus in ecclesia docere interdictum sit.

Videntur autem haec aurea vel argentea στεφανώματα, ut Balsamon vocat, et θρηγγώματα, corona in morem lampadi fuisse imposta, vel certe, quod θρηγγώματος nomen potius suadet, ipsi lampadi cancellorum seu sepimenti instar circumposita. addit Balsamon hoc idem προνόμιον seu privilegium procedendi cum lampade concessum fuisse archiepiscopo Bulgariae et Cypri et paucis quibusdam metropolitanis, et praeter hos nulli; et patriarchas non modo in sua dioecesi sed et extra lampade illustres progredi posse; quod multis ipse adversus oblocutores quosdam confirmat, quem legat qui volet l. 7 Iuris GR.

p. 46 v. 2. τροπάριον modulus est, cantici nimirum genus, ad alterius exemplaris modo se habentis normam τροπόμενον, decantandum. haec τροπαριον communior expositio. alias fusius in Euchologicis rettulimus. ποιητὰς porro τῶν τροπαρίων Anthimum et Timoclem memorat Theophanes et Cedrenus in Leone 1.

ibid. δόξα] supple reliqua: πατεῖ καὶ νῆστος καὶ ἀγίῳ πνεύματι. post καὶ νῦν καὶ ἀεὶ addε καὶ εἰς τὸν αἰῶνας τῶν αἰλανῶν. ἀμήν.

ib. v. 3. οὐ ψάλλεται] modulatis varieque flexis cantus sonis non decurritur μελῳδῶς: sed voce continua, χύμα, ut scripsit Philotheus, ἀναγνώσκεται.

ib. v. 5. mos iste accinendi imperatoribus τὸ πολυχρόνιον et acclamandi εἰς πολλὰ ἔτη Graecis valde frequens fuit, ut saepius posthac ex Codino intelligemus, quem eleganter describit Corippus, dum quomodo Iustino Iuniori τὸ πολυχρόνιον acclamatum sit, versibus explicat, de laudibus Iustini 1 202 et 356, 2 165 et 308.

P 216 Nicephoro Phocae factas acclamations suaviter admodum irridet Luitprandus in legatione sua Cpolitana, loquens de processione Phocae ex palatio ad sanctam Sophiam (Leon. Diacon. p. ed. Bonn. 347). multi profecto in his acclamationibus πολλὰ ἔτη apprecabantur, quibus nihil iucundius accidere potuisset quam si imperator illo ipso die, quin et illo momento, repentina morte extinctus fuisset.

Acclamandi mos vetus est, manavitque ex theatris in fora, deinde etiam in senatum; hinc ad Christianorum synodos. exemplum

acclamationis factae a senatu M. Antonino commemorat Vulcatius in Avidio Cassio: *Antonine Pie, dii te servent. Antonine clemens, dii te servent. tu notuisti quod licebat: nos fecimus quod decebat. Commodo imperium iustum rogamus, progeniem tuam robora. fac securi sint liberi tui; bonum imperium nulla vis laedit. Commodo Antonino tribunicium potestatem rogamus; praecepcionem tuam rogamus, philosophiae tuae, patientiae tuae, doctrinae tuae, nobilitati tuae, innocentiae tuae. vincis inimicos, hostes exsuperas: dii te tueruntur.*

Synodicae acclamationis en tibi exemplum ex Oecumenica synodo Chalcedonensi, Act. 7, ubi Marciano imperatori et Pulcheriae imperatrici acclamant patres. Marciano novo Constantino, novo Paulo, novo David multos annos. vos estis pax orbis, pie domine. dominus vitam ei conservet. vos fides nostra. Christus, quem honoras, ipse te custodiet. orthodoxam fidem tu roborasti. sicut Apostoli, ita creditis. Augustae multos annos. vos lumina orthodoxae fidei. propter haec ubique pax est. lumina pacis, domine, tu custodi. luminaria mundi, domine, tu custodi. perpetua memoria novo Constantino. quae ex genere orthodoxa est, deus eam custodiat. custodem fidei deus custodiat. eum quae semper pia est deus custodiat. pia, orthodoxa, quae contraria est haereticis, deus eam custodiat. omnes haereticos tu fugasti. Nestorium et Eutychen tu persecuta es. abas invidia a vestro imperio. fideles imperatores sic honorandur. deus custodiat potestate vestram, deus pacificet imperium vestrum. Marcius novus Constantinus, Pulcheria nova Helena: P 217 zelum Helenae tu sectaris. vestra vita munimen cunctorum est: vestra fides ecclesiarum gloria est.

Similibus epiphonematis personat tota synodus Cpolitana sub Mena patriarcha et Iustiniano imperatore. quin et in electionibus usus erat ἐπιβοημάτων. in Actis ordinationis Eradii, cum illum S Augustinus iam senex apud clerum et populum successorem sibi dixit, post ista Augustini verba presbyterum Eradium mihi successorem volo, sequuntur ista: *a populo acclamatum est, deo gratias, Christo laudes; dictum est vices ter. exaudi Christe, Augustino vita: dictum est sexies decies: te patrem, te episcopum. dictum est octies. cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit, non opus est etc. mox: a notariis ecclesiae, sicut cernatis, excipiuntur que dicimus, excipiuntur que dicitis; et meus sermo et vestrae acclamationes in terram non cadunt. apertius ut dicam, ecclesiastica nunc gesta conficimus. sic enim hoc esse quantum ad homines confirmatum volo. a populo acclamatum est trigesies sexies, deo gratias, Christo laudes. exaudi Christe: Augustino vita: dictum est tredecies. et sub fine: hic mihi responsione vestra opus est. teneam responsionem vestram. de hac assertione aliquid acclamate. a populo acclamatum, fuit, fuit: dictum vices quinques. dignum est, iustum est, dictum vices octies. fuit, fuit: dictum quater decies. olim dignus, olim meritus: dictum vices quinques. iudicio tuo gratias agimus: dictum tredecies. exaudi Christe, Eradium conserva: dictum octies decies. vides hic*

eandem acclamationem iteratam fuisse, non tantum semel sed et saepius, imo saepissime.

En quid senatus in Claudium, cum imperator renuntiatus esset, apud Trebellium. *Auguste Claudi, dii te nobis praestent: dictum sexagies. Claudi Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus: dictum quadragies. Claudi Auguste, te respublica requiebat: dictum quadragies. Claudi Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere princeps: dictum octavies. Claudi Auguste, tu nos ab Aureolo vindica: dictum quinquies. Claudi Auguste, tu nos a Palmyrenis vindica: dictum quinquies. Claudi Auguste, tu nos a Zenobia et a Victoria libera: dictum septies. Claudi Auguste, Tetricus nihil fuit: dictum septies.*

Nec bonis tantum bona, sed et mala malis in huiusmodi acclimationibus appreocabantur vel quasi iure suo efflagitabant. illustre huius rei exemplum suppeditat Aelius Lampridius, apud quem habes acclimationes senatus in occisum Commodum imperatorem. *hosti patriae honores detrahantur, parricidae honores detrahantur, parricida trahatur. hostis patriae, parricida, gladiator in spoliario lanetur. hostis deorum, carnifex senatus; hostis deorum, parricida senatus. hostis deorum, hostis senatus. gladiatorem in spoliario. qui senatum occidit, in spoliario ponatur. qui senatum occidit, unco trahatur. qui innocentes occidit, unco trahatur, hostis, parricida, vere, severa. qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. qui te occisurus fuit, unco trahatur. nobiscum timuisti, nobiscum periclitatus es. ut salvi simus, Iuppiter optime maxime, serva nobis Pertinacem. fidei praetorianorum feliciter; praetoriis cohortibus feliciter; exercitibus Romanis feliciter; pietati senatus feliciter. parricida trahatur. rogamus, Auguste, parricida trahatur. hoc rogamus, parricida trahatur; exaudi, Caesar. delatores ad leonem; exaudi, Caesar. delatores ad leonem; exaudi, Caesar. Speratum ad leonem. victoriae populi Romani feliciter; fidei militum feliciter; fidei praetorianorum feliciter; cohortibus praetoriis feliciter. hostis statuas undique, parricidae statuas undique, gladiatori statuas undique; gladiatori et parricidae statuae detrahantur. necator civium trahatur, parycida civium trahatur. gladiatori statuae detrahantur. te salvo salvi et securi sumus, vere, vere; modo digne, modo vere, modo libere. nunc securi sumus. delatoribus metum. ut securi simus, delatoribus metum; ut salvi simus, delatores de senatu. delatoribus fustem te salvo. delatores ad leonem te imperante. delatoribus fustem. parricidae gladiatori memoria aboleatur, parricidae gladiatori statuae detrahantur. impuri gladiatori memoria aboleatur; gladiatorem in spoliario. exaudi, Caesar. carnifex unco trahatur, carnifex senatus more maiorum unco trahatur. saevior Domitianus, impavior Nerone, sic fecit, sic patiatur. memoriae innocentium serventur, honores innocentium restituas. rogamus, parricidae cadaver unco trahatur, gladiatori cadaver unco trahatur, gladiatori cadaver in spoliario ponatur. perroga, perroga: omnes*

P 218 ria aboleatur, parricidae gladiatori statuae detrahantur. impuri gladiatori memoria aboleatur; gladiatorem in spoliario. exaudi, Caesar. carnifex unco trahatur, carnifex senatus more maiorum unco trahatur. saevior Domitianus, impavior Nerone, sic fecit, sic patiatur. memoriae innocentium serventur, honores innocentium restituas. rogamus, parricidae cadaver unco trahatur, gladiatori cadaver unco trahatur, gladiatori cadaver in spoliario ponatur. perroga, perroga: omnes

censemus unco trahendum. qui omnes occidit, unco trahatur. qui omnem aelatam occidit, unco trahatur. qui utrumque sexum occidit, unco trahatur. qui sanguini suo non popercit, unco trahatur. qui templo spoliavit, unco trahatur. qui testamenta delevit, unco trahatur. qui vivos spoliavit, unco trahatur. servis servivimus. qui pretia vitae exegit, unco trahatur. qui pretia vitae exegit et fidem non servavit, unco trahatur. qui senatum vendidit, unco trahatur. qui filiis abstulit hereditatem, unco trahatur. indices de senatu, delatores de senatu, servorum subornatores de senatu. et tu nobiscum timuisti, omnia scis, bonos et malos nosti. omnia scis, omnia emenda. pro te timuimus. o nos felices te viro imperante. de parricida refer, refer, perrogat: praesentiam tuam rogamus. innocentes sepulti non sunt: parricidae cadaver trahatur. parricida sepultos eruit: parricidae cadaver trahatur.

Similis ferme est illa ἐπιφάνησις quae in synodo sub Mena actione IV legitur. multi anni imperatoris, multi anni patriarchae. Petrum Zoaram et Severum modo anathematiza. orthodoxum imperatorem habes: quid times? eos qui parabaptizant eifice foras. et cum monachi Hierosolymorum porreverunt chartam, universi clamaverunt: multi anni patriarchae. libellum monachorum modo suscipe. libellus modo legatur. eos qui per domum baptizant eifice foras. speluncam Zoarae modo torqueas. multi anni patriarchae. parabaptistam modo anathematiza. Christiani imperatoris multi anni. orthodoxi imperatoris multi anni. speluncae haereticorum modo ardent. vincit fides imperatoris. orthodoxus regnat: quid times? Petrus quare habet monasteria? omnes haereticos ibi habet. Severum Petrum et Zoaram modo anathematiza. trinitas tres anathematizat. anathema Severus Petrus et Zoaras. Severum Manichaeum modo anathematiza. vincit fides Christianorum. multi anni patriarchae. inimicus Christi modo anathematiza. haereticos modo anathematiza. anathematizatos modo anathematiza. vincit fides Christianorum.

Et Act. 5, quae antea in vulgatis editionibus solebat esse prima, exstat longissima acclamatio, qua partim bona augustis et patriarchae, partim mala haereticis populus imprecatur. multi sint anni imperatoris, multi anni Augustae etc. Severum Manichaeum eifice etc. effodianter ossa Manichaeorum etc. Severum Manichaeum foras eifice etc. qui non anathematizat Severum, Manichaeus est. eifice foras Severum. novum Iudam eifice foras. insidiatorem trinitatis eifice foras etc. exhumentur ossa Nestorianorum. exhumentur ossa Eutychianistarum. quis est Nestorianus? ego nescio; anathema sit ipse a trinitate etc. Manichaeos de ecclesia eifice. duos Stephanos de ecclesia eifice. paulo post in eadem sessione sequuntur plura huias generis epiphonemata.

Acclamabant etiam concionatoribus; cuius moris exempla invenies apud S. Augustinum l. 4 de doctrina Christiana c. 26, et saepe in Homiliis. hactenus de ista consuetudine.

p. 46 v. 6. σᾶς] pronominis σύ plurale est ἔσεις in primo casu; in re-
liquis σᾶς et ἔσεις corrupte pronuntiat Graecia.

ib. v. 7. θεός] cui verbo addes ex Horologio, ut sit modulus inte-
ger, τῶν πατέρων ἡμῶν ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιεί-
κειαν, μὴ ἀποστήσης τὸ ἔλεος σου ἀφ' ἡμῶν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἴκε-
σίαις ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν. polychronismum mona-
chorum in superioris salutem emissum require in Meneao retro Nonae
officium.

ib. v. 12. protapostolarius] vides et hic nomen Graecanicae
ambitionis, quod inter illos qui apostolum Paulum publice legebant,
hoc est inter apostolarios, voluerunt habere protapostolarium.

ib. v. 17. ἡ τῆς λειτουργίας ὥρα] quae hac die ab orto sole deci-
ma est. ita typus hodierni officii ad Nonae calcem positus: περὶ δὲ
ὥραν δεκάτην σημαίνει τὸ μέγα etc, ad synaxim videlicet vesperarum
habendam; quibus finitis καθεξῆς ἡ θεῖα λειτουργία τοῦ μεγάλον Βα-
σιλείου.

ib. v. 20. sabbato vel dominica ieunium Graecis illicitum. eam ob-
rem si natalium Christi diebus huiusmodi sors ferat celebrari pervigilium,
ut a ieunio abstinent, ita missam consueto tempore, quod diei tertia est,
peragunt: si alias incidat in ferias, cum nonnisi missae praemissis solem-
nibus fas sit solvere ieunium, illud vero ad vesperam usque sit protra-
hendum, vespere solummodo, quo vespertinarum laudum tempus instat,
simul cum ipsis cantatur missa; qua finita cibi capiendo fit potestas. haec
ex ritu huius diei in Meneao reperiendo ad huius loci expositionem.

p. 47 v. 3. post hunc liturgia perficitur] habent hunc morem
Graeci, ut in quadragesima diebus ieunii et in vigiliis liturgiam
seu missam celebrent a meridie, et ut hinc appareat, post-vesperas.
in Paschate liturgia fit ante solis exortum. aliis diebus hora ter-
tia, tanquam consueta, ut docet Gabriel Philadelphiensis episcopus
in suo de sacramentis libello.

ib. v. 13. ἀλλάσσει] non mutat, sed potius induit, τὸ ἐπάνω ni-
mirum ἔρδυμα etc. ad 28 notam superioris capititis, amice lector, recur-
ras precor.

P 197 ibid. crinonia] hoc imperatoris tegmen videtur a specie lili
crinoniae nomen invenisse, ut et illud *tetraphyllum* a quattuor foliis.
ntriusque meminit Glossarium, sed nudis solisque verbis Codini,
nulla explicazione adhibita.

κρινωνίαν coronam liliis sive flosculis in gyrum germinantem. Core-
sius in rescriptis. Balsamon Meditato de incensis etc. Iuris GR l. 7:
κρίνος ἐκ κρινωνίας συλλεγόμενος.

ibid. τετράφυλλον] Coresius idem docet aliam coronam esse, e qua
quattuor flosculi, ad frontem nimirum et sinciput ac ad utramque aurem,
emicant.

ib. v. 21. flammula] dicitur τὸ flammulum et τὰ flammula, ali-
quando simplici μ, interdum geminato. dicitur etiam flamula fla-
mmulae, genere feminino. Vegetius 3 5: aquilae, dracones, vexilla,
flammulae, tufae seu tuphae. merito antem reprehendit Lipsius l. 4
de Militia Romana illos qui apud Vegetium flamulas mutant in fla-
meola: o male, inquit, abstineant. et merito monet ut abstineant;

qui recte itidem castigat interpretem Cedreni, haec verba Graeca τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγονον χάρτην ἐπὶ φλαμουλίου κρεμάσαντες his Latinis interpretantem, *tabulis pacis de canto suspensis*, quasi φλαμουλίου sit *contus*. rectissime Lipsius: *chartam conscriptam, pacis testem, super flamula suspendentes*. nec recte lunius φλάμουλον interpretatur *labarum*, quia labarum unum erat; at φλάμουλa etiam βασιλικά et imperatoria plura, nimirum duodecim; et domi quoque, non tantum in bello praeferebantur, ut docet Curopalata c. 6. forte vetus illud labarum apud posteriores Graecos desierat: sin minus, διβέλλιον potius labaro respondere dicerem: hoc enim unicun erat, ante omnes flamulas, ut ibidem dicitur. nec omitendum illud Suidae: σταυρῶν εἶδος σημαῖας ἡ φλαμουλόν. quid tamen *staurion*, ignoro, inquit Lipsius. sed quid si legeretur *σταυρίον*? certe unum ex flamulis imperatoris σταυρός erat, hoc est crux, ut supra dictum ex Curopalata c. 6. ut igitur a dracone flamulum quoddam dicitur apud Curopalatam δρακοντεῖον, sic apud Suidam videatur a stauro seu cruce vocari *staurion* illud quod a Curopalata *staurus* seu *crux* appellatur. φλάμουλον quoque invenias apud Moschopulum: apud Cedrenum p. 441 σλαυούλιον, apud Leonem in Tacticis constitut. 5 φλαμουλίσιον, in Pandecte Turcico *flambarum* et *flambulum*; quae et hodie Graecis usitata. idemque omnia haec vocabula, etsi diverse scribi solita, significant, nempe vexillum, seu ut interpretatur Nicetas apud Rigaltium in Glossario, *signum militare*. nec tamen militiae solum sed et domi imperatori et principibus palatiū praeferebantur, nimirum duodecim: ἐκτὸς δὲ ὄπόταν στρατεύει ὁ βασιλεὺς, πατὴν ἀναλογῶν τῆς ποσότητος τῆς αὐτοῦ συντάξεως ἔχει καὶ φλαμουλὸν ἐν τυχὸν ἡ δύο. qui flamulum gestat, Graecis est *flamularis* seu *flambular*. Pandect. Turc. c. 174 et Vet. Gloss. apud Rigalt. φλαμουλάριον. in Turcogr. p. 161 φλαμπουλάρεον *vexilliferi*, p. 201 *flamboler signum* seu *vexillum*. transiit flamula ex Latio ad Graecos, qui illud varie, ut solent, immutarent.

p. 48 v. 1. flagitiose prorsus Lunius in interpretatione et explicacione eorum quae hic de flamulis scribuntur versatus est. id ut video, en tibi lunii verba. ea (flamula) sunt haec. primum fert archistrategus: princeps sacerorum secundum, habens imagines divinas multas, aliud tertius, habens imagines sanctorum quatuor magnorum martyrum, Demetrii Procopii et Theodori. aliud, qui fert sanctum Georgium equitem, aliud draconteum, et aliud habens equestrem imperatoris statuam. perperam prorsus. vertendum enim, ut ipsa verba et mens Curopalatae postulant, hunc in modum: ei autem (flamula) sunt haec. primum archistrategus: alterum vero (flamulum) multas habens sacras et divinas imagines pontificum et ecclesiae praesulum; aliud crux, habens (legendum enim ex cod. ms. doctoris Georgii Laurentii, ἄλλο σταυρός ἕλων) imagines sanctorum quatuor magnorum

martyrum, Demetrii Procopii et utriusque Theodori (legendum enim in plurali Θεοδώρων, ut habent mss codices). aliud habens (ἐχον) S. Georgium equitem, aliud draconem, et aliud habens equestrem imperatoris statuam. hanc esse veram interpretationem quivis vel paullum mentem advertens fatebitur: nam primum Cypopalata enumerare volens quaenam sint illa flammula, ait sunt autem haec: postea singula percenset. primum, inquit, est archistrategus, non fuit archistrategus. neque enim Cypopalata habet istud fuit, sed primum est seu dicitur archistrategus, a D. Michaelis imagine, quae in illo flammulo expressa et efficta. hinc archangelus toti flammulo nomen dedit, ut diceretur archistrategus. nam S. Michael archistrategus a Graecis appellatur quasi princeps coelestis militiae. ita vocatur 1) ab Emmanuele imperatore Constit. de Feriis: feriamur, inquit, sexta Septembribus, ὅτι ἐν αὐτῇ τῷ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα περιστοργεῖται. 2) a Cedreno in imperio Basilii Macedonis: ἀνενάνισε δὲ τὸν μέγαν τοῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν τὸν ἐν Σωσθενίῳ. 3) a Niceta Choniate l. 3 de imperio Isaaci Angeli: ἔπισκενάσαι δὲ βουληθεὶς καὶ τὸν ἐν τῷ ἀνάπλῳ νεὼν τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαὴλ. eod. lib. εἰς τὸν περιστύμον νεὼν ἀρχιστρατήγου τῶν θείων καὶ ἀὖλων Μιχαὴλ. idem l. 7 de imperio Manuelis. denique eodem archistrategi nomine afficiunt S. Michaelem Graeci qui encomia in eum scripserunt et miracula ab eo patrata literis consignarunt. deinde cum signa et vexilla, quae Cypopalata commemorat, imaginibus coelitum exornata fuerint, omnino oportet ut et primum effigie aliqua fuerit insignitum: at alia insignitum non fuit quam τοῦ ἀρχιστρατήγου militiae coelestis. tertio archistrategus non erat officium vel nomen officii aulici vel militaris: alioquin omissum non fuisset hoc munus a Cypopalata in catalogo. quare vana est illa Calviniani nota: ὁ ἀρχιστράτηγος, puta, quisquis est per illud tempus. at nullus est archistrategus apud Cypopalatam nisi Michael archangelus.

p. 48 v. 1. coelestis terrestrisque militiae dux ducumque omnium princeps Michael, ἀρχιστράτηγος ideo a militibus, a vulgo (hoc enim solo nomine plebeculae notus est) ταξιάρχης salutatus; cuius nomine ecclesiam in Sosthenio extra muros dedicatam a Constantino, cuius munimine reginam urbem ab insulto barbarorum non semel erectam refert Damascenus Studites subdiaconus vulgari sermone de eius festivitate scripto, quem velut magni ac celeberrimi S. Sophiae templi custodem depinxit Iustinianus ἐν προονάῳ, καθ' ὃ δὴ ὁ πρώτιστος καὶ μέγιστος τῶν παραστατούντων ἀρχαγγέλων θεός Μιχαὴλ ἐσπασμένος δουμφαλαν ἐστήλωται ψηφίδων λεπταῖς ἐπιθέσεοι, φύλαξ προβεβλημένος τοῦ λεοντοῦ, inquit Nicetas in Alexio 2; quem sacerorum praesides in sacri tribunalis foribus, non eiendiis sed advocandis potius in paradisum hominibus, exhibitore non pingunt modo sed et venerantur tremunt et precantur, ut in Euchologicis enarravimus; quem denique imperii defensorem simul cum Gabriele socio sibi datum tenerunt Graecorum principes, ubi, prout auctor noster innuit c. 4, et Damascenus citatus profitetur, imaginem suam hinc inde a sacris istis duobus taxiarachis stipatam concessere gestan-

dam: eius, inquam, nomini primum et praecipuum imperii flamulum consecratum est, et ἀρχιστράτηγος nuncupatur.

ibid. εἰκόνας ἔχων πολλάς] si plures pontificum imagines eo vexillo pinguntur eorum quos devotius colunt et in publicis precibus frequentius inclamat, magni Basili, Gregorii theologi, Ioannis Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli Alexandrini et Nicolai Myrensis ibidem positas mihi prorsus indubium est; et certe in octavo vexillo eiusmodi, pro singulis nimicrum lingulis unum, octo conseo depictos, et ad priores non parum ab eis celebratos Gregorium thaumaturgum et Hierosolymitanum Cyrillum alium accessisse.

ibid. nec minus errat Iunius, cum illud ἵεραρχῶν vult idem esse quod princeps sacerorum, quasi scilicet princeps sacerorum ferat illud vexillum. nugae. nam ἵεραρχῶν est patrius casus numeri multitudinis a recto ἱεράρχῃ, quae vox praesolem, episcopum seu pontificem denotat. Νικολᾶον τὸν περιωνύμον ἐν ἱεράρχαις τὸν περιπαλῆ τοντοῦ ναόν, inquit Cedrenus in imperio Basili. ergo hierarcha Cpolitanus erat patriarcha eiusdem urbis, quem imperatori flamulum seu vexillum praepartasse quis credat, nisi aliunde id lunius probet?

ib. v. 2. ὄκταπόδιον] piscem polypodem hodiernus loquendi usus ὄκταπόδιον vocat, vexillum illud dissectis laciniis inferius divisum ὄκταγλωσσον, polypodemque scissuris referens, ὄκταποδίον nomen accepit a vulgo.

ib. v. 3. σταρρὸς ἔχων εἰκόνας] crucem hanc in castris et conflictibus delatam eiusmodi arbitror quales in sacris processibus vel in ecclesiis adorandas me conspexisse memini. ligneae sunt illae (argenteas aureisque laminis contectas rapacitas Turcica eliminavit), et ad eorum extremos ramos quamvis amplos latiores adhuc trifoliorum figurae prominent, in quibus nonnunquam pectus et facies quattuor evangelistarum vel hinc inde dei parae et S. Ioannis aliorumve variis coloribus, delineata prius in medio crucifixi specie, exarantur. quidni pariter ὄβριος ὁ σταρρὸς ἔχων (iv rati cingulat) τὸν ἄγιον τεσσάρων μαρτύρων μαρτυρῶν ἱγανέτο; crucem qualem hic memoro depictus in iconibus per hocce opus Codini et eius commentaria sparsis gestat patriarcha CP.

ibid. Ἀγρητὸν Προκοπίον καὶ Θεοδώρων.] duces armis quondam insignes armorum socios et in bellis protectores Oriens invocabat Demetrium, Procopium, καλλιχόρον, et Θεοδώρους, Cedreno in Tzemes ducem unum et alium tyronem dictos, primus Demetrius φλαυπονορῆς ac praeses Thessaline sub Maximiano martyr obiit Thessalonice, ubi corpus eius sacro liquore exundans perpetuis quoque miraculorum securitatis fluentis, a profecturis in praecium invocatur, suoque bellantes adiuvat praesidio; nec in dubium revocatur quod Thessalonicensibus obsidione ab Alusiano Bulgarorum cinctis unguentoque ab eius sepulcro emanante uictis contulit. Romanne acieci fuit dux martyr Demetrius, aut Cedrenus in Michale Paphlagone, iterque complanavit, quod Bulgari captivi iuramento confirmarunt, dicentes vidisse se luvenem equitem, qui Romanus phalangī praeficeret, a quo exiliens ignis adversos crevaret hostes. alter Procopius militia clarus dux Alexandriae fuit, ut verbius illud Synaxarium asserit Iulii 8: γαῖποις παρτίοις καίγυμα, βασιλεὺς παραπομπαῖς enit eius festo ecclesia Graeca. testius fuit Theodoreus organista, equum magister sub Licinio, a quo mortem illatam sustinuit: exim Romanorum armis lavere coepit a coelo, ac Ioannis Trinitatis tempore tantaec Scytharum in Graecos praelantium stragis auctor fuit, ut ei

gratiam pro ope lata relatus Tzimisce, templo in quo is humatus erat destruto, aliud magnificentius exstructum praediis amplis habentibus redditus ditaverit, et urbem, Euchaneiae suppresso nomine, vocaverit Theodoropolim. subdit Cedrenus, ex quo haec deprompta: sane his semper auspicibus atque antesignanis adversum hostes uti solebat imperator hic. nec temere: visus enim manifesto martyri opem ferre, hostiles cuneos turbare, et praeclarissimae ducem se praestare victoriae. ultimus Theodorus alias, tiro dictus, non quod armorum tirocinio eruditus, sed quod in cohorte tironum dicta provectus centurio promeretur. Damascenus subdiaconus: ήτον καὶ εὐτὸς ἔνας εἰς τὸ τάγμα ὅπον ὀνομάζετον Τύχωνες, ὡσὰν νῦν εἰπῆς ἐκατόνταρχος. ita dictus auctor vulgari idiomate.

p. 48 v. 4. illud Θεοδώρων est utriusque Theodori martyris, ducis et tironis. prioris festum agunt Graeci 8 Iunii, posterioris 17 Febr. et in hunc tironem exstat S. Gregorii Nysseni pulcherrima oratio.

ibid. Γεώγιον ἔφηπον] notissimum olim ducem, sanctis nunc tolerato martyrio Georgium allectum equitem semper pingunt Graeci; quod saepius sit visus καβαλλάρης εἰς ἄλογον ἀσπρον et λευκοφόρος καβαλλάριος εἰς ἄλογον ἀσπρον. Damascenus citatus in Thesauro. de Georgio et Theodooro sanctis Graecorum auxiliatoribus Nicetas Manuelis Comneni l. 6.

ib. v. 5. δρακοντεῖον] cum aquilis in aciem inter vexilla lati sunt etiam dracones, maxime labente imperio. docet Dempsterus ad Rom. antiqu. calcem. de quibus Suidas v. σημεῖα: ἀ φέροντις ἐν τῷ πολέμῳ ὑφάσματα εἰσι βαρῆ πεποιημένα, ἀ εἰς ἰδεῖν μάλιστα ὄφεων εἰκασται, καὶ ἀγνώρηται ποντῶν συμμέτοψιν. descripserat prius Marcellinus l. 16: *purpleis sub tegminibus texti circumdedere dracones, hastarum aureis gemmeisque summitatibus illigati, hiatu vasto perstilates, et velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina reliquentes in ventum.*

His imperatoriis flamulis seu vexillis propter cognationem nominis adde vexillum S. Dionysii, Gallice *oriflambe* dictum, quod reges Galliae summa religione secum in expeditiones educebant. de quo vide gesta Ludovici Francorum regis fol. 138, 144, et Rigordum de gestis Philippi Augusti regis fol. 186 ed. Pithoei.

Non possum hoc loco tacitus praeterire Nicephori Gregorae l. 7 sinistrum et abiectum iudicium de marchionibus Latinis, quos ait *non esse claros apud Latinos, sed eum dignitatis gradum tenere quem apud Romanos* (Copolitanos) *tenet ὁ τὴν βασιλικὴν σημαῖαν ἐν στρατεύμασι ποτέχων*, et marchioni perpetuo munus *hoc attributum esse ut novo imperatori vexillum praeferat.* scilicet marchio Montisferrati, Misniae, Brandenburgicus et similes apud Latinos maioris dignitatis non erant quam lampadarius aut is qui divelium aut flamula imperatoria apud Graecos imperatori praeportabat; nec marchiones seu, ut Graeci appellant, *marcesii* nomen hoc habent a vexillo seu *bando*, sed a limitibus tuendis. *marck* enim Germanis limes est. nam finibus defendendis praefecti erant, qui temporis

P 221 progressu ad amplissimas opes latissimosque principatus emiserunt: qualis enim et quam potens marchio Brandenburgicus, marchio Badensis, marchio Onspachensis, marchio Moraviae, marchio Burgoicus et alii? ipse etiam Nicetas Choniates l. 7 de rebus gestis

Manuelis marcherii Montisferrati nobilitatem et potentiam agnoscere et praedicare coactus est.

ib. v. 16. τὰ τῶν δεσποτῶν, καὶ τῶν ἀρχόντων] iis saeculis haec scripta quibus non modo reges et principes, sed et nobiliores equites aliqui vexilli sive bandi deferendi honorem amiebant. hinc nobilium Francorum *equites bandiferi, chevaliers banneretz*. Leo Tacticorum const. 5: φλάμουλα μεγάλα, φλάμουλισια τῶν κονταρίων, βάνδα διαφόρως βεβαιωμένα. habuerunt equites gregarii in contis flamula. Leo idem κοντάρια μικρὰ καβαλλαρικά, ἔχοντα λοργία κατὰ μέσον μετὰ φλάμουλαν. etiam in bumeris minoris sibi ficebant flamula: φλάμουλα μικρὰ ἐπάνω τῶν ἵππων κατὰ τῶν ὕμαν.

ib. v. 17. τῶν δημάρχων] aurigantium, qui quondam ludis Circensibus Romae palmam quaerebant, factiones sive partes fuere quatuor, quae a coloribus viridis caerulei rubri albique panni, quo donabantur, nomina acceperunt Prasinæ Venetæ Rusatae Albatae, de quibus Suetonius Martialis Juvenalis meminere, et omnium distinctissime Tertullianus Latinus, et in Anthologia Graecorum Epigrammatum ad l. 5 calcem penè extremam Thomas Patricius Gracius descripsere, eum Circensium ludo rum studio exercitia nomina colores factionum Roma Cpolium commigrarunt; et ex dimicantibus in Circō factionibus populus quoque totus divisus in partes, quae se quandoque mutuis caedibus rapinis iniuriis consumpsere. Theophanes Simocatta Cedrenus Zonaras et alii tumultibus illis et seditionibus iam a Zenonis temporibus per quaedam deinceps saccula continuatis scripta sua respersere. consultet qui curiosus et dissensus haec volet explicata. unicus Balsamon longissimos historiarum tractus paucis perstringit in 24 canonem Trullanum. τότε μὲν γάρ, inquit, τῶν δῆμων κατεξόντων τὸν εἰποδρομίας, καὶ ποιουμένων ταύτας, δὲ καὶ δύος ἴρωντο, ἐν δαπανημάτων οὐκείων, ὡς καὶ ἰζόντων οἰκους καὶ ἐππώρας καὶ μέχρι καὶ νῦν περισσούμενος καὶ προσόδους γάριν τῶν ἐπποδρομῶν, καὶ τοῦ βασιλέως προσκαλομένον καὶ τὸ τυποῦ μὴ ἰζονταί τοντος, πολλὰ στασιώδη καὶ αποκα στρεπτον γίρθαι κατὰ τὸν εἰποδρομίαν καιρὸν, τὸν μὲν προστιθεμένων τῷ δήμῳ τῶν Βερίτων, τὸν δὲ τῷ μέρει τῶν Πρασίνων. τὸν καιροῖς δέ τοι καὶ πόλεις ανανθρόπησαν ἐμφέλιον μέσον ἀντιθέτων μερῶν, καὶ κατὰ τὴν βασιλεὺν περιψήσας ἀναδῆ ὄμβυτα οἱ δημόται απηρύξαντο, καθὼς ἀπὸ διαρρόων χρονικῶν τούτοι παρισταται. partium illarum (quae διαιτοὶ et δημόται, ut iam legimus et scribunt Theophanes et Cedrenus, vocantur) partium, inquam, capita ducesve δημάρχοι et δημάρχαι quasi τῶν δήμων ἀρχοντες audiebant, popularesque sibi subditos vel affectos recensabant, vel etiam quandoque ad eos qui per civitatem oriebantur tumultus et seditiones duebant. Simocatta 8 7: τοὺς δημάρχους ὁ αὐτοχθότων εἰσοικεύμενος τὸ ταῦτα βασιλεῖα, οὐδὲ διοικητας τῶν δήμων εἰσθεν τὸ πλήθος ἀποκαλεῖν, (όνοματα δὲ τούτοις Σιργοὺς καὶ Κορμᾶς), ἐπενθάντο τῶν δημοτεύοντων ἐπὶ λεπτοῦ τὸν ἀριθμὸν. ὁ μὲν οὖν Σιργοῖς τὸν γάρτη τὴν σιρακίν τῶν ἥραστῶν τοῦ γλυάζοντος ἐνιχάραξτος χρώματος, πεντακολορος πρὸς τοὺς γάλιον τυγχάνοντας, ὁ δὲ Κορμᾶς τοὺς τὴν ἀντιθέτων αἱρέσεως εἰναυταῖς τειναὶ οὐτεταχεῖν. τὸ δέ γαρ χρωμάτων ἐγίαστο τὰ τῶν Ἕρμαιων καταπίπτει τὸ πλήθη. Zonaras in Phoca: ὁ Φωκᾶς τὴν γυναικαί τειναὶ αἱρέσεων εἴθεντος τῶν δήμων παροντεων. τότε διὰ τόπων τὸ οἰς λαταροῦ ἀμφιθέατρο γερουσίης τοῖς Ηρακλίοις καὶ τοῖς Βερίτοις ατασθάντοι ἤξατο καὶ ἀλιέστων. πίνακας δὲ τοντος ὁ Φωκᾶς κατασκευάζειν αὗτοις τὴν στάσιν λατιζίζει. ἐτός τον τῶν αταλέτων τὸν τοῦ Ηρακλίου ὑποκατενες δημάρχοις καὶ τοῖς τοντοῖς οὐδιάστας, οὐδὲ γεγονότες οἱ τοῦ δήμου τούτοις ἐφασον. et iusta: λατινὸν ἀγάντα

ἄγων ἐθεάσατο σὺν ταῖς αὐτοῦ εἰκόσι καὶ τὸν Πρέσπαν καὶ τῆς αὐτοῦ γνωμὸς Δομετίας ἴσταμένας εἰνόνας, καὶ ἔμανεις γεγονὼς ἀποτηνθῆναι τὸν δημάρχους ἐκέλευσε· δεηθέντων δὲ τῶν δήμων μόλις ἀφῆνεν αὐτούς. Venetae autem parti magis favisse imperatores semper sunt visi, eisdemque Prasinam minus affectam. Theophilo eam ob rem in theatrum venienti succlamabat illa apud Leonem Grammaticum: καλῶς ἡλθες, δεύκηρε φαντονάρη. horum ne reliquiae quidem ultimis saeculis licet remanserint, duces tamen, vel quisvis alii in eorum locum subrogati, imperatori in publicum procedenti cum vexillis poterant astare; iidemque sunt qui populum per contubernia tribus regiones et collegia divisum regebant, quos πρωτοπολίτας a Theophane scriptos observabis.

p. 48 v. 20. antidorum] inepte Iunius *mutuum munus*. nihil melius quam ipsum Graecum nomen retinere. erat panis ex quo pro eucharistia conficienda pars desecta, qui que ante liturgiam per templum circumlatus fuerat. is finita liturgia distribuebatur praesentibus benedictionis gratia, ut qui eucharistiae participes non fuissent, saltem de hoc benedicto pane participant.

Summa Graecorum erga ἀντιδώρων *communionis vicarium*, panem benedictum, religio est, ut si sacramentorum non est particeps, illud ipsem, etiam imperator, ut hic vides, in ecclesia de manu sacerdotis sacris finitis accipiat. de eo nos in Euchologicis.

p. 49 v. 3. paegniotae Germanice *spielleute*.

Corruptius pronuntiat vulgus παιγνιδιώτας, *lusores*, qui videlicet ludunt musicis instrumentis, et ea vel pulsant vel inflant.

ibid. βυηνινάτως scribit Theodotus in Iure GR. Choniates βύναρον, alii βύνινον.

ib. v. 4. surulistae a *surullio* instrumento musico. quod num Iunius recte in annotationibus suis explicet, quis nos certos faciet?

Symphoniaci cornicines, *ioueurs de cornetz à bouquin*. symphoniacae sive musica cornua, quibus etiamnum hodie ludunt Dervisides religiosi Turcae, σουρανλιστάς vocant Graeci, Dervisides inflantes eiusmodi instrumenta σουρανλιστάς, voce, ut mihi quidem videtur, p[ro]ae σουρανλιστάς minus corrupta.

ib. v. 11. ἐπὶ τῶν ὄμων αὐτῶν] Barangī, quos non uno loco πελευνφόρος dictos reperias, bipennes coram imperatore humeris solebant gestare. Anna Alexiad. 4: τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ὄμων τὰ ἐτερόνοπα φέροντας ἔιρη παραπατασχῶν. Nicetas in Alexio 2: καὶ ἀπὸ τοῦδε οἱ μὲν δορυφόροι τὰ ἐπὶ τῶν ὄμων ἐτερόθηκτα ἔιρη κατήνεγκαν. Anna rursus 1. 2: συνήγαγεν τοὺς ἐπὶ τῶν ὄμων τὰ ἔιρη κραδαίνοντας.

ib. v. 15. βηλόθυρο] infra, cum de coronatione imperatoris disputatur, aliquoties idem nomen occurrit, compositum ex *velo* Latino et Graeco θύρα, *velotura* seu *velatura*, quae est loco ianuae. reclamat Meursius. non est *velatura*, degeneri verbo Romano, sed παραπέτασμα, quod diductum ianuae *instar transeuntes transmittit*. Aristophanis scholiastes ad Ranas: παραπέτασμασι ταῖς σκηναῖς, τοῖς Πρεσπαῖς βήλοις ἢ βηλοθύροις. sed non video cur βηλόθυρο non possit esse utrumque, velum scilicet ianuae, ut nomen ipsum indicat, et velum loco ianuae. etiam in pontificum historia apud Anastasium occurrit, in Stephano VI: *fecit velothyra*

quattuor. contulit velothyra serica tria in circuitu altaris. ubi absolute pro peripetasmate accipi videtur. ibidem pro προθύρων codex alter Boicus βηλοθύρων, et rectius meo iudicio.

ib. v. 16. πιλατίνα vocat auctor pannos palmaris longitudinis, mensurae nimirum a pollice ad minimum digitum manu extensa interceptae, latitudinis vero ipsius manus, quattuor videlicet digitorum. ita huiusc cap. p. 54 v. 6 πιλατίνα huiusmodi demonstrat ἀπγραφημένα. *conto* itaque erant affixa: *contus* autem ille seu *pilum* potius, unde *πιλατίνον*, illud est quod σκῆπτρον dicit. uno igitur verbo πιλατίνον est exile vexillum (une banderolle) pilo seu virgæ appensum. confirmat expositionem Theophanes, ubi σκῆπτροις, quae πιλατίνα vocat hic auctor, vexillorum assigit sensum: ὁ Λέων Μάνην μετὰ τῆς βασιλικῆς τιμῆς καὶ στρατηγάτων καὶ σκῆπτρων καὶ βάνδων εἰς Ἱεροσαλήμ ἐκπέμπει. vide τὸ σκῆπτρον hic minime reserre; quae namque detulerunt aut miserunt imperatores antiqui sceptra? vel quae consuetudo Romanis ducibus concessa edocuit? Triodium: ἐπὶ βασιλεῶς παρονοίᾳ προπορεύονται τὰ ἑπτένον σημεῖα καὶ σκῆπτρα. subditur: μέλλων ὁ Χριστὸς μετὰ δόξης προελθεῖν διὰ τῆς ἀναστασίμον ἡμέρας προπέμπει τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ, τὴν βασιλικὴν σημαῖαν, τὸν ἔρωποιὸν σταυρόν. observa τὸ σκῆπτρον τῇ σημαῖᾳ compositum, ac velut rationis unius signum et regiae maiestatis argumentum proferri. Theophanes in Leone Copronymo: προηλθεν δὲ ἡ βασιλισσα Εἰρήνη μετὰ τοῦ προελθεῖν τὸν βασιλεῖς, ὅψιενομένη ὑπὸ τῶν σκῆπτρων διὰ τῶν σχολῶν. σκῆπτρα velut sibi propria deferebant circa Irenem scholae: at non adeo sceptra quam banda vexillaque sunt scholis accommoda. Theophanes rursus in Michaele Theophili F. eo Basiliū propriis manibus coronante narrat πεπτωνίαι τὰ σκῆπτρα, ὡς ἔθος, inclinata demissaque suisse non regia sceptra, sed bellica signa vexillaque in subiectionis et erga recente coronatum Basilium obedientias argumentum. ex quibus σκῆπτρα minora vexilla vocamus; sicut βάνδα moiora: utraque vero βασιλικῆς τιμῆς καὶ στρατηγάτων σημεῖα. fateor illustrissimo Cyrillo Trapezuntis praesuli et Antonio Cratii lectori CP, πιλατίνα proindeque σκῆπτρα clavas ex auro et argento principibus praeserri solitas interpretantibus, præmissa non omnino displicere: at cum πιλατίνα capit is quod exponimus ad p. 54 v. 6 scribantur μαργίλια ἐκ στρεμμάτων, quae nonnisi pannos auro textos indicant, et solidas ex auro vel argento clavæ nequeant palmaris descripta mole e collo commode pendere, quam ex propositis sententiis certiore eligat aequus lector iudicabit. certe cum ἀπελατίνα nonnunquam legant regia, ea vero clavas interpretari cogant τὰ μετὰ χρῖσματα ἐκ στόχου ἀπελατίνα apud Nicotam in Manuele l. 5, haec mihi ceu requiior secunda sententia recipitur.

p. 50 v. 8. ζωύφιον animalculum, ut musca, vermis, araneus. Junius ζωύφιον edidit, et stulte admodum Arabicum esse dicit, stultiusque adhuc suum hoc Arabicum ζωύφιον interpretatur.

ib. v. 9. ut veterem notionem diadematis assequaris, inspice nummos, quos cum alii vulgarunt tum ego tom. 3 de S. Cruce l. 1. notanda autem sunt haec quae hic de distinctione diadematis et stemmatis et sonae militaris, adeoque de torque traduntur.

ib. v. 19. *saccus vestis* est, ut patriarchæ, ita imperatori propria, utrumque aenias figuris et nostro sumptu in Euchologio descriptissimum. superest hunc verbis rudi Minerva delineamus talaris tunica ex villosa serico totum corpus obtregens, nullisque sinuum undis circa illud ludens aut mota, verum nonnihil angusta, liberos ut videtur inceasus non per-

mittens, ac denique sacci figuram referens, *saccus* est. rubro colore tingit ms Tilianum, Regium Sandionysii, Manuelis ultimi Ioannisque filii imperatorum totam effigiem repraesentans, violaceo. uterque purpureus habetur et imperatorem decet.

ib. v. 21. φυάλιν] ita scribitur apud Codinum. integrum est φυάλιον, *velum*. *viri docti*, hoc est Iunius, inquit Glossarium, interpretantur *vitream carbasum*. non assentior. recentiores Graeci crassiore pronuntiatione et πλατνάζοντες sic efferebant *velum Latinarum*. Germani quoque vocant *sacrum velum*, quo moniales vellantur, *ein weihel seu weil*, manifesta ex vocula *velo* origine.

φυάλην ad me scribit Georgius Coresius Chiensis, eamque vocat πολυχώματον ὑφασμένην καὶ πεπλεγμένην παλύπτραν, *capitis tegimen variis coloribus intertextum*. an ob pennas vel volitantes mobilesque gemmas φυάλην fontanam machinam grandinem aquarum superne eructantem fuerit imitata, aliis iudicaverit. de phyala fonte in Euchologicas disserimus.

p. 51 v. 1. tropaeucha a *tropaeo* seu *trophaeo*.

Tropaea sunt haec dictio triumphosque, nec immerito: refert enim augustum illud et pretiosum tegimen capitinis candicans et gemmis ornatum, quo de parta victoria laetabantur imperatores. Coresius in rescriptis.

ib. v. 2. Iustinianum a Iustiniano imperatore, qui quali tegmine capitinis usus sit, apparet aliquo modo ex antiquis numismatis, quorum nonnulla lectori spectanda proposuimus tom. 3 de S. Cruce 1 20.

Dixeram l. l. Iustiniane formam esse quam ibidem repraesentatus nummus antiquus exhibit. improbat hoc Nic. Alemannus in commentario ad arcanam historiam Procopii, quia ante Iustinianum Theodosius Marcianus Leo Zeno Anastasius et Iustinus eandem πτερωτήν cristam in galea gestarunt, ut in eorum numismatis apparet; atque illa est quam τροπαιουχίαν vocatam idem Codinus affirmat. verum ut Iustinianus integras urbes et res alias a suo nomine ambitiose nominavit extinctis priscis appellationibus, ita et huic capititis φορέματι seu gestamini suum nomen imponere potuit, licet ab antecessoribus suis etiam usurpatum fuisse. at Iustinianum hoc diadema non bellicum aut castrense fuit, sed civicum; quo et in sacris et in ecclesiis utebatur. sed et Codinus satis indicat tropaeuchian et Iustinianum et alia arbitrio imperatoris tam domi quam alibi gestata: ait enim: έπὶ δὲ κεφαλῆς φορέματα διάφορα, ποτὲ μὲν τὸ ὄνομαζόμενον τροπαιουχίαν, ποτὲ δὲ Ἰουστινιάνειον, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπέρτερον etc. ἀπὸ μὲν οὖν τοιούτων φορεμάτων φορεῖ ὁ βασιλεὺς οἷα ἀν βούλοιτο. ex quibus Codini verbis liquet imperatorem varia habuisse capititis φορέματα, et arbitratu suo nunc hoc nunc illud gestasse. Iustiniane formam nobis Alemannus exhibet ex tabula quadam, quae opere musivo Ravennae exstat: non negaverim Iustinianum tali capititis tegumento usum: sed hoc esse ipsum Iustinianum ex tabula illa probari non potest.

A Iustiniano acceptam καλύπτονταν eius numismata et antiqua statuarum monumenta, si quae supersint, scriptis clarius edocebunt.

ibid. pro ὑπέρτερον libenter legerem ὑπέρτυρον, ut sit gestamen capitis instar ignis flammans.

καλύπτοντας huius nomen innuisse et figuram repraesentasse videtur Cedrenus in Basilio: στεγάνω χονσό λόφον ἐφύπεδην ἔχοντι ἐνοικουμένον ἐστεφανωμένος. ὑπέρτυρον légendum suggestit Gretserus. non ignare, me hercule. legit enim idem Coresius dum describit: τὸ ὑπέρτυρον tegimen est capitis, hostilis sanguinis effundendi omen, regii furoris in adversarios profecturi signum, eximia purpura fucatum, quo se imperatores vel belli tempore vel in ipso conflictu elabant. illud fortasse πύρσης nomine Nicetas voluit intelligi, ubi de tumultuaria Andronicī in solium promotione, ἄλλοι δὲ τὴν καπνηράν, inquit, καὶ πυραμοειδῆ ἔριαν τῆς κεφαλῆς ἀφείμενοι πυρσήγ αὐτῷ περιθέντο, καὶ στολὴν βασιλικὴν ἐνέθυσαν ἔτεροι.

Gestaminibus quae imperator fert in capite, adde etiam illud quod Georgius Acropolita, magnus logotheta, in suo Chronicō appellat pyramidem, ubi de Isaaco imperatore a Bulgaris devicto agit p. 22 3 Bonn. et hoc tempore, inquit, Bulgari tantis Romanorum spoliis acquisitis superbius insolentiusque se gerebant: καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τὰ καιριώτερα· τάς τε γὰρ τοῦ βασιλέως τὰς πυραμίδας ἀνελάβοντο. ad quae interpres Theodorus Idousa: πυραμίδες erat pileus acuminateus, instar pyramidis, Orientaliū principum gestamen. cuius postea iterum auctor meminil: καὶ τὰ μὲν ἐνθράπεδη λεπτά ἀπιθάλλετο, καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόπινος, ἡ βασιλικὰ σύμβολα. Cantacuzenus 1 5 pileum hunc seu tiaram ab inserto unione seu lapide pretioso synecdochice nominat τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον. et 4 37 haec eadem tiara est Cantacuzeno λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος. est symbolum imperii 1 5. quo circā diversum forma suisce oportuit illum quem fugitivus Andronicus Comnenus imperator induit, licet pyramidis quoque speciem prae se ferret: πῖλον γὰρ βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς εἰς ὅσν λήγων πυραμίδι εἴκασται, τὴν βασιλικὴν εἰσεσιν αὐθις τριήγη, ut ait Nicetas l. 2 de Andronico Comneno. grande tamen aliunde inter hunc barbaricum pyramidalem pileum et illum alterum imperatorum intercessisse oportet, cum Andronicus hunc barbaricum, ne agnosceretur imperator, assumpserit; sicut et turbinati illi pilei σχῆμα πυραμίδος ἔχονται, quibus proceres in aula Cpolitana utebantur, utique ab imperatoris καλύπτοντα seu tegumentis in pyramidem fastigiatis discrepabant. vide Gregoram ad calcem historiae.

Gracci, recepta a Latinis Cpoli, inter Balduini II imperatoris symbola repererunt calyptam forma Latinis usitata constantem et unionibus distinctam, cum lapillo rubri coloris in vertice capitis, ut in Pandecte scribit Leunclavius ex Praetore Graeciae historico inedito.

Basilus Porphyrogenitus apud Zonaram triumphat τάραχα τανισθεὶς ὄφθις, ἦν τούφαν κατεῖ ὁ δημοάδης καὶ πολὺς ἄνθρωπος,

inquit Zonaras. addit etymon, nescio quam vere: τύφον οἵμαι ὀνομασμένην ὡς τετυφῶσθαι ποιοῦσαν τὸν ταύτην ἀναδομένους. quae est magis pia quam vera originatio. Cedrenus de eodem eiusdem Basilii triumpho: στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἔθριαμβενσεν ἐστεφανωμένος. cristata nimis corona propter *tupham* seu *flammulam*, qua insigniebatur, quam Cedrenus vocat λόφον, ob quam vulgus tiaram istam *tuphae* nomine affectit.

p. 51 v. 5. σταυρόν] duo sunt imperatoris sceptra, σταυρὸς καὶ νάρθηξ, crux et ferula. de quibus Symeon Thessalonicae episcopus: μετὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν εἰς δεῆμα τῆς εὐσεβίας, καὶ τὴν ἀκαλίν, ὅπερ χοῦς ἔστιν σημαίνων τὸ φθαρτὸν τῆς ἀρχῆς καὶ τὴν ἐν τούτον ταπείσωσιν, καὶ ἔτι ὁράβδον λαμβάνει, οὐ βαρεῖαν τινα καὶ σκληράν, ἀλλ᾽ ἔλαφον καὶ μαλακήν, διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πραστητι καὶ μηδ ὄγκον καὶ φθαρτικόν, μηδὲ συντεῖβον καὶ ἀφανίζον. illud porro mirum, ligneum tantum utrumque CP imperatorum fuisse sceptrum. de narthece res est indubia: cruci ligneae effigies Manuelis eam manu gestantis attestatur in Sandionysiaco et Regio ms, in eo siquidem crucis virga citrino tantum colore picta, crux autem in extremo fixa auro facta conspicitur. eandemque auctor clarioribus omni colore verbis depingit, ubi superius de primicerii baculo c. 4 p. 19 v. 16. ait: δικανίου αὐτοῦ ἔνιον πεχοσωμένον, οἷον τὸ τοῦ βασιλέως. δικανίου etiam vocatum.

ib. v. 6. de blatio iam supra diximus l. 2 c. 5 ad p. 18 v. 17.

ibid. κώδικι ἑοικὸς δεδεμένον μετὰ μανδυλίου.] Graecorum imperatorum effigiem pictam ni lector viderit, vix haec percipiat. illi longiorem fasciam margaritis ornatam velut humerale ab humeris retro pendentem a dextro latere ante pectus recipiunt et sinistro brachio superponunt; ea vero parte qua manum attingit, adiunctum et assutum habet rotundum sacculum, κώδικι ἑοικός, involucrum nimis volumini complicato sive potius involuto simile, quod est illud βλάτιον ἔχον χῶμα ἐν τοῖς καὶ καλεῖται ἀκανθα. fascia vero ceu μανδύλιον, linteum oblongium mantile dictum referens, ipsa quoque μανδύλιον sortitum appellationem. quo observato visaque imperatoris figura, quid sit imperatorem ἐν τῇ ἀριστερᾷ φέοσιν βλάτιον κώδικι ἑοικὸς μετὰ μανδυλίου δεδεμένον, relinquitur manifestum.

ib. v. 7. κόνιν ἄμμον et χῶμα distinguunt ex iudicio hodierni: κόνις pulvis est, ἄμμος arena, χῶμα terra frugifera satis et plantis idonea. Suidas χῶμα, χοῦν. hinc tibi Annae Comnenae l. 2 obscurus locus lucem accipit. extraneos milites a terrigenis, sive melius dicas, alienigenas ab indigenis distinguit. illos ἑταίρους, hos indigitat ὀπόσοντος ἐν τοῦ χώματος, quotquot sunt e propria terra nati. l. 3 hic alius illustratur: οὖ πλείονς τοιανούσιον στρατιωτῶν ἥσαν, καὶ τούτων ἐν τοῦ χώματος. ergo si involucrum manibus imperatoris gestatum χῶμα contineat, quid aliud quam terram, cuius symbolo innotescit humilitas, intelliges?

ibid. acacia quid sit, oculis intueri licet in imaginibus imperatorum praefixis Nicephoro Gregorae, et in nummo Theodosii Magni, quem habes tom. 3 de S. Cruce l. 1, tametsi Baronius existimat gestamen illud Theodosii Magni esse sacrum evangeliorum codicem. ibidem pro acacia suspicabar legendum ἀντα: sed vulgata scriptura retineri potest, imo debet. et est acacia *Innocentia* et *Acacius Innocentius*. mandylium suos natales etiam nemine admonente prodit.

Imperatoris itidem insignia erant *purpurea πέδιλα*, quae nunc

calcei, nunc sandalia, nunc ocreae, nunc crepidae vertuntur. et quidem ἐρυθρά rubra, κόκκινα seu κοκκοβασφῆ coco tincta, non sine aquilis; quae et τζάγγαι seu τζάγκαι dicebantur, usque ad genua pertingentia, si fides Procopio l. 3 de aedificiis Iustiniani. ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνου φοινικοῦ χωμάτος, ἀ δὴ βασιλέα μόνον Παναίων τε καὶ Ηρεσῶν ὑποδεισθαι θέμις. posteris temporibus idem honos principi Bulgariae concessus, inter cuius insignia erant aurea corona, ut est apud Ioannem Cypopalatam in Tzimisce, καὶ τιάρα νενημένη ἐκ βύσσου, καὶ πέδιλα ἐρυθρά, quae Zonarae sunt φοινικούχοις et Nicetae in Ioanne Comneno φοινικοβασφῆ. idem Bulgarorum princeps Graecis βασιλέως appellabatur, ut liquet ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam, quo nomine ne imperatorem quidem Occidentis dignabantur, quem ὅπῃ indigitabant. ex calceis purpureis et aquiliferis agnitus est inter caesorum cumulos et tumulos Constantinus ultimus Cypoleos imperator. Phranzes 3 18. has crepidas ἐρυθράς, ut eas appellat Gregoras l. 3, quemadmodum et purpuram, statim arripiabant illi qui imperium invadebant. quapropter de Theodoro Comneno capta Thessalonica Georgius Acropolita in Chronico: πορφυρίδα τε ὑποδύεται καὶ πέδιλα ἐρυθρά. obitque strenue imperatoria munia, creando despotas, sebastocratoras, magnos domesticos, protovestiarios et id genus alios. quibus ante omnia invasores sceptri imperatorii privabantur, quam primum in legitimorum dominorum potestatem veniebant. coronam imperatoriam nemo sibi sumebat, sed in coronatione seu inauguratione sua a patriarcha accipiebat.

p. 51 v. 21 et p. 54 v. 6. pilaticia accersuntur a Cyro Persarum rege, imo a Medis, quorum rex et iudices talia pilaticia ex collo dependentia gestarint tanquam iuridici honoris et officii insignia. quicquid sit de re, vocabulum videtur Latinum a pilo, hoc est *telo*. nam quod lunus ex Orientalibus linguis id dedit, quibus ait *pilaticium esse disquisitionis et accuratissimae cognitionis monumentum*, id ideo fecit ne nesciremus quam feliciter supra ξανθοῖς ex Arabicō formarit; non impari felicitate pilaticia ex Oriente nobis nunc advehit. vide tom. 3 de S. Cruce 1 13. ubique autem scribendum πιλατίκιον, non ἀπελατίκιον, sceptri genus, quod palatini certi gerebant, quemadmodum alii multū τὸ δικανίκιον, supra l. 2 c. 6.

ib. v. 22. ἀρχοντόποιοι ἀσκεπίς] Gregoras ad historiae calcem: ποτὲ γε μήν τῆς ἦπι αρσαλῆς παιδόπορος, διτὶ τῶν πρότερον βασιλέων ἔθος τοὺς μὲν γούρου πορφυρίκότας ἢν τοῖς βασιλέοις χονδραι καλύπτομεν πυραινίδος μὲν ἔρωτος σχῆμα, σφριντίς δὲ τεθίμενοι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἵναστον ἀξίωμα καλυπτομεναις, οὓοι δὲ τὸ ἡμίκι, τούτον δὲ πάντας καθάπτας ἀπάλυπτος ἔχει τὴν κηρυχήν. subdit Andronici Junioris aetate pileorum quae luberet acceptam a proceribus formam, iuuenes vero etiam tecto palatum frequentasse.

p. 53 v. 2 προστόροντος λιγοτερες στίχον] versus ut celebratae festivitati congruos, ita simul proprias imperatoris laudes et subditorum in

illum vota capientes. quorundam huiusmodi sensum acerbiore in imperatorem Nicephorum motus bile rettulit in sua legatione Luitprandus. Leo Grammaticus aut quivis alias in Leone Armenio: ὑπὸ πάντων ἐδοξάσαντο, καὶ οἱ δῆμοι ἐμέλισαν ποιήματα καθ' ἔκαστον ἥχον πρὸς εὐφημίαν αὐτῶν πάσαν ἡδονὴν πολεμεῖσα παρέχοντα. observa musicos tonos a Graecis octo numerari, et ad singulorum inflexionem poetica opuscula referuntur decantata. vide, si tanti est, Euchologium nostrum v. ἥχος.

p. 53 v. 5. ἡ εὐφημία τῶν ὀνομάτων.] pronuntiatis eorum nominibus nuncupantur vota, quorum forma haec est ex Euchologio et aliis: ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων θεούς πάντων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν Ἀνδρονίκου καὶ Μιχαὴλ τοῦ μνοίου δεσμῶμεν. et τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ δεσμῷ ἡμῶν Ἀνδρονίκῳ πολλὰ τὰ ἔτη. Anna de se ipsa l. 6: κάγὼ εὐφημεῖσθαι ἔμελον. Κωνσταντίνον καὶ Ἀνναν ἐν ταύτῃ ἐξεφώνον ἐν τοῖς εὐφημίας καιροῖς οἱ τῆς εὐφημίας προεξέρχοντες.

p. 54 v. 6. διὰ σιτανίων vel σιτανίων. ex sericis filis. nam Italis seta est sericum, unde nuperi Graeci suum sitanium seu setanium procuderunt; nisi quis malit a Latino *seta* deducere; quasi pilatia illa de setis suspensa fuerint. Germani chordas seu fides vocant *seiten*, aperte a *seta*. sed Glossarium v. *σιτάνιον* et v. *γαϊτάνιον* putat legendum rescriendumque διὰ γαϊτανίων, ex cingulis seu zonis: nam *γαϊτάνιον* est cingulum. non assentior: facerem, si crisis haec aliquo ms exemplari adiuvaretur.

Hallucinatio oculi *σιτανίων* *εἰτανίων* vice, prout habent Regia, legentis. sunt autem *εἰτάνια*, a vulgi quibusdam *γαϊτάνια*, ab aliis *γαθάνια* pronuntiata, ornatiores *vittae* sive *taeniolae*, vestium laciniis ad invicem colligandis vel componendis nobis, et ad ornatum assutae, vel denique ut ex iis aliud ad decorum pendeat.

ib. v. 8. παλαιμαῖον] quattuor manus digitorum mensura.

C A P U T . II.

p. 55 v. 15. Faustas acclamations suaviter ridet Graecorum hand summus amicus Luitprandus p. 354 Bonn.

ibid. οἵσοι φρονοῦσι] habes illos distincte enumeratos notis c. 3.

ib. v. 16. ὅρίζει] recentior phrasis, qua virum honore vel cultu dignum aliquid facere vel dicere exprimunt. *ὅρίζει* ὁ βασιλέυς non iubet, sed dicit vel facit *imperator*.

p. 56 v. 3. *προσκαννοῦσι*] pro muneris more certum cultum imperatori palatini proceres exhibuere. Phranzi in logothetam clam instituto dicit *imperator* apud Pontanum interpretem: *tu magnus logotheta es*: *tamen ne mo pro more officii tui adores*.

ib. v. 12. potestatus, ab Italico *potesta*, et hoc a Latino *potestas*, significat praefectum seu praesidem seu praetorem, qualis et iste Genuensium erat.

Prolixa quidem, at huic loco congrua Gregorae narratio, quam

habet 4 9 (p. 97 10 Bonn.). singulis diebus dominicis ad imperatorem colendum Genuenses Venetosque in palatum convenisse testatur Cantacuzenus 1 12. de Pisanis CP habitantibus iterum sermo fit a Niceta Alexii tertii l. 3.

ib. v. 19. colicum seu collicium, idem quod κόλλις et κόλλα-
βος, nempe genus quoddam panis rotundi, ut inquit Iunius, et de-
licati.

κολίκιον panis rotundus ac in coronae modum contortus.

p. 57 v. 1. κόνσονλος ex Latino *consul*. ita vocabatur qui Pi-
sanis Cpoli praeerat. eodem nomine Anconitani suum praefectum
salutabant. et hodie Tripoli Alexandriae Cairi seu Memphis mer-
catores et negotiatores Gallici suos habent consules.

ib. v. 16. virgo hodie] contacium hoc fecit Romanus melodus
contaciorum auctor, et exstat in Menaeo 25 Decembris. integrum
ita habet:

ἡ παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτε,
καὶ ἡ γῆ τὸ σπῆλαιον τῷ ἀπροσίτῳ προσάγει.
ἄγγελοι μετὰ ποιμένων δοξολογοῦσι,
μαγοὶ δὲ μετὰ ἀστέρος ὁδοιποροῦσι·
δί' ἡμᾶς γὰρ ἐγενήθη παιδίον νέον, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.

p. 58 v. 1. μίνσος a Latino *missus*. *ferculum* verti, quia mis-
sus non sunt Latinis singula *fercula*, sed *ferculorum* quainplurium
illatio et appositiō: hic autem singulis singula tradebantur *fercula*,
non integri missus.

Ioannes Citri in *Respons. Iuris* GR I. 5: μίνσον τὸ καθ' Ἑλλη-
νας μὲν τὸ καροῦν δῆλος, κατὰ δὲ τὴν Ἰταλὴν γλῶσσαν τὸ πε-
ποιημένον τοῖς ὄφουποιοις ἔδειτον. κατὰ τοῦτο γὰρ τὰ ἐν ταῖς τρα-
πέζαις ἴτυποιμένα δόθυμα μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κάσουν τῆς
τραπέζης καὶ τῶν μέντων τιθύμενα. quam opiparo porro μίνσον sive
fercula e sua mensa distribuerit Isaacius Angelus, declarat Nicetas p. 579
4 Bonn.

ib. v. 17. βρύσος vel βρύση sons est, a βρύω, quod est sca-
turo. hinc βρύσις, quasi dicas scaturitio.

βρύσην dicunt communius fontem. Glossae Graecobarb. ἀργίριον
κοχήαι λαλούσιν: ἦγον αἱ βρύσαι τοὺς ἀσημάτους λαλούσιν. Cur-
palantes resert locum Basiliaciorum βρύσην dictum, ubi ab effossis Basili-
aci oculis sanguinis fontes eruperent.

ib. v. 19. μετὰ τὸ δεῖπνον] post cenam, melius quam post
prandium, ut Iunius, quia mensa illa vere cena erat: erat enim
ieunium vigiliae nativitatis domini.

p. 59 v. 4. postero die] hactenus percensuit Codinus quid in
vigilia nativitatis fieri consueverit: nunc quid in ipso festo agatur,
exponit.

ib. v. 13. τὴν τεσσαρακοστήν] Christi natalitia severiori ieunio qua-
dragesima diebus protracto monasticae leges et pia quorundam devotio prae-
veniunt, ieunium illud σαρκνεάργεντον vulga, correctior lingua τεσσαρακο-
στήρος vocat. τεσσαρακοστήν obseruo ab auctore nuncupari: at nude
et omnino ieuno, ut huius abstinentiae temporis ab alio Paschalia solem-

nia praecedente, et ἀγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστή dicto, discrimen assignet.

P 223 p. 59 v. 14. Graeci non tantum ante pascha sed et ante alia festa praecipua, ut est natalis domini, quadragesimam praemitterebant, sed quadragesimam non re sed solo nomine, utpote ieunio paucis diebus circumscripto. id disces ex Balsamone, qui in responsu ad 53 quaestionem Marci patriarchae Alexandrini ita scribit: *nos defendimus ieunia necessario praecedere haec quattuor festa, nemirum festum sanctorum apostolorum, natalis Christi, transformationis Christi et dei nostri, et obdormitionis sanctae deiparae, sed tantum septem dierum. unum enim est quadraginta dierum ieunium sancti et magni Paschatis. quodsi quis plus quam septem diebus circa festum sanctorum apostolorum et festum natalis Christi ieunet, seu sponte seu ordinis sui regula impulsus, non vituperabitur. quomodo autem et propter quid ante unumquodque horum quattuor festorum ieunare debeamus, declaratum in synodali decisione de eo a nobis facta. qui igitur non ieunant ante unumquodque horum quattuor festorum, sine ulla omnino excusatione, magnis emendabuntur poenis. eadem tradit Balsamon in responsis ad interrogations quorundam monachorum, quae exstant post Nomocanonem Photii.*

Graeci quiratabantur haec ieunia a Latinis non observari; ac proinde hac etiam ex parte cum iisdem concordiam iniri non posse. *instituta et mores omnes diversa omnino sunt*, inquit Marcus Ephesius, *ieunia et ritus ecclesiastici et similia. quae ergo hic unio, ubi nullum patens ac manifestum appetit signum? et quomodo uniti sunt, qui sua retinere volunt? hac enim lege suum ad unionem praebuere assensum, quamvis a patrum traditionibus desciverint.* respondet Gregorius protosyncellus in apologia pro concilio Florentino, quae exstat ad calcem eiusdem Florentini concilii in edit. Romana Graeco-Latina. *nescit ergo, ut plane videtur, eximius hic vir varios in hac etiam magna urbe Cpolitana servari mores, ieuniiorumque ac rituum ecclesiasticorum esse diversitates.* namque ante Christi natalem sunt qui ordiuntur ieunium ex die 15 Novembbris, alii ex die 6 Decembris, alii ex 20; ad honorem quoque ascensionis Christi quidam ieunare incipiunt ex calendis Maii, et alia ab aliis ieunia observantur. nam et ipso sanctae ac magnae quadragesimae tempore diebus sabbathi ac dominicae multi vescuntur piscibus, aliis quoque alii diebus; sunt etiam qui iis omnino se abstinent. *quid ergo? dicemusne illos fide etiam inter se dissidere?* in ritibus quoque ecclesiasticis consuetudo est varia: nam Cpolitana maior ecclesia in celebrandis officiis alio more utitur, alio vero maiora monasteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alio sacerdotum secularium ecclesiae. quin et Tabennesiotae in uno eodemque coenobio varios ieunandi psallendiique modos habebant, aliis per biduum ieunantibus, aliis per hebdomadam, et his quidem ad vesperam, illis vero de media nocte sacros hymnos canentibus; quod fiebat etiam in monasterio Acoemetorum. subdit Gregorius:

mirum porro fuerit cur iste vir et linguae diversitatem et varium indumentorum genus vitio non verterit; aut quod illi flectant genua cum adorant et orant, servantes morem antiquitatis, nos vero minime.

Porro qui natali integrum quadragesimam praemittabant, ii auspicabantur a 14 die Novembri, ut monachi, quos ad hoc peculiaris regula obligabat. *monachi*, inquit Balsamon, qui suarum fundationum constitutionibus coguntur amplius ieiunare, scilicet a festo omnium sanctorum et a 14 mensis Novembri, vel inviti cogentur sequi statuta suarum fundationum, quoniam hoc est canonicum et salutare; quemadmodum et laici, qui sua sponte ita ieiunant, laude et gratiarum actione digni habebuntur. quod dicit de festo omnium sanctorum, id referendum est ad ieiunium ante festum omnium apostolorum, quod Graeci celebrant ultimo die Lunii, cuius principium erat festum omnium sanctorum, quod Graeci celebrant prima dominica post pentecosten: cum autem pentecoste sit festum mobile, necessario etiam festum omnium sanctorum est festum mobile apud Graecos, nunc in Maio nunc in Iunio occurrens. quo sit ut ieiunium illud ante apostolorum festum etiam apud monachos aliquando brevius aliquando longius fuerit, brevius, si pentecoste in Lunium incidisset, longius, si in Maium. vide Typicum Sabae.

Observandum et hoc, Graecos commemorationem omnium fidelium defunctorum agere feria quinta ante pentecosten, ut constat ex libro rituali Nicophori, qui Pentecostarium inscribitur.

ibid. ἀπόχρεων, carnispricium, celebrius unum habent Graeci, dominica sexagesimae, et κρεωράγον carnivorum, si ita proferre liceat, diem solemni Paschatis festo. ut vero sacris mysteriis corporis et sanguinis Christi participaturi ieiunium septem vel quinque saltum dierum praemittere lege iam olim posita usque memoriam omnem praeverente recepto tenentur, ita non unum ἀπόχρεων vel κρεωράγον diem per annum sed quattuor more magis usitato numerant, celebratur hic natalium et resurrectionis Christi, tum dormitionis dei parae festo, ille quoties ieiunium ante memorata solemnia, ob securam communionem, auspicantur. tomus unionis inter Constantimum Porphyrogenitum et eius sacerdotum Romanum Iuris GR l. 2: τηις τοῦ ἑναυτοῦ αξιωθῆσαι τῆις ἀπολαύσοτος τῶν θείων πνωτηρίων, ἀπαξ μὲν ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτήρος ήμών ἀναστάσου, δεύτερον ἐν τῇ κοιμήσει τῆις ἀρχάρτου διαποίησης θεοτόκου, καὶ τρίτον ἐν τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ ἄριστου, διὰ τὸ ἐν ταύταις προφητείαις νηστεῖαν. hinc percipia cur carnes post ieiunium deliberaturi πασχάτιν se dicant, quod communione, quae verum pascha est, praemissa corpus etiam paschali cibo reficeri aggrediantur. de Graecorum ieiunio uberior est dissertatio nostra ad Euchologiam, in qua ieiunium apostolorum, de quo Gretserus hic, quodque minus frequentata eo die communione parum observatur, includimus. transfigurationis porro quod memorat Balsamon apud Gretserum iam antiquatum est, vel certe quindenis ante dei parae dormitionem carnis comedione diebus orbatis comprehenditur.

p. 60 v. 7. ad circumstationem] cuius imaginem vide depictam a Corippo poëta Africano de laudibus Iustini 3 158 — 169.

Integrum idiomelon exstat in Menaco 25 Decembris, et adscribitur Ioanni monacho.

Μάγοι Περσῶν βασιλεῖς, ἐπιγνόντες σαφῶς

τὸν ἐπὶ γῆς τεχθέντα βασιλέα οὐράνιον,

ἕποδα λαμπροῦ ἀστέρος ἔλκομενοι ἔφθασαν ἐν Βηθλεέμ,

P 224 *δῶρα προσφέροντες ἔγνωτα, χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν.*

καὶ πεσούντες προσεκύνησαν· Ἰδον γὰρ ἐν τῷ

σπηλαίῳ βρέφος κείμενον τὸν ἄγονον.

est autem idiomelon proprii festi canticum. idiomella ubique in libris ritualibus Graecorum obvia sunt. inepte Iunius hic scribit *ἰδιώμελον* per *ω*, infra *ἰδιόμελον* per *ο μικρόν*, ut originis et compositionis ratio postulat; planumque fit ex Menaeis, ubi nulla *ἰδιώμελα*, nisi forsitan errore typographico, sed mera *ἰδιόμελα* reperies.

p. 60 v. 10. *ἰδιόμελον canticum feriae proprium*, ait Meursius. verum *ἴδιομελωδεῖ*, *sibi ipsi cantat*, quia solus se audit. est itaque *proprii cantus modulus*, qui nimurum *proprio ac privato modulandi genere occinitur*; hacque ratione *τροπαρίω ad alterius cantum inflectendo* opponitur. vide, si quid mereantur, Euchologica.

p. 62 v. 4. *fercula humi posita*] Iunius nobis persuadere contendit ponere *fercula ἐπ' ἐδάφους*, id est *humi*, idem esse quod ponere super mensam, quia mensa est etiam *ἐδαφος seu solum seu sustentaculum*. an vigilans ista scripsiterit Iunius equidem dubito, cum Codinus expresse dicat *domesticos τοῦ δομεστικού μίνσους κειμένους ἐπ' ἐδάφους*, *humi vel in pavimento positos*, ex solo levasse in mensam imperatoris, et huius faciendi tunc tantum et alias nunquam potestatem habuisse. an quod iam est in mensa, dicitur levari in mensam? et supra. *domestici isti τιθέασι τὸς μίνσους ἐπ' ἐδάφους*. in quo Calepino reperit Iunius *ἐδαφος* esse vel significare mensam?

ib. v. 21. *τὸ μινσάλιον mappa mensae*. Citrius in Responsis: *καὶ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλούμενα ὅθοντα μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης καὶ τῶν μίνσων τιθέμενα.*

p. 63 v. 1. pro *ἰσοπέδιον* reponendum est *συνπέδιον*, *suppedium*, scabellum pedum, usurpatum a Niceta Choniate et ab aliis, ut docet Meursius in Lexico. scribitur etiam *σωπέδιον* et *συνπέδιον*.

ibid. miror cur non primam et germanam lectionem *ἰσοπέδιον* reliquerit Gretserus. an non Graecos autores Graecis potius quam Latinis par est uti vocibus? *συνπέδιον* vero Latina, *ἰσοπέδιον* vel *ἱσοπέδιον* Graeca vox est, quam communi consensu tuentur Regii codices. utramlibet vero separaris, *suppedium* sive *scabellum pedum* interpretabere, cuius vice *σκιποδίσκον* et *ποδῶν θρανίδα* scriptis correctior Nicetas in Alexio 2 et Isaacio Angelo, in CP nimurum statu. prior locus est *ἐπὶ τινος μετεώρον σκιποδίσκον κατὰ τὸν Μέκρωνα παρενθέντος στὰς αὐτός*: cuius alia lectio reponit *ἐπὶ τινος μετεώρον συνπέδιον*. alias τὰς δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀγίων θεῖα εἰνάσματα εἰς ἔδρας καὶ ποδῶν θρανίδας παρηγον: substituit alia εἰνάσματα εἰς ποδαρούλια καὶ *συνπέδια* κατεστηνόζον. *σωπέδιον* et *συνπέδιον* legit adhuc Meursius hoc eodem verbo, quae Graecam, ut asserui, lectionem *ἰσοπέδιον* confirmant.

ib. v. 3. *panagiarium* et *panagia*. illud erat scutella in qua *panagia* adferebatur. quid vero haec? mira Iunius. ait *panagiam*

esse vocem barbaram ex Latino panis et Graeco ἄγιος, significare panem a sacerdotibus consecratum; eius usum a Gallis in Graeciam importatum esse: Gallorum enim more panem a sacerdotibus consecrari, cuius frusta diligenter asservent. eadem ferme Meursius, saltem quod ad consecrationem attinet, qui dicit panagiam esse panem consecratum a sacerdotibus. crederem haec vera esse, nisi ipsi Graeci ab assensu me prohiberent. est enim *panagia* vox Graeca a d. virginis epitheto ob visionem quandam divinitus oblatam ad panem translata; nec consecratur *panagia* a sacerdotibus, sed alia quadam ratione caelestis benedictionis plena esse creditur; nec a Gallis venit ad Graecos, sed ab apostolis. quae omnia ex Graecorum Horologio clara testataque sunt, ubi haec de *panagia* habentur, praefixo tali titulo: περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας, ὅπως γέγονε, καὶ διὰ τί. μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φοιτήν ἀνάστασιν καὶ τὴν τοῦ ἀγίου πνεύματος κάθοδον, καὶ ἐώς τοῦ μερισμοῦ τῶν ἀγίων ἀπόστολων διὰ τὸ κήρυγμα, ἥσαν πάντες οἱ ἀπόστολοι ὁμοθυμαδόν, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐν τῷ ἀγίστῳ ἀνακεκλιμένοι, αφίέντες κενὸν τόπον, ἐν τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεσαν καὶ ἐπὶ τῷ προσκεφαλαίῳ τμῆμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἡσθιον εἰς μοῖραν Χριστοῦ μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἀνισταμένοι καὶ εὐχαριστοῦντες ἐλάμβανον τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὃ εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἐπικέλητο μοῖραν. τούτῳ δὲ ὑψοῦντες ἔλεγον "δόξα σοι ὁ Θεός ἡμῶν, δόξα σοι, δόξα πατρὶ καὶ νίῳ καὶ ἀγίῳ πνεύματι", καὶ ἀντὶ τοῦ μέγα τὸ ὄνομα, τὸ Χριστὸς ἀνέστη, ἐως τῆς ἀναλήψεως. ἔκτοτε δὲ μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἀγίας τριάδος. κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ βοήθει μοι. καὶ ταῦτα μὲν τελεῖτο οὕτως, ἐποίει δὲ τούτῳ ἔκαστος αὐτῶν ἔνθα ἔτυχε μέχρι τῆς ποιμήσεως τῆς Θεοτόκου. ὅτε δὲ τὴν παγκόσμιον σύναξιν διὰ νεφελῶν ἐποίησαντο διὰ τὴν τῆς Θεοτόκου δεσποινῆς μετάστασιν, τὰ εἰκότα τελέσαντες μετὰ τὴν ταφὴν αὐτῆς, δηλούστι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, παραμυθίαν ποιούμενοι καὶ μετὰ τὸ ἄριστον P 225 ἀναστάντες, τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου τοῦ εἰς ὄνομα κειμένου Χριστοῦ κατὰ τὸ εἰωθὲς ἀνυψώσαντες, καὶ τὸ μέγα τὸ ὄνομα προσευπόντες, ὡς θαύματος παραδόξου, ἡ νεκρὰ ὄσπερ ζῶσα, μετὰ νεφέλης καὶ φωτοποιῶν ἀγγέλων παρισταμένων αὐτῇ. ἐπὶ τῷ ἀέρι ἐπιφανεῖται, "χαίρετε" λέγουσα, "ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας", τούτῳ ἐκ τοῦ νίου τὸ χαροποιὸν αὐτοῖς ἐπιδιδούσα. οἱ δὲ μαθηταὶ τοῦ Θαύματος ἀκηλαγέντες, ἀντὶ τοῦ κύριου Ἰησοῦ Χριστὲ "παναγίᾳ Θεοτοκε βοήθει ἡμῖν" ἀνεκραύγασαν. οἴτα τῷ ταφῷ προσειλιθόντες, καὶ μη ἐνρόντες τὸ πανάγιον αὐτῆς σώμα, ἐπεισθησαν ἀληθῶς ὅτι οὐσσωμος ζῶσα τριημερος ὡς ὁ νίος αὐτῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσα καὶ μιαστᾶσα εἰς οὐρανοὺς μεταβιβηκεν, σὺν Χριστῷ βισιλεύοντα εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ex his lucem dare licet *Curopalatae*, cum explicent quidnam *panagia* fuerit, unde hoc nomen acceperit, quomodo exaltari et quando quibusve verbis consueverit. a sanctissimae ergo virginis epitheto, quod est *panagia*, venit pani qui Christo asservari sole-

bat, quemque postea religiose particulatim comedebant, venit, inquam, *panagiae* nomen. transiit autem panagia etiam ad posteriores Graecos.

Dei genitricem, ceu ex omni parte sanctam et sanctorum omnium sanctissimam, ἀντονομαστικῶς Graecia παναγίαν ex more nuncupat. buccellam quoque panis certo ritu in mensae fine comedendam eodem nomine παναγίαν religiosior vocat usus: vas autem in quo reconditur vel e quo promitur panis huiusmodi, παναγιάριον. imperator in aula, monachi in monasteriis, vulgus in ecclesiis vel in domibus ritum hunc perficiunt: qua ratione expleat imperator, comonstrat auctor noster in sequentibus, monachos ea se devotione exercentes describit eruditissimus Allatius de lib. Eccl. Graecc. dissertat. 1 his verbis "quis sit Graecorum iste ritus paucis expediam, ut qui tot nugas in medium proferant, iam desinant ineptire. antequam monachi in mensam procedant, (cui id onus incumbit, illi ἐφημέριον vocant) in disco sive scutella (illi nuncupant παναγιάριον) acceptum panem ad instar crucis in quattuor dividit partes aequales, ex angulo interiori panis abscindit frustum cultro circumiens, adeo ut ex una parte anguli acuminatus sit, ex altero circulari figura trigonus imperfectus appareat; et sic excisum suo loco una cum reliquo pane simul unito relinquit. panem sic accommodatum alia parte disci cooperit. ita enim discus ille comparatur cardine ex una parte cum superioris partis oculo colligatus, ut modo capsarum includatur, sin minus velo. et sic apponit in mensa, in qua solus abbas vel proegumenus, qui scilicet abbatis munere antea defunctus fuerat, vel qui abbatis, dum ille abest, locum tenet, et δικαῖον appellant, assidet. finito prandio et signo dato in contio (ita ipsi vocant campanulam ex aere fabrefactam) omnes assurgunt, et conceptis precibus discum illum cum pane, qui παναγία est, ephemeriū sustollit. postmodum reserato panagiario, et frusto illo e pane exciso converso ut mica nuda superior sit, praesentat abbati, qui extremis digitis miculam arripit et ori impositam absunit; deinde aliis monachis servato ordine offertur, qui eodem modo miculam ex panagiario auferunt et comedunt. tum abbas vinum calici infusum bibit, quem omnes sequuntur; et gratiis deo actis discedunt. et hic est modus exaltandi panagiam, quamvis alii alio quoque modo praeparent. nam saeculares cum solemni convivio cives excipiunt, post mensam, in dexteram adolescentuli, ex clero tamen, paululum contractam et volae sinistram impositam ex pane praeparent, et conceptis precibus sacerdos ibi astans primus micam accipit, postea alii adolescentis suggestur; quod remanet ipse in manibus maxima cum veneratione consumit." haec ille; qui cum alio quoque modo praeparari consentiat, quem ipse observatum probavi, accepta viri amicissimi venia, subiungam. remota mensa e fratrum coetu afluxit, qui alios paenitentia praemissa, hoc est corporis incurvatione veneratus, dixit: εὐλογεῖτε πατέρες ἄγιοι, συγχωρήσατε μοι τῷ ἀμαρτωλῷ. cunctis ὁ θεὸς συγχωρήσῃ respondentibus, imaginem b. virginis in muro positam adorans ac ture suffumigans, vicinum imaginis panem in disco repositum extremis aufert digitis et in omnium conspicu elevat, dicens μέγα τὸ ὄνομα. subiunxere cuncti τῆς ἀγίας τριάδος. ille παναγία θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν. respondent alii ταῦς αὐτῆς πρεσβείας ὁ θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. mox omnibus accenso ture expiatis, τραπέζαριον refectorarii obsequio buccellam divisam omnes consumpsere; et commune poculum deiparae nomine benedictum devotius exhaustere. unde ritum hunc processisse affirmant Graeci, ex ipsorum sententia librisque retulit Gretserus: nos preces adiungendas exposuimus in Euchologium, quibus expositionem omnem et mysticum sensum, tum precibus tum ritu conclusum, abunde subiunximus ex Symeonis Thessalonicensis scriptis.

p. 63 v. 8. τὸ τοῦ οἰνοχείου φέρει σκούτελιον] incepit Iunius

vinariae cupidis scutelam. nam *olvozēiōv* est hic ipsa cella vinaria, cuius proinus condus erat pincerna. cellae ergo vinariae sentellam serebat, seu scutellam quae asservabatur in cella vinaria. forte legendum est *olvozēiōv*.

ibid. ὀκονέλιον] dicum illum vel patinam interpretor, in qua vīnum et aqua propinantr, quaque bibentis mento ad honorem suppōnitur; *olvozēiōv* vero, cuius est haec patina, nusquam mihi sonat *cellam vinariam*, sed *cyathum* quo vīnum et aqua offeruntur haurienda.

ib. v. 18. granatz] hic Iunius iterum totus sit Syrus, ut et paulo post in voce lapatza. forte vestis haec confecta erat ex illa tela pretiosa, auro interstincta, quam Itali granitum vocant, ut est l. 3 de Canonizatione S. Didaci c. 20.

ibid. γαράτζα] de qua Bullengerus. vestis Cpolitani imperatoria granatza dicta, reliquorum principum lapatza, granatza quidem quasi laxis et fluentibus manicis trabea et vestis nitens, ex duabus vocibus Syris charana tzach: contra lapatza, pro lappa tzach, constricta trabea, quia manicae erant strictae et in zonam impactae. granatzam resert eiusmodi grandioris nummi effigies, quae apud Gretserum tomo 3 de Cruce fol. 92 visitur.

Quaerat quis, num imperator solus mensae assederit. respondeo ordinarie assedisse solum, aatribuisse tamen aliquando etiam alios, ut Augustam, filios, principes aulae, quin et legatos variarum gentium, ut constat ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam. mensam imperatoris, qualis praecipue festis diebus esse solet, graphice describit Luitprandus, testis oculatus, l. 6 rerum per orbem gestarum c. 3. *est domus*, inquit, *iuxta Hippodromum, aquilonem versus, mirae et altitudinis et pulchritudinis, quia decan-* P 226 *nea cubita vocatur.* quod nomen non ab re, sed ex apparentibus eau-
tis sortita est. *δέκα enim Graece, Latine decem, ἑννέα novem; cu-*
bita aut a cubando inclinata vel curvata dicere possumus. hoc autem
ideo, quoniam quidem 19 mensae in ea quae secundum carnem est D. N.
Iesu Christi nativitate apponuntur. in quibus imperator pariter et con-
vivae non sedendo, ut ceteris diebus, sed recumbendo epulantur. qui-
bus in diebus non argenteis sed tantum aureis vasis ministratur. post
cibum autem aureis vasis tribus sunt poma delata, quae ob immensum
pondus non hominum manibus sed purpura tectis vehiculis sunt allata.
apponuntur autem duo modo: in mensa per foramina laquearis tres
sunt funes, pellibus deauratis tecti, cum annulis aureis depositi, qui
ansis, quae in scutulis (lege scutellis) prominent impositi, adiuvanti-
bus inferius quattuor aut eo amplius hominibus, per vertibile, quod su-
pra laquearium est, ergalium in mensam subvehuntur, eodemque modo
deponuntur. haec Luitprandus: sed pro cubicla lege accubita. Za-
mnras in illud canonis Trullani 74 ἀκούβιτα στρωμάτια: η τε λίσις
τῶν ἀκούβιτων τῶν Λατίνων λοιπόν (ἀκούμβω γάρ παρὰ Ρωμαῖος
τὸ ἀναπίπτω), σημαλεῖσι στρωμάτας οὐκέτας εἰς ὑψος καὶ μαλακάς.
αὗται δὲ τρυφῆς καὶ μαλακίας εἰσίν. ciudem palatii, quod a 19
accubitis seu lectis tricliniaribus nomen invenit, meminit Paulus Dia-

conus in Leone: silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit ico-nas in tribunal 19 accubituum. idem: in crastino sabbatho sancto exivit imperator in tribunalibus 19 accubituum. Codinus lib. de Origin. Cp. οὐτὶ τὰ δέκα ἑννέα ἀκούβιτα οὐτὶ τὸ στέψημον οὐτὶ τὸ ναὸν τοῦ ἀγίου Στεφάνου.

Idem Luitprandus 6 2 de alio palatio Magnaura dicto. est Cpoli domus palatio contigua mirae magnitudinis ac pulchritudinis, quae a Graecis q̄ loco λ posita Megaura, quasi magna aura pro aula dici-tur. hanc itaque Constantinus, tum ob Hispanorum nuntios, qui tunc noviter eo venerant, tum ob me et Liutefredum, hoc modo parari iussit. aerea, sed deaurata quaedam arbor ante imperatoris oculos stabat, cuius ramos itidem aereos diversi generis deaurataeque volucres replebant, quae secundum species suas diversarum avium voces emittebant. in pri-mis vero solium huiusmodi erat arte compositum, ut in momento humile, excelsius modo, quam mox videretur sublime. sed sedile, quod erat immensae magnitudinis, incertum utrum aerei an lignei, verum auro tecti leones quasi custodiebant. in hac igitur duorum eunuchorum hu-meris incumbens ante imperatoris praesentiam sum deductus. cumque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves secundum species suas perstreperent, nullo sum terrore, nulla admiratione commotus, quoniam quidem ex his omnibus eos qui bene noverant fueram percontatus. tertio itaque imperatorem pronus adorans caput sustuli, et quem prius moderata mensura a terra elevatum sedere vidi, mox aliis indutum ve-stibus penes domus laquear sedere prospexi. quod qualiter fieret, co-gitare non potui, nisi forte eo sit subiectus ergalio quo torcularium arbores subvehuntur. per se autem nihil locutus, quoniam et si vellet, intercapedo maxima indecorum faceret, de vita Berengarii et sospitate per logothetam est percontatus.

Erat Cpoli aliud palatium, cui πορφύρα seu purpura nomen, parturientibus et parentibus imperatricibus destinatum. Anna Com-nena l. 6. Alexiadis. Alexius Comnenus domum reversus τὴν βα-silίδα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὡδῖσιν εὗροντε. πορφύραν τοῦτο ἀνέκαθεν ὄνο-μάζοντοι, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰ-νομένην διέδομε. Luitprandus 1 2: Porphyrogenitum non in pur-pura, sed in domo quae Porphyra dicitur, natum appello. et quoniam res processit in medium, quod de huius porphyrogeniti genesi audivi-mus, proferamus. Constantinus imperator Augustus, ex cuius nomine Cpolis est sortita vocabulum civitas, domum istam aedificari iussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram nobilitatis suae sobo-lēm istic in lucem prodire, quatenus qui suo ex stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione porphyrogeniti appellarentur. alii porphyro-genitos dictos censem, quod patre imperatore et purpura imperiali convestito nati essent. ita Zonaras in Constantino Duca. impe-rium reliquit tribus filiis suis, quos sustulit ex Eugenia coniuge sua, Michaelem quidem et Andronicum, quando adhuc privatam vitam duce-

bat, *Constantinum vero cum iam imperaret, ipsaque etiam Eugenia ad Augustae honorem evecta. hinc iste solus erat porphyrogenitus, quem statim etiam ante alias imperatoris insignibus exornavit.*

C A P U T III.

p. 64 v. 19. Festum epiphaniae, hoc est *apparitionis*, dicitur singulari numero ἡ ἐπιφάνεια, plurali numero et genere neutro τὰ ἐπιφάνεια, quin et τὰ ἐπιφάνεια. aliquando τὰ θεοφάνεια, quia deus apparuit. tribuitur hoc nomen huic festo 1) quia dominus eo die Magis se manifestavit, 2) quia apparuit hominibus, quando baptismum eo die in Iordanie a Ioanne suscepit, 3) quod eo die Christus mutata aqua in vinum hominibus se manifestavit in nuptiis Canae Galilaeae. Latina ecclesia omnes has causas huius diei sequitur, ut patet ex Breviario Romano. Graeci festum hoc colunt potissimum ob secundam causam: nam apparitionem Magis factam celebrant ipso natali Christi festo, 25 Decembris, ut patet ex Menaeis. S. Chrysostomus homil. de Baptismo Christi: *quam ob causam haec (solemnitas) ἐπιφάνεια, hoc est apparitio, appellatur?* quia nimirum non omnibus manifestus est redditus, cum partu est editus, sed cum est baptizatus: nam ad hunc usque diem vulgo erat ignotus. nam incognitum eum fuisse vulgo, neque quisnam esset plorosque scivisse, constat ex istis Ioannis baptistae verbis Ioan. 1: *medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* quid vero mirum, si alii non nascent, quando illum etiam ipse baptista ad eum usque diem ignorabat? "et ego nesciebam eum", inquit. Latinos ob manifestationem Magis factam hoc festum obire patet ex homiliis ss. patrum, S. Augustini, S. Leonis, S. Maximi et aliorum. patet idem ex Germanica appellatione huius festi, quae est trium regum, der heiligen drei könig tag. et legitur evangelium S. Matthaei de adventu Magorum. nec aliter haeretici tam in quotidiano sermone quam in calendariis suis hoc festum nominant, quam *der heiligen drei könig tag.* inde etiam liquet numerus Magorum, die heilige drei könig: non dicitur die heilige vier konig, die heilige zween konig.

Morose admodum de regibus disserit Casaubonus in 2 Exercitat. contra Baronium, et tandem eo venit ut regulos suos non diffiteatur, dummodo ita sentire vel non sentire unicuique sit liberum, neque articulus fidei inde cedatur. quis pro articulo fidei hoc habet? communis et est et fuit persuasio fidelium; a qua propter rationes suas vel potius stultitias Calvinisticas discedere parum consultum aut expediens est.

Morosius adhuc grammaticatur idem Casaubonus de nomine
P 227 festi Exercit. c. 15. epiphaniam enim seu theophaniam potius com-
petere nativitati Christi: tunc enim etiam ἐφάνη, apparuit, ma-
xime pastoribus etc. veteres 6 Ianuarii celebrasse natalem domini,
et ideo diem illum ob natum scilicet Christum dictum epiphaniam
seu theophaniam. et adfert aliquot testimonia, quorum nullum est
ad rem. nemo negat theophaniae seu epiphaniae appellationem
etiam nativitati tribui posse: tunc enim apparuit dominus inter ho-
mines et pastores ad se traxit etc. et in missa huius festi legitur:
apparuit gratia salvatoris nostri etc. sed videndum hic quid usus ec-
clesiasticus ferat; qui est et fuit ut absolute loquendo dies 6 Ianua-
rii diceretur epiphania, idque propter tres causas initio dictas, etsi
alii alias causas magis attendebant. et pauci erant qui natalem do-
mini celebrarent die 6 Ianuarii; et fere intra Aegyptum haec con-
suetudo conscribebatur, ut est apud Cassianum Collat. 10 2. prof-
fert Casaubonus locum ex oratione Chrysostomi in natalem domini
tom. 5 Savilliano p. 511, ubi dicit *vix decimum annum agi, cum ec-*
clesia, in qua hanc orationem dixit, festum natalis celebrare coeperit
diemque nativitatis cognoverit. sed oratio haec non est Chrysostomi.
patet 1) ex stylo, 2) quia Cpoli ante S. Chrysostomum festum nati-
vitatis agebatur, ut patet ex oratione Nazianzeni in *natalem domini*
et ex alia *in diem luminum.* 3) quia ipse auctor huins homiliae di-
cit natalem celebratum et cognitum fuisse a Thracia usque Gades.
at Cpolis est in Thracia. neque alia epiphaniae fuit ratio 6 Ia-
nuarii quam nunc sit, nisi apud paucos eosque fere Aegyptios, qui
natalem domini 6 Ianuarii obibant.

Appellatur eadem epiphaniae solennitas *festum luminum*, tum
ob baptismum, tum quia Christiani diem hunc accensis cereis cele-
brare consueverunt. ita Billius annot. ad orat. in Sancta Lumen,
et Baronius ad Martyrolog. Rom. 6 Ian. sed exstitit cui haec op-
nio Billiana et Baroniana non placeret tanquam longe a vero avia.
quid est ergo festum luminum si non epiphaniae seu baptismi Chri-
sti? respondet esse festum quo quotannis Christiani baptismatis a
se suscepti memoriam recolebant. id probat ex oratione quadrage-
sima Nazianzeni, quae est in *sacrum baptismum*; ubi in ipso statim
exordio ista leguntur: *heri splendidum luminum diem celebravimus;*
salutem enim nostram laetitia prosequi conveniebat, ac multo quidem
magis quam carnis amici dies eos quotannis celebrant quibus vel nati
vel matrimonio iuncti sunt, vel nomen acceperunt, vel certe inter iu-
venes censeri coeperunt, vel iocum aliquem primo incoluerunt, vel qua-
cunque demum alia de causa mortales festum diem agunt. hodie de
baptismo et beneficio hinc accepto ad nos manante disseremus. ex qui-
bus verbis colligit festum luminum nihil aliud fuisse quam baptismi
ab unoquoque suscepti commemorationem. sed persuasiōni huic
manifeste obstat in primis ipsem Nazianzenus, qui festum lumi-
num aperte nominat festum baptismatis Christi seu epiphaniae,

quando Christus in Iordan baptizatus mundo apparuit: sic enim ait: *sanctus luminum dies, ad quem pervenimus quemque hodie divino beneficio celebravimus, pro principio quidem Christi mei, hoc est verae lucis omnem hominem in mundum venientem illuminantis, baptismum habet, meam autem quoque purgationem operatur.* et post longam de baptismio Christi disputationem hanc ad ipsam orationis calcem paracenesin: *nos autem hodie Christi baptismum honore complectamur ac festum honeste celebremus, non ventris deliciis operam dantes, sed spiritualiter nos ipos oblectantes.* ita etiam Gregorium intellexit Nicetas scholiastes eius. quod itidem ex inscriptione liquet, quae est ista: *εἰς τὰ ἄγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος.* idem planum sit ex rituallibus Graecorum libris, ubi προεόρτιον τῶν φώτων nihil est aliud quam profestum epiphaniae seu apparitionis Christi ad Iordanem, quando a Iordan baptizatus est, ipsumque festum die sexto Ianuarii apud Graecos celebrari solitum appellatur ἑορτὴ τῶν φώτων; cuius appellationis ea est ratio, quia Christiani eo die in ecclesia et alibi faces cereos lucernas accendebant, ut ait Nicetas, in honorem baptizati Christi, qui vera lux est, et baptismi ab ipso instituti, qui et ipse φῶς καὶ φωτισμός nominatur, ut antea diximus.

Caeterum locus ex oratione de baptismo novae illi opinioni nihil adiumenti adserit: nam baptismum, quem Christus suscepit, vocat *salutem nostram*, quia, ut patres loqui solent, Christus baptismino suo aquas sanctificavit et nostrae saluti in baptismate suo procurandae destinavit et salutiferas effecit. quocirca consentaneum esse ait Nazianzenus, ut sicut alii diem natalem suum, matrimonii et id genus alios quotannis celebrant, ita etiam *salutem nostram*, hoc est baptisma Christi, anniversaria panegyri celebreimus.

Maneat ergo, festum luminum esse festum epiphaniae seu epiphaniorum, quando dominus in Iordan baptizatus mundo apparuit et ut fortunatum sidus felicissime illuxit: hanc enim solam domini epiphiam seu apparitionem baptismio illustrem Graeci solennem habent, nec de apparitione Magis facta mentionem ullam eo quidem die faciunt, cum Latini potissimum die sexto Ianuarii solenniter recolant epiphiam seu manifestationem, qua Christus insans orientalibus Magis sese patefecit; tametsi nec illam penitus negligant quae facta est ad Iordanem in baptismo, nec illam quae contigit in muptiis in Cana Galilaeae, quando primum signum fecit. hinc canit ecclesia: *tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus.* et octava epiphiae potissimum apparitioni ad Iordanem in baptismo dedicatur, ut planum sit ex Romanae ecclesiae ritualibus libris.

p. 65 v. 1. *άγιασμός* seu *consecratio et aspersio aquae.* primo die cuiusque mensis aqua benedicebatur et ex benedicta homines aspergebantur in palatio Cpolitano, excepto Ianuario, quo id fiebat die sexto, hoc est in ipsa epiphania domini, et Septembri, quo id fiebat die 14 in ipsa exaltatione S. crucis. forma benedicendi aquae exstat ex Menaco die 6 Ianuarii et in Euchologio, et est ista.

άγιασον τὸ ὑδωρ τοῦτο, καὶ δὸς αὐτῷ τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου. ποιησον αὐτὸς ἀφθαρσίας πηγὴν, ἀγιασμὸν δῶρον, ἀμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξητήριον, δαιμοσιν ὀλέθριον, ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσιν ἀπρόσιτον, ἀγγελικῆς ἰσχύος πεπληφωμένον, ἵνα πάντες οἱ ἀρνόμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες ἔχοιεν αὐτὸς πρὸς παθαρισμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, πρὸς ἴατροιαν παθῶν, πρὸς ἀγιασμόν, πρὸς πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπιτήδειον. nec in aula solum sed et in aliis omnibus Graecanicis ecclesiis aqua hoc die benedicebatur, etiam apud Aethiopas, qui hodie undis non modo se aspergunt sed et penitus immergunt. et fideles circa medium noctem, quae festum antecedit, ob reverentiam baptismi quo salvator noster tinctus est, aquatum ibant, unusquisque ad obvium sibi fontem rivum aut fluvium, cui aquae deus hanc benedictionem largiebatur ut multis annis incorrupta maneret. testis locuples huius rei S. Chrysostomus, hom. de Baptismo Christi tom. 5 operum Graecorum. in hac solennitate (epiphaniae, qua

P 229 Graeci μέγαν ἀγιασμόν celebrant) sub medianam noctem omnes ὑδρευσάμενοι cum aquam acceperint, domum latices referunt ac recondunt et per integrum annum conservant, utpote quod hodierna die sanctificatae sint aquae (per baptismum Christi in Iordanē); fitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur, sed integro anno, atque adeo biennio et triennio saepe, quae hodie fuit hausta, incorrupta et recens permanet, ac post tantum temporis cum iis quae nuper fuerint e fontibus eductae certat. haec S. Chrysostomus. quid vero S. Epiphanius haeresi 51? mira nimis, eo ipso festo, hoc est sexto die Ianuarii, in memoriam patrati a Christo miraculi, quosdam fontes atque adeo ipsum fluvium Nilum effici vinosos seu in vinum verti. audiamus ipsum S. Epiphanium. circa ipsam undecimam (mensis Tybi, qui est sextus nostri Ianuarii) post annos triginta factum est primum signum in Cana Galilaeae, quando aqua facta est vinum. quapropter etiam in multis locis usque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum est, divinum signum in testimonium incredulis, velut testantur in multis locis fontes ac fluvii in vinum conversi, Cibyres quidem urbis Cariae fons, qua hora hauserunt ministri et ipse dixit "date architriculo." testatur et in Gerasa Arabiae fons similiter. nos bibimus de Cibyres fonte, fratres vero nostri de eo qui est in Gerasa, in martyrum templo. sed et multi in Aegypto de Nilo hoc testantur. tres ergo aquas nominat, quae dicto festo in vinum vertantur, 1) fontem Cibyres, 2) fontem in Gerasa, 3) Nilum. cum igitur tres isti fontes vinoso sapore nunquam fluxerint nisi hoc die, manifestum fit hoc miraculum non esse patratum nisi ad recolendam memoriam vini ex aqua a Christo in Cana Galilaeae producti. et de his tribus fontibus, inquit Baronius tom. 1 anno 31 n. 33; se non meminisse ullum sibi scriptorem, qui Christi natalem antecesserit, lectum esse, qui testetur duos illos fontes et fluvium Nilum verti in vinum. hic illustriss. Baronii conducticius ca-

luminator Casaubonus insilit Exercit. 13 in celeberrimum Annalium scriptorem, incinitque etiam ante Christi adventum alibi fuisse fontes vinosos, testesque laudat Vitruvium Plinium et eclogas Sotionis. ad quid haec nisi ad texendum calumniam? Baronius non dicit se non meminisse quod legerit ullum auctorem qui fontium vinosorum ante Christum meminerit: sed ait se non meminisse quod ullum Christi nativitatem antegressum legerit, qui duos supra ex Epiphanius adductos fontes et Nilum fluvium in vinum aliquando versos esse vel verti scriperit. et hoc longe aliter tinnit quam quod Baronio impostor fraudulenter imponit. sed absisto hinc, ne actum agam: iam enim Baronium ab hac et multis aliis criminationibus Ca-saubonianis praecclare vindicavit noster Heribertus Rosweidus in Lege talionis 12 tabularum et in Anticapello suo.

Fuerunt et alibi, sed extra epiphaniae festum, amnes vinosi et fontes lactei. Sylvester Giraldus in Itinerario Cambriae 2 1: *hoc mihi notabile videtur quod nostris diebus tam fluvium hunc (Alunum) vino manare quam fontem, quem Pistil Dewi, fistulam David vocant, lac stillare compertum est.*

Addamus et hoc, aquam Iordanis, postquam eam Christus contactu et baptismio suo consecravit, incorruptionis munere donatam esse. illustriss. princeps Nicolaus Christophorus Radzivilus in suo Hodopeporico Hierosolymitano: *aquam valde turbidam Iordanis habet, sed salubrem, quae in vase asservata nunquam corruptitur, prout in ea quam attuli mecum indubitanter sum expertus.* haec in clytus ille princeps.

Illud denique dignum censeo quod observetur, Donatistas olim in Africa epiphaniae festum non celebrasse, ut testatur S. Augustinus Serm. 32 de Tempore his verbis: *merito istum diem nunquam nobiscum haeretici Donatistae celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali ecclesiae, ubi apparuit illa stella, communicant:* P 230 *nos autem manifestationem domini et salvatoris nostri Iesu Christi, quia primicias gentium delibavit, in unitate gentium celebramus.*

p. 65 v. 1. ὁ δὲ μετὰ τὴν λειτορογίαν ἀγιστός] aquam iterato benedic ecclesia Graeca in Theophaniis, semel pervigiliis vespere, et in missa secundo, secundam conservationem tangit haec dictio. aquae istius benedicendarum ritum exhibet Euchologium sub hoc titulo: ἀκολούθα τῷ πργάλον ἀγιστοῦ τῶν ἄγιων θρογαριών. officii rituumque interpretationem quantulacunque labor noster adiecit: ecclesiasticis ibi elucidatis, cum Codino succincte disserente nulica quam breviter prosequimur.

ib. v. 6. λαυπάς] de luminibus sacro τῷ φάτῳ die in ecclesia accessis superflue tractat hic scholiastes. adverto nihilominus λαυπάδος nomen solemnitati, de qua loquimur, adeo proprium redditum ut cerei hoc solo die accessi illud iam sibi vindicent apud vulgus; alias quandocunque in usum veniunt, χηροί et κηροί nuncupantur. porro λαυπάς hodierna, seu festiva, tanta mole conflatur vel coloribus pingitur ac artis tanta varietate adornatur ut inter reliquos cereos ἴδιαπειν verissime videatur. hinc

virgatum variegatumque opus cereo in hac festivitate succendendo vetus et a maioribus accepta paroemia comparat, de illo quoque nos loco praefato nonnulla.

C A P U T IV.

p. 65 v. 11. Vide quae de dominica adorationis S. crucis in media quadragesima scripsimus t. 1 de S. Cruce l. 1 c. 67 et t. 2. multas habes homilias a Graecis patribus hac dominica dictas.

ib. v. 12. ιωριανῆ τοίτη τῶν νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἑορτάζουμεν τοῦ τιμίου καὶ ἔφοροιον σταυροῦ, ait Triodium. rationem quaesitam subiungit, ut crux nimirum, passionis Christi monumentum, nos ad eam ferventius austерitas tempore sequendam excitet, praeteritos abstinentiae labores consopiat et velut paschalisi hilaritatis pignus sese ipsam proponat. plures in hoc festum homilias scripsere Chrysostomus, Sophronius, Theodorus Studites, Xiphilinus, Philotheus et alii. vulgatiorem celebritatis ritum his verbis Typicum Sabae constituit: ιωριανῆ τοίτη τῶν ἀγίων νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἑορτάζουμεν τοῦ τιμίου καὶ ἔφοροιον σταυροῦ. δοξολογία μεγάλη. διατον δὲ φάλλομεν τὴν δοξολογίαν, ἀλλάσσει ὁ λερεὺς τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ λαβὼν θυμιατὸν θυμιαῖ τὴν ἀγίαν τράπεζαν καὶ τὸν σταυρόν. εἰδέ οὖτα λαμψάνε αὐτὸν μετὰ δίκον ἐπὶ τῆς πεφαλῆς αὐτοῦ σὺν τῇ δημήῃ, καὶ ἔχονται ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ βήματος, προπορευομένων αὐτῷ λαμπάδων δύο καὶ θυμιατοῦ, καὶ ἀπέρχονται εἰς βασιλικὰς πύλας. τελεσθεῖσης δὲ τῆς δοξολογίας καὶ τοῦ τρισαγίου, λέγει ὁ λερεὺς σοφία, ὁρθοί. καὶ λέγομεν τὸ τροπάριον “σῶσον κύριε τὸν λαόν σου καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου.” καὶ εἰσοδεύει ὁ λερεὺς φέρων τὸν ἄγιον σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀγίων θυρῶν. κάπεισε προεντρεπισθέντος τετράποδος τίθεται ἐπάνω αὐτοῦ ὁ τίμιος σταυρός, καὶ εὐθὺς ἀρχόμενα ψάλλοντες “τὸν σταυρὸν σου προσκυνοῦμεν, δέσποτα.” καὶ ἀνοίξας τὴν δημήην ἀρχοντες προσκυνῶν δὲ προεστῶς καὶ ὁ λερεὺς, βάλλοντες πετανοῖς τρεῖς πατενώπιον τοῦ τιμίου σταυροῦ. καὶ μετὰ τὸ ἀσπάσασθαι πάλιν βάλλονται μετάνοιαν ὅμοιως, καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν. εἰδέ οὖτας ἀρχονται οἱ αδελφοί.

ib. v. 14. τῆς τοῦ παλατίου ἐκκλησίας] quam ex pluribus in eo conditis auctor non assignat, primam siquidem Trullanam Theophanes a Pulcheria fundatam in Protomartyris honorem refert, aliam τῷ ἀρχιστρατήγῳ Michaeli in eodem dicatam legimus. Basilium Leonemque tot et tam varias ibidem struxisse dotasseque narrat, ut urbis unius spatio plures capi non solere cernamus.

ib. v. 16. sticharium] Iunius secure vertit *manipulum*, et *phelonen penulam*, et *epitrachelium collarium*; *orarium* retinet quidem, sed ridicule interpretatur *psalmum oratorium*, εὐκτικὸν μέλος. ergo ministri ecclesiae, qui *orarium* ferebant, *psalmum oratorium* ferebant. quaeso inspice imaginem Georgii Pachymeris initio Gregorac, *oratio conspicuam*; et dispice num ibi *psalmum oratorium* inventurus sis.

ibid. στιχάριον diaconalis tunica, talaris, undique clausa, non-nihil stricta, coloris albi pro solito, ἀπὸ τοῦ στίχου, quod uno tractu contextatur, dicta.

ibid. φελώνην vocant casulam sacerdotalem, manicis carentem, ac totum corpus undique ambientem. cappam neotericus quidam aequi simpliciter ac inscienter vocavit. ex privilegio et ad ampliorem ornatum palatio archidiacono casulam ferre sicut.

ib. v. 17. οὐ μὴν ἐπιτραπήσιον] ob sacerdotalis gradus defectum, cuius illud est insigne, stola nimirum e collo versus medias tibias desluens, cuius pendula hinc inde partes ad invicem sunt colligatae.

ibid. ὡράριον stola diaconalis sacerdotali strictior, cui in longum vox ἄγιος ter inscribitur. sinistro tantum humero tunicae superposita ac sinistra manu retenta gestatur.

ibid. οὐδεν τῷ his adde, si curiosius reliqua desideras, οὐ θεός τὸν λαόν σου, καὶ ἀνέλγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἐπιστεψαι τὸν πόσμον σου ἐν ἐλεῖ καὶ οἰκτιզούσις, ὑψωσον κίρας Χριστιανῶν ὁρθοδόξου, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια, προσβείας τῆς παναγίαντον δεοπόνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀνταρθέντον Μαρίας, τῇ ὅραμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, προστασίας τῶν τιμίων ἀπονοματίων ὅντας.

p. 66 v. 5. Iunius ubique perperam catacoelos pro exocatacoelos.

ibid. e novem officialium magnae ecclesiae pentadibus primi sex, oeconomicus nimirum, sacellarius, acenophylax, chartophylax, sacellae praepositus, hodieque primus defensorum (quondam protonotarius) ad auctoribus plerisque ἔξωκατακοῖλοι appellati. ratio dubia est, et circa verem conjecturis hucusque lusum est abunde. paucis nugae reliquiae, brevius quoque vera sententia proferenda. sunt qui, ut liberius hallucinentur, ἔξωκατακοῖλος repudiant, quorum vice ἔξωκατακοῖτος reponunt, ieiuna valde concilii Trullani, moniales can. 40 ἔξωκοτεῖν extra monasterium dormire prohibentis, auctoritate fulti; bosque ideo ἔξωκατακοῖλος quasi ἔξωκατακοῖτος, qui extra palatium vel patriarchium cubarent, dictos. verum cur non facilius eos ἔξωκοίτος vel ἔξωκοῖλος ab ἔξωκοτεῖν dices? an non pervertit dictionis sensum praepositionis additamentum, quam vel literulae vel accentus mutatio corrumpere potest ex integro? at ante Leonis Armenii tempestatem, dices, clerici iuxta Cedrenum palatum non habitabant et erant ἔξωκοίτοι. assentior. verum ubi vocem ἔξωκατακοῖλων, quam soli neoterici scriptores suggerunt, in usu tunc fuisse demonstrabis? quin imo si prius ἔξωκατάκοῖλοι, qui e palatio erant ἔξωκοίτοι, cum a Leone Armenio (ne sicarii perdulesque, quod tunc actum est, fraudulenter cum clericis in palatium noctu irrepererant) clerici pernoctaverint in regiis aedibus, nulla deinceps ἔξωκοίτων vel ἔξωκατακοῖλων esset habenda memoria. his iunge, non palatinos sed patriarchicos primos clericos ἔξωκατακοῖλος vocatos; ut quid haec rerum dissentientium perturbatio et a palatio ad patriarchae sedem digressus, ut qui palati ἔξωκοίτοι, nomen dent patriarchicis ἔξωκατακοῖλοι? illi etiam, inquit, fuerunt e patriarchio ἔξωκοίτοι. quasi vero inde ἔξωκατακοῖτο. facilius, mo iudice, dices ἔξωκατακοῖλος quasi ἔξωκατακοῖτος, qui οὐγκέλλον patriarchae concellanei privilegio, ut ad eius cellam habitarent, nusquam gauderent. terret me nihilominus ne id suggeram ἔξωκατακοῖλος dignitas, cui a privilegiis aliis concessi privatione nomine mutuari prorsus indignum. placeat uero magis reliquos omnes his inferiores clericos eu κατακοῖλος loco depressiore et humili considentes spectare, hos vero sive in ecclesiae consessu sive in procedendi ordine sive ad patriarcham vicinia sublimiores multo ac eminentiores, et (qui sunt modo spectatissimi Cordinales) ἔξωκατακοῖλος perfecte, eminentissimos decer-

nere vocando. detineor tamen Regiorum lectione vocem unicam in duas dividente, diaconosque memoratos ἔξ κατακούλων, sex depresso, patriarchae nimirum assessores, verum dignitate iure loco potestate inferiores omnino. arriserat prius ea vocis expositio, quae regiam urbem CP ad veteris Romae instar in montibus et vallibus variis sitam, quasdam etiam ecclesias tum in istis tum in illis exaedificatas contemplata, humiliorum locorum oratoria minus e clero dignis assignaret regendas, praecipuas vero, quae in montibus fundamenta posita nanciserentur, his ἔξω κατακούλαις velut montes lucernis reservatas censeret. praeter Iunium conjectorem alias non adfuit qui sententiam firmaret auctor. ea nunc ideo non acris defensa, Georgii Coresii suis me literis amice convenientis diversam mentem tenacius amplecti constitutum. totus, inquit ille, CP patriarchii situs concavum locum occupavit quondam, eiusque aedes cum reliquis spectatae κοίλην θέσιν cavitatem et velut voraginem exhibebant oculis, et in ea tum syncelli tum alii monachi patriarchae obsequio mancipati vel etiam domestici sedem obtinebant, unde et κατάκοιλοι: primates vero clerici ἔξω κοιλότητος commorantes domosque amplas et excelsas adepti, ceu qui ex praecipuis familiis et proceribus seligerentur, ἔξω κατάκοιλοι nominati, qui non modo clericos alios sed et pontifices ipsos honore praecederent. haec ille.

p. 66 v. 9. τῶν πατριαρχῶν τις] debet ille, quisquis fuerit, quadrigenitos annos superare, cum Symeon Thessalonicensis ante memoratum tempus scriptor eximius primos ecclesiae magnae clericos, qui exocatacoeli, velit etiam ab antiquo (diutino spatio) diaconos exstisset.

ib. v. 12. σφραγίζω nonnunquam ordino seu *veros ordines confero* refert. Balsamon in Can. Apostolicum 36: διακόνους χειροτονεῖσθαι μὲν, τοῦτ' ἔστι σφραγίζεσθαι, ἐμάνουεν. nonnunquam cruce signo. Eu-chologium in Ordin. Lectoris: σφραγίζων ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα. Thessalonicensis: τῷ δικηρῷ σφραγίζει τὸ ἄγιον εὐαγγέλιον, cereo bicipiti. evangelium signat. quandoque tandem est adiuncto crucis signo ministerium vel officium committo. Typicum Sabae c. 5: τῇ δὲ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ σφραγίζει προεστῶς ἔξυπνιστὴν ἐν ἑκκλησίᾳ. quos itaque patriarcha exocatacoelos σφραγίζει, crucis signo instituit, prius diaconi vera ordinatione promoti intelliguntur.

p. 67 v. 2. Iunius addit negationem, οὐ φοροῦσι, non gestant. codices Boici omittunt: itaque prorsus diversus sensus efficitur, nempe diaconos tota quadragesima gestare purpurea sticharia, excepto annunciationis festo, palmarum et magno sabbato.

ibid. non toleranda vocum corruptio negationem affirmationis vice substituens: multo sincerius Regia, eliminata particula negante, φοροῦσι. auctoritas et consuetudo fidelem huiusmodi lectionem tuentur, luctus siquidem et quadragesimae tempore rubrum sibi colorem assumit Orientalis ecclesia, reliquo tempore, festivo maxime, candidum. annuntiatio vero, palmarum dies et sabbatum Paschatis pervaigilium solemnia sunt et festa dominica, in quibus rubeus color horrore incutit et adversum omen defert. Simeon Thessalonicensis: τί δηλοῦται τὰ λευκὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τί τὰ ἐρυθρὰ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν; subiungit: λευκὰ ταῦτα διὰ τὸ παθαρὸν χάροις καὶ φωτεινὸν πολλάκις δέ γε καὶ πορφυρᾶ κατὰ τὸν καὶ δὸν τῶν νηστεῶν διὰ τὸ πενθεῖν ἡμᾶς ἀμαρτήσαντας καὶ διὰ τὸν σφραγέντα ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Demetrius Bulgariensis Iuris GR l. 5: πένθοντας εἰσὶ τὰ πορφυρᾶ ἐνδύματα σήμανταν. ἐν μόναις γὰρ νηστίμοις ἡμέραις καὶ ἐν μνημοσύνοις ἀπελθόντων λαμβάνονται.

C A P U T V.

p. 67 v. 5. Quod nos *festum palmarum*, id Graeci ἑορτὴν βαῖων vocant; de quo fuse Codin. c. 10. βάῖα Graeco sermone dici *palmas seu ramos palmarum tradit S.* Hieronymus in c. 8 Ezechiel. inscite de hoc nomine Balsamon. baium, inquit, lingua Romana neque ramum ex arbore caesum neque rosam ex roseto collectam neque lilyum ex liliorum horto decerpsum significat. de duobus posterioribus nil contendimus, de priore haeremus: si enim non significat ramum, dic quid significet? ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης ἐκ τούδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι η̄ πονηρα. pulchre; pergas. ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτοίβας βαῖοντος κατονομάζομεν ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παιδῶν φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρένωσιν. doce, quasi baiulus non sit a Latina voce baiulo, sicut gerulus a geru. pergit. καὶ πραιβαικάτορας λέγομεν τοὺς ποικιλομένους κατὰ τὴν ἵψιν συνεργούς καὶ προδιδόντας τοὺς πρόσφυγας. praevaricatores (*praevaricatores*) appellamus cooperarios seu adiutores, qui variantur instar iridis, et clientes produnt. ita quidem interpres: sed quis non videt legendum esse κατὰ τὴν ἔριν? ut praevaricatores sint illi qui in ipsa lite clientes suos destituunt et produnt, variatique ad alteram partem, sua deserta, transeunt. nimisrum quia Graeculus iste in *baiulo* et *praevaricor* aliquam similitudinem animadvertis cum voce βάῖον, ideo putabat inde formatam, quasi a vario, seu, ut ipse scripsisset, a βαρίῳ, et omissa ο a βαῖῳ, quod est muto. hinc etiam dicit Iudeos non intelligentes, Christo Hierosolymam ingrediente, quid sibi vellet illa ramorum gestatio, exclamasse βαζαί, papae! βαβαὶ τῶν Μωσαϊκῶν παραγγειῶν, βά- P 231 ιον ἀπροσδόξητον γέγονε, τοτίστι μεταφρασά πρὸς ἀπόλειαν. haec Graeculus ille de etymo vocis, ληρῶν.

Docet autem Balsamon hoc τῶν βαῖοφόρων die imperatores olim ac patriarchas distribuisse subditis ἕογχας, hoc est munera et *baia*; huncque usum usque ad tempora Constantini monomachi durasse et postea desissee. sunt autem *rogae* stipendia etiam militaria: hinc apud Codinum vox ipsa ἕογχας, et inde formati ἕογάροφες, milites qui stipendia merent, *soldaten*. item largitiones, *erogationes*, munera et dona a principibus liberaliter distribui consueta. qua vox crebro utitur etiam Anastasius bibliothecarius in Historia Pontificium, ut in Eugenio: *rogam clero dedit*. hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum: *er hat ein guten rogen zogen*, de illo qui luculentum quid adeptus est. hinc etiam ἕογχίας militare, merere: forte cusa et haec vox a Latino *rogo vel erogo*. habet Balsamon etiam ἕογάλια.

Huiusmodi *rogam* a se visam describit Luitprandus Ticinen-

nici osculum se abiicere, si id consuetudo permitteret. Legatus quoque confederatorum Ordinum Belgii, anno salutis 1612 Cpolim ad portam Ottomanicam missus et admissus, vestimentum imperatoris Turcici prompte et alacriter deosculatus est, et quidem flexis genibus, ut videre licet in Ecclesiastico-politica Chronol. inserta tom. 8 eius operis, quod Chronicum Chronicorum inscribitur. si tale reverentiae genus pontifici Romano iste exhibuisse, inexpiabili scelere sese obstrictum credidisset. quid quod Batavi Calviniani pedibus suis oscula ferri haud aegre passi sunt? nam in navigatione Australi *Jacobi le Maire*, Leidae in Hollandia typis excusa anno redemptoris 1619, haec prodita sunt de Indis quibusdam: qui intrabant navem nostram ex ipsis, in genua procidentes pedibus nostris osculafigabant. paulo post, ut primum navem concenderat (Indorum rex), procidens in genua ac procumbens in faciem preces suas effudit. ductus ad inferiora navis, iterum procumbens adoravit etc. comites ipsius pedes nostros exosculabantur, acceptosque eos manibus suis capiti imponebant ad demissionem subiectionemque demonstrandam. et quinam isti, quibus lubentibus tantus hic honos delatus? praedones et piratae ex Calvini officina, qui fortassis hostias quoque, si Indi eas obtulissent, haud repudiassent, ut factum a Paulo et Barnaba Act. 14, cum Lystrenses eis sacrificium seu Iovi et Mercurio apparent. quibus clamoribus terran et aethera non complerent, si aut in libris legerent aut relatione aliorum acciperent pontificem Romanum non tantum permittere ut quis pedes eius osculetur, sed et tolerare ut quis pedes capiti in argumentum subiectionis imponat?

Lib. 1 histor. Cantacuzeni c. 16 osculatur iunior Andronicus senioris Andronici, avi sui, pedem; ubi additur: *more Romanis imperatoribus receptum erat, cum quispiam consanguineorum aut aliqui gratia apud eos florentium secundum adorationem pedem imperatoris osculo contigisset, ut imperator vicissim eius faciem deosculatur. cum itaque tum nepos avi pedem osculatus fuisset, ille, ne inexpiabili odio flagrare crederetur si nec nisi nepolem et imperatorem dignaretur quae privatis tribuerentur, faciem eius contra et ipse osculo libarit.* idem Andronicus iunior iterum avi pedem publice osculatus est 134; quod c. 50 tanquam expressum subiectionis indicium repetitur. 2 5 Persae Andronicum iuniorem imperatorem antequam appropinquaret, capitibus humi submissis adorabant. sed princeps Persarum ad eum pedibus accedens et adorabat et pedem illius osculabatur. 3 38 protostrator cum suis pedem Ioannis Cantacuzeni imperatoris osculatur. idem fit ab aliis c. 40. idem ab alio c. 42, et a Persis 4 10. 3 43 Triballi eiusdem Cantacuzeni genu osculantur. exempla osculi fixi oculis et faciei habes apud Cantacuz. 1 16, dexteræ c. 34 et c. 41.

ibid. de imperatore minore maiorem salutante et eius pedem exosculante et ab eodem oris osculum reportante Gretserus hic egregie. at si alter alteri epes occurrat, quid tum? Cantacuzenus 1 35: *τοις ἐπεργάτησιν ἀγγειοῖς παρὰ τοῖς Παπαῖσιν βασιλεῦσιν, ὅταν πίλκωσιν*

ἀλλήλοις συντυγχάνειν, τοὺς μὲν ἐπομένους ἑκατέροις τῶν ἕππων καταβύντας ἔπειδεναι πεζῆ, αὐτοὺς δὲ συμμέξαντας ἐφίππους, τὸν μὲν νεώτερον κύψαντα τοῦ πρεσβυτέρου βασιλεώς περιπτύσσεοθαι τὴν χεῖρα, τὸν ἐπὶ τῆς περαλῆς πρότερον περιελόμενον πτῖον, ἀνακύψαντα δὲ ἐκεῖδεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτὸν τὸν πατέρα ἀντιφίκειν. solam manum senioris iunior osculabatur quondam. Basilius enim. Macedo Michaele ad lectum deducto τῷ γε κείρα φιλήσας ἔξηλεν ει.

p. 75 v. 3. οὗτε μὴν σις τὸν ἀσπασμόν] ad Francos Venetosque urbe CP eūciendos Michaeli Palacologo. copias auxiliares promiserant Genuenses: hinc communia pacis concordiaque foedera. Veneti vero, ut qui cum Francis imperaverant, foedam cum Graecis concordiam et opprobrium subjectionemque redolens foedus inire detrectaverunt. vide Gregoram superius relatum; nec non Petrum Iustinianum Venetorum et Genuensem vario Marte inter se decertantium bella historiae Venetae l. 5 describentem, ac tandem ipsum Michaelem victoriis elatum, haud tamen insolescentem, Venetos, a quibus sibi cavendum rebatur, de pace firmanda exortantem.

ib. v. 15. καπονύτης] pīlei genus ante pauca saecula in Europa usitassimum. Latinī *caputium*, Galli *chaperon*, Itali *capuzzo* dicebant. de quo consulendus Stephanus Paschasius disquisitionum Francicarum 8 18 et 45. *capitum* vocat Paulus Aemilius in Ioanne primo.

ib. v. 20. τρεύαν] Latinobarbare *treuga*. dicitur etiam τρέψι.

ib. v. 22. μπαῖονλος] ita legendum. inepte Iunius λυπάϊλος. falso citat Gregoram l. 4, quasi apud illum legatur *lypalilus*, cum Graecus textus distincte habeat μπαῖονλος, et interpres *mbaiulus*, recte utique. frustra est Meursius qui corrigit ἡλπαῖονλος, unica litera transposita, quasi sit purus putus idiomatis Italicus. sed cum Codinus hactenus Italorum articulus non sit usus, credibile est eum neque hic usum fuisse; cunque a β vel π incipientibus recentiores Graeci literam μ praeponere soleant, ut ipsemet Meursius in

P 245 Glossario. pluribus exemplis ostendit, rationi plane consonum est credere Codinum hic scripsisse μπαῖονλος, more aliorum ex recentiore Graecia scriptorum.

p. 76 v. 7. ad Francos]. Franci in recentiorum Graecorum scriptis non dum Galli intelligendi sunt, inquit Iunius, sed Itali quoque et Siculi, eo quod olim Siciliae regnum et pars Italiae a Francis tenebat.

ib. v. 8. ἡμέα ψαλλομένης] ne cantus regiam adorationem interturban, vel haec ecclesiae officio videatur conjuncta.

ib. v. 18. οὗτος τε καὶ πάντες οἱ ἀρχοντες] celebri palmarum festo solet patriarcha cruces et cereos in populum distribuere, quasi δεξιούμενος τὸν παγκράτιον τῆς νηστείας νικήσαντας τιμῶν καὶ ἀγίων σταυρῶν ἀγιάσμασι καὶ κηρύσσων φωτοβόλων χαρισμασι. οὐδὲ γάρ θέλει συμπαχεῖν τὸν πιστὸν καὶ ἐκείνοντος τὸν νηπιόφρονος, ἀλλ' ὡς ἡδη τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον βλέποντας τὴν οὐρανὸν Σιών διὰ πόλον φωτίζοντα. feria tertia sequenti, quae τῶν κατηχήσεων, catechunenis instruendis dicatur, minuta tura concurrenti populo dat in manus circa aurorae tempus, διὰ πόλον οἶον διὰ τούτων αὐτοῖς, καὶ ύποτιθέμενος μὴ πανηγυριώς ἀλλ' ἀγωνιστικῶς τῶν ἐφεξῆς τοιῶν ἡμερῶν τὸ στάδιον ἀναδέξασθαι. γηγοροήσωμεν τοίνυν καὶ ἐφεξῆς, καὶ τοῖς ἀγρυπνοῦσιν

Ioudalois εὐραγοντήσαιμεν etc. feria quarta iterum incensa cereosque spirgit, ἵνα ὁ λυὸς τὰς γεῖδας πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς νηστείας οὐρανοδρόμηρν πέλαγος, καὶ τὴν νύντα τῶν ἀγίων παθῶν τοῦ Χριστοῦ λαπτάσι ματαυγοφεύσῃ. sancto die paschae persolutis matutinis precibus populum omnem ad sanctum osculum supra descriptum excipit, ac simul minuta aera, τριχέψιλα ob trium imperatorum simul regnantium effigiem iis impressam vocata, dividit: κατὰ πατέρα φιλόστορογον τὸν ποωτῶς θάντα παιδας ἀμύνονται, ἀπὸ μακρῶς καὶ πεδουνάδορς ἀποδημίας ἀβίαιρος ἐνδημήσαντας, ἐν φιλήματι ἀγίῳ περιγραφώς καταστάζεται, καὶ ἀνιζας τυνὲ θησαυροὺς τῆς εὐλογίας αὐτοῦ δεξιοῦται αὐτοῖς νομίμωσιν ὄλλοις μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον, πολλοῖς δὲ κατὰ τὸ νοούμενον. haec ex Balsamone Meditato de incensis quae a patriarcha dari solent etc. Iuris GR. l. 7. quibus, si coniectura placeat, lubens addiderim aulicos processos ad regiam παρούσας officiaque ecclesiastica iis diebus et iisdem horis ad palatium convenientes, nec dato ture vel osculo a patriarcha exceptos, eo iam accenso vespertinis in precibus honorari, ne vel pretii vel benedictionis sperata parte videantur excidisse.

ib. v. 20. recentiores Graeci adulatoriae artis non imperiti suo imperatori ferme oinna etiam episcopalia et sacerdotalia munia tribuerunt, inter caetera ingressum ad altare et ius sacram mensam ture vaporandi, condito etiam canone a Trullano synedrio, et est canon 69. nulli omnium licet, qui quidem sit in laicorum numero, intra sacrum altare ingredi, ab eo tamen nequaquam prohibita potestate et auctoritate imperatoris, quando quidem voluerit creatori dona offerre ex antiquissima traditione. ubi Balsamon: de imperatoribus dixerunt quidam verbis canonis insistentes, quod tunc non prohibebuntur intra templi adyta ingredi quando sunt deo munera oblaturi, non autem si solius adorationis gratia ipsum ingredi voluerint. sed mihi non ita videtur. orthodaxi enim imperatores, qui per S. trinitatis invocationem patriarchas provehunt et sunt Christi domini, sine ullo impedimento, quando voluerint, ad sacrum altare accedunt et sufficiunt et cum cera characterem imprimunt, sicut et antistites. sed etiam populum ad eum instituendum docent; quod solis illius regionis antistitibus concessum est. palpus ergo egregie obtrudit Balsamon imperatori; et habebat facti sui causas, quia ambiebat patriarchatum Cpolitanum, cuius obtinendi non apparebat melior ratio quam ut per assentationes sese in summa gratia apud imperatorem poneret. sed vulpes, tametsi vafrā, ab aliis aequē vafris vulpibus delusa est. cuius ob desitas annuas rogas et pecuniarias largitiones audi quoquo lamentationem ex epistola de Incensis l. 7 Iuris GR. celssissimum sacerorum imperatorum circumspetionem et patriarcharum amplitudinem inter alia reddebunt olim augustiorem etiam annuas roges ac bairorum largitiones, quippe sedebant annis singulis cuiusque temporis patriarchae ac imperatores, et per haec subditos ad benevolentiam invitabant. novil hoc patrum conscripторum amplissimus ordo, ac fortassis etiam nonnulli qui haec aetate nostra vivunt. non enim ante tempora Euclidis prodita sunt gerris, nec somniantum rotularum fabellae sunt, sed usque ad imperium domini Constantini Ducas duravit augustus ille mos tam in ipsius dei quam imperatorum regia; et omnino bonum hoc ad nos quoque pro-

pagatum fuit, a maioribus ad nepotes, a generatione ad generationem transiens. sin, quod equidem non arbitror, hoc etiam oblivionis gurges absorbuit, et gratiosa isthaec aqua Castaliae providentiam superioris memoriae principum non praedicat, saltem membranae librorum historiorum et ordinationum aulicarum monumenta Stentoris in morem haec proclamabunt. tu quoque, qui cuiusvis eruditii scripti acutissimus es interpres, etiam in hac non levis momenti quaestione compluribus eris superior, ac me senem dicendo iuvabis. quin etiam imperatoris domini Constantini Monomachi edicta sacratissima, quibus ordinata sunt officia praefecti iudiciorum et nomophylacis, et quae statuunt eos debere singulos in annos, praeter alia, consequi ratione rogaem quemlibet auri talem ac talem quantitatem una cum consuetis baiis, non in caelo sunt nec trans mare, uti dicere quis beat, quisnam haec adseret mihi? sed sunt in manu tua et in corde tuo et in ore tuo. atque omnino rei veritatem ex his mentis acumine colliges. cum autem imperatores et patriarchae magnificentiam, ceu dictum est, suam demonstrent per baia et rogas, sane par erat ut patriarchae, qui priscam hactenus consuetudinem conservant et aureos clericis nummos admetiuntur, etiam ipsis baia darent, quemadmodum indicatum est.

ib. v. 20. sugillantur hic a quibusdam recentiores Graeci tanquam adulatoria artis non imperiti, qui imperatori ferme omnia etiam episcopalia et sacerdotalia munia tribuerunt, inter caetera ingressum ad altare et ius sacram mensam ture vaporandi, adderent etiam et conciones ad populum habendi. itane vero Theodosio principi alii ex Occidente vel Oriente pontifices adulabantur, qui ante severiorem Ambrosii correptionem ipsi praecessoribusque ad sanctum tribunal ingressum permisérant? itane Valentem religionis hostem palpavit Basilius, ubi lubens eum ἐντὸς τοῦ πετρίσματος, ait Nazianzenus, excepti? nugantur certe qui recentioribus Graecis appungit quod concilium Trullanum Can. 69 κατὰ τινὲς ἀρχαιοτάτην παράδοσιν testatur usitatum, ut cum voluerit creatori munus offerre intra sacrum altare ingrediatur. Chosroës Persarum rex, infidelis licet, filium tamen Sergii martyris beneficio se suscepisse arbitratus crucem auream in templi eius altari dedicavit. qui eius iussu deferebat, ait Simocatta l. 5, ὡς τὸ τέμενος ὁ ἀποστόλεις ἀφικνεῖται, τέ τε δῶρα τὰ τοῦ βασιλέως ἀμφὶ τοῖς γράμμασι ἐν τῇ ἵερᾳ περιέθετο τραπέζῃ. num potius mendaci convincendus erat Balsamon in eundem canonom nobis opponens: περὶ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνοντι οὐδὲ μόνον λαϊκοὶ ἀνδρες ἄλλα καὶ γυναικεῖς εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται, καὶ καθηγηταὶ σταυρέων πολλάκις καὶ τῶν ἱερονομούντων. tuis quidem laici Latini non vaporant in altari: at cum lectorum choro datis etiam lectorum insignibus, de quibus c. 17, Graeci suum imperatorem aggregaverint, nullo irreligionis crimine accusandi, si, quod egit Salomon Paralip. 6, ut converteret faciem et benediceret universae multititudini Israel, Christianus princeps Christiano populo bene precari audeat. non arroganter itaque vel temere pontificum usurpata potestate cera charactrem imprimit imperator Graecus (quis enim, qui Graecarum literarum sit elementis imbutus, τρικηρίῳ σφραγίζειν ita interpretatur?) sed trifurcise tricipiti cereo, trinitatis, a qua benedictionis scaturiunt rivi, symbolo, ex dilectionis affectu, ecclesiasticae dignitatis consortio, et si velis, potestatis concessione, benedictionem, quam parentes filiis, impertiuntur populo. caeterum licet vulgatus Balsamonis textus non exhibeat unde, quod insuper obliicitur, desumatur, quin etiam imperatores populum ad

eum instituendum docent, quod solis illius regionis antistitibus concessum est, communis tamen ecclesiae sensus illis ab hoc caritatis officio, quod etiam pueris per ecclesias in laudem sanctorum declamantibus conceditur, noluit interdictum.

p. 77 v. 1. *thesanrum βεστιαρίου* voce nonnunquam intelligendum praesens locus ostendit, nec non c. 7 huius operis.

ibid. κατὰ δωρεάν] Romanus Argyrus octoginta libras auri, ait Cedrenus, ex aerario imperatorio quotannis peudi iussit. aliae viginti forsan deinceps additae.

ib. v. 2. λίτρας] auri libram Budaeus de asse l. 5 non minus aureis solatis centum aestimat, Lexicon Iuridicum septuaginta duobus, Paulus Diaconus decem: ubi namque Theophanes ἔκατον νομίσματα, ipse decem libras numerat. Blastares octo preium eius censet c. 7 τὸν Τσοτζέλον: η παρ' ήμῶν νομίσματην λίτρα νομίσματα ἔχει ὄχτω.

p. 77 v. 3. *hebdomas διακαινήσιμος* est tota hebdomas paschalis, quae festum paschae proxime sequitur et qua resurrectio domini solenni caeremonia celebratur. id ostendo primum testimonio Maximi Marginii episcopi Graeci, qui consultus quidnam hoc vocabulo significetur, respondit his verbis: σημαίνεται παρ' ήμῖν διὰ τούτον τὸν ὀνόματος ὅλη η πρώτη ἑβδομάδα τῆς ἀναστασίμον τοῦ σωτῆρος ήμῶν ἐօρτῆς. vide Catalog. bibliothecae August. ab Hoe schelio editum. secundo idem probo ex Typico S. Sabae, ubi capiti 46 huiusmodi titulus praesigitur: εἰδῆσις τοῦ τόπου τῆς ἀγίας καὶ μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα καὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς διακαινησίμου. et in ipso capite singulas dies seu ferias paschalis illius hebdomadis enumerans, secundam feriam vocat τὴν δευτέραν τῆς διακαινησίμου, tertiam τὴν τρίτην τῆς διακαινησίμου, et ita deinceps usque ad sabbatum τῆς διακαινησίμου. idem ex aliis Graecorum libris ritualibus liquet. Pollux in Chronicō suo: τρίτον νόμον ἔγραψεν, ἀπόκτοντος εἶναι τὰς δύο τῆς πασχαλίας ἑβδομάδας, μίαν μὲν πρό, μίαν δὲ μετά. illa autem μία μετά est hebdomas τῆς διακαινησίμου.

Male ergo Calvinianus scholiastes Junius in notis interpretatur *ἑβδομάδα διακαινησίμου* *hebdomadem rogationum*. male etiam rationem nominis reddens ait eam dici διακενίσιμον, exinanitione dicata, quia per illud tempus exinanivunt sua corpora et macerant, oraturi deum pro commoditate anni. primum non scribendum διακενίσιμος sed διακαινήσιμος, ut habent exemplaria Alexandri, rituales libri Graecorum et codex bibliothecae Augustanae ms, quo continentur evangelia diebus sacris praelegi solita, quorum initium τῇ τρίτῃ τῆς διακαινησίμου. quo circa hebdomas τῆς διακαινησίμου dicitur quasi *septimana renovationis*, τοῦ διακαινισμοῦ, cum Christo resurgentे omnia renovata et restaurata fuerint. secundo tantum abest ut haec hebdomas ab eximuntione ieunantiumque inedia nomen invenerit, ut tota illa hebdomade ieunium solvere moris fuerit. testis Balsamon in can. 69 Apost. qui cum percensisset dies quibus ieunandum est, excipit quartos dies et parusceum seu ferias sextas, quae sunt ἀπὸ τῆς ἀποχής seu ἀπόκτησις, ante carnispri-

vium, et quae sunt πρὸ τῆς τυροφάγου, et hebdomadem τῆς διακανησίμου. in iis enim solvimus, inquit Balsamon, quia ieunant Armenii propter Ninivitas. in eo qui est ante carnisprivum, et in eo qui est ante τυροφάγον, haeretici tetraditae magnum ieunium observant; hebdomas autem τῆς διακανησίμου tanquam ipse magnus dominicus (paschae) dies reputatur. idem docet Anastasius episcopus Caesareae Palaestinae tract. de Artziburio, ubi inter hebdomas a ieunio plane exceptas ponit τὴν ἔβδομάδα τῆς διακανησίμου. eandem hebdomadem inter exceptas numerat Nicolaus patriarcha Cpolitanus in versibus ad Anastasium montis Sinai antistitem.

Rogationes triduanae ante ascensionem domini Graecis ignotae sunt; nec ulla habent stata ieunia inter pascha et pentecosten. νηστεία γὰρ οὐ γέγονται, οὐδὲ γονυκλίσια, inquit Nicolaus patriarcha de tempore inter pascha et pentecosten. vide Typicum Sabae c. 51. consentit cum his nostris Glossarium Graeco-barbarum, nisi quod scribi iubet διακανησίμος. sed rituales libri scripturam nostram plerunque praferunt.

Dominica hanc hebdomadem subsequens, quae nobis est dominica in albis, Graecis est κανή ἡ νέα κυριακή, nova dominica, in quam exstat oratio S. Gregorii Nazianzeni, et est oratio 43. eiusdem mentio fit in canone 66 Trullano. vocatur etiam κυριακή τοῦ ἀντιπάσχα, quasi dominica paschae opposita seu respondens, et κυριακή τοῦ Θωμᾶ seu ψηλάφησις τοῦ ἁγίου ἐνδόξου ἀποστόλου Θωμᾶ, quod eo die legatur evangelium de Thoma apostolo, manum suam in fixuram clavorum, Christi mandato, immittente.

ib. v. 5. τῆς ἐκκλησίας ὀρθόντων] ii sunt praecipui magnae ecclesiae officiales ac in dignitate constituti, quos etiam vulgo τοῦ πατριάρχου σύγκλητον patriarchae senatum dicunt.

ib. v. 12. εὐλογεῖ] orationem a patriarcha pronuntiari solitam reperies in Euchologicis nostris: ὅσανις ἔλθῃ ὁ πατριάρχης εἰς τὸν βασιλέα, ἔξαιρέτως δὲ τῇ πέμπτῃ τῆς διακανησίμου.

ib. v. 18. εὐχὴν ἐπειπών] oratio secundo a patriarcha fundenda eodem Euchologii loco reperitur ad calcem operis.

ib. v. 20. de festo pentecostes vide quae scripsimus l. 1 de festis c. 28. olim in festo pentecostes processio instituebatur ad templum S. Mocii martyris, cui ipse etiam imperator intererat. sed postea abrogata est ob causam quam memorant Graeci historici, et in his Glycas de Leone philosopho imperatore p. ed. Bonn. 554.

P 247 quare non mirum si Codinus die pentecostes eius nullam mentionem facit, quandoquidem iam pridem abrogata fuerat.

Proeleusin seu processionem imperatoris die pentecostes ad S. Sophiam admodum festive, quin et ridicule describit Luitprandus in sua ad Nicephorum Phocam legatione, p. 347 Bonn. sed Luitprandus fortassis sinistro suo affectui in Graecos, a quibus in hac secunda sua legatione non bene habitus fuerat, nimium indulxit. longe aliter Codinus cum in hoc libro, tum in Originibus Cpolita-

nis, ubi ista: ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τοῖς ἑταίροις καὶ παρόντων πρέσβεων ἐνεδύοντο χλαυδας ποικίλας, ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας, η ἄλλως πως πολυτελεῖς, ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις ἔηραμπτελίνας τῷ χρώματι, ἃς ἐκάλουν Ἀρραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος (τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλούσιν) η ὅτι μετὰ τραβείων ταύταις εἰώθασι χρῆσθαι, τραβεῖται δὲ λέγονται αἱ πολυτελεῖς χλαυδας.

ibid. ἐν τῇ τοῦ ἀγίου πνεύματος ἑορτῇ] luctus et contritionis potius quam alacritatis spiritualis argumentum est apud Graecos festum pentecostes, maxime post meridiem, qua secundo, ut aiunt, vespertinas decantantur preces, tunc frequentes audiri gemitus, et ex peccatorum recordatione non adeo pectus pugnis quam caelum tundi suspiriis consuevit, ut si quid luxus in mores invexit paschalis solemnitas vel eius decursu dissolutionis nonnihil secum attulit hominum in vita prona libertas, totum id corrigit dolor spiritus sponte assumptus, et contractas sortes poenitentiae abstergant lamenta. eo fine sanctum de caelis spiritum cum lacrimis advocant, ex profundiore humilitate preces ingeminant, ac genuum inflexionibus, quibus iam desuetus erat populus sibi subiectus, eum iterato velut lugubri quadragesimae tempore affligere parat ecclesia. commune igitur cum aliis templum imperator ipse frequentat, ut poenitentiae cum aliis censors communis etiam aliis precum fructus referre merentur.

p. 78 v. 1. γίνεται μὲν τράπεζα] nondum enim advenit luctus hora, nec dominica festivitas ieiunij modestiae potest admisceri.

ib. v. 2. ἐν δὲ τῇ τοῦ ἐπεριπονῶ ἀρ.] qua σημαίνει ταχύτερον διὰ τὴν τῆς γονακούσιας ἀνολογίαν, sit signum solito citius propter (motorum) geniculationis officium.

ib. v. 4. τὰς τοῦ μεγάλον Basileior] habes illas orationes earumque legendarum ritum, nec non et totius huius officii expositionem ex ipso Basilio et Matthaeo Blastare in Euchologicis nostris; reliquum officium in Pentecostario repieres.

ib. v. 5. diaconicum non est conclave diaconorum, in quo illi congregati tractarint negotia muneris sui, sed est locus ubi ministri sacras vestes ad divina officia peragenda induunt, Germanice du sacristey, sacrarium.

ibid. a pompa luxuque cum abhorrent praesentis officii pentecostes humilitas, elevatoria subtellia, πρόκρυψιν, thronum, sedem honoratam respuit imperator, et ad dextrum altaris latus, quo diaconiū, diaconis data est sedes, humili corporis gestu in altari a sacerdote pronuntiantas Basillii vespertinas preces audit. de diaconico plura te doreat eruditus Allatius de recentiorum Graecorum templis opusculo: in Euchologio quoque nonnihil de eo delibavimus.

ib. v. 7. de festo exaltationis a. crucis etiam ex more Graecorum fuse scripsi tom. I de S. Cruce l. 1 c. 65 et 66 et l. 1 de festis c. 33. vide etiam Adamannum Scotum l. 1 de situ terrae sanctar; ubi de nundinis hoc festo Hierosolymis celebrari solitis mira leges.

ib. v. 8. ἀναβάθμα] elevandae in altum cruci ad eius exaltationem etiam corporeo gestu oculis demonstrandam praeparatur in medio triclinio tabulatum, ἀναβάθμα, de qua redidit sermo.

ib. v. 10. τὴν τοῦ σταυροῦ πονοῦ ὄψων] quo ritu peragatur, praecepit Menaeum 14 Septembria. ἀλλάσσει ὁ λεγεῖς πόσα τὴν ἵσταται

στολήν, καὶ εἰσέρχεται μετὰ θυμιατοῦ ἐν τῇ ἀγίᾳ τοπεῖῃ, καὶ θυμιῶν τὸν τίμιον σταυρὸν σταυροειδῶς αἱρεῖ αὐτὸν μετὰ δίσκου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ προπορευομένων δύο λαμπάδων φέρει αὐτὸν μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, κακεῖσες ἵσταται. καὶ πληρούμενῆς τῆς δοξολογίας καὶ τοῦ τρισαγίου λέγει ὁ λερεὺς μεγαλοφάνων “σοφίᾳ, ὁρθοῖ.” καὶ ἀρχόμενα τοῦ τροπαρίου. “σῶσον καριε τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, νίκας τοῖς βασιλεῦσι κατὰ βαρβάρων διώρουμενος, καὶ τὸ σὸν φυλάττων διὰ τοῦ σταυροῦ σου πολίτευμα.” καὶ οὕτως εἰσοδεύει μετὰ τοῦ τίμιον σταυροῦ. καὶ οὗτος ηὐτρεπισμένων τετραποδίον τίθεται ὁ τίμιος σταυρὸς ἐπάνω, καὶ θυμιᾶς σταυροειδῶς ὁ λερεὺς. εἰδὲν οὕτως βαλῶν μετανοίας (reverentias, inclinationes) τρεῖς, κανὸν ὅποια ἔστιν ἡμέρα, καὶ λαβὼν ἐπὶ κεῖρας τὸν τίμιον σταυρὸν γυμνῶν μετὰ βασιλικῶν κλάδων, ἵσταται ἔμπροσθεν τοῦ τετραποδίου, βλέπων κατὰ ἀνατολάς, καὶ λέγει εἰς ἐπάγκιον πάντων Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεός κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. δεόμενά σου, ἐπάνουσον ἡμῶν καὶ ἐλέησον.” καὶ ἀρχόμενα τῆς πρώτης ἱερατοντάδος, τοῦ νόρου ἐλέησον. σφραγίζοντος δὲ τοῦ λερεύς ἐν ταῖς ἑνάρξεσι μετὰ τοῦ τίμιον σταυροῦ τρεῖς, εἶτα κλίνει τὴν κεφαλήν, δύον σπιθαμῆν ἀπέκειν τῆς γῆς, καὶ κατὰ μικρὸν ἀνισταται μέχρι συμπληρώσεως τῆς ἱερατοντάδος. ηνίκα δὲ φθάσῃ εἰς τὸ ἐνενηκοστὸν ἔβδομον κύριον ἐλέησον, ὑψοῖ τὴν φωνὴν ὁ ἐκκλησιάρχης, καὶ αἰσθόμενος ὁ λερεὺς τέλος λαμβάνει τὴν ἱερατοντάδα σφραγίζει πάλιν τρεῖς. εἶτα στραφεῖς πρὸς τὸ νότιον μέρος λέγει “Ἐτί δεόμενα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκων ἡμῶν, κοάτους, νίκης, διαμονῆς εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τοῦ κύριον τὸν θεοῦ ἡμῶν ἐπιπλέον συνεργῆσαι, καὶ κατενοδῶσαι αὐτὸνς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὲρ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἔχθρὸν καὶ πολέμιον.” καὶ ἀρχόμενα τῆς δευτέρας ἱερατοντάδος, καὶ ποιεῖ ὁ λερεὺς τὴν δευτέραν ὑψωσιν, ὥστε προσέγραπται. εἰδὲν οὕτω στραφεῖς ἐπὶ δυνημάς λέγει “Ἐτί δεόμενα ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἀμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ, τοῦ πατρὸς ἡμῶν, τοῦ δεῖνος ἥγονου τοῦ προεστῶτος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος.” καὶ ἀρχόμενα τῆς τρίτης ἱερατοντάδος, πληρούμενης δὲ αὐτῆς στρέφεται ὁ λερεὺς ἐπὶ τὸ βόρειον μέρος, καὶ λέγει “Ἐτί δεόμενα ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν, ὑγείας καὶ σωτηρίας καὶ ἀφέσεως τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν.” καὶ γίνεται ἡ τετάρτη ὑψωσις. καὶ αὐτὶς στρέφεται κατὰ ἀνατολάς, καὶ λέγει “Ἐτί δεόμενα ὑπὲρ πάντων τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἀγίᾳ μονῇ ταύτῃ ὑγείας, σωτηρίας καὶ ἀφέσεως τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν, εἴπομεν.” καὶ ἀρχόμενα πέμπτης ἱερατοντάδος, μετὰ δὲ τὴν πέμπτην ὑψωσιν φάλλοιν τὸ κοντάκιον Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ. εἰδὲν οὕτω τὸν σταυρὸν σου προσκυνοῦμεν δέσποτα τρεῖς. φαλλόντων δὲ τῶν ἀδελφῶν ἀποτίθησιν ὁ λερεὺς τὸ τίμιον ἔντονον ἐν τῷ τετραποδίῳ, καὶ ἀρχονται προσκυνεῖν ὁ τε λερεὺς καὶ ὁ προεστώς, βαλλοντες μετανοίας τρεῖς κατενώπιον τοῦ τίμιον σταυροῦ. εἶτα ἀσπάζονται αὐτὸν, καὶ μετὰ τὸ ἀσπάσασθαι βαλλοντοι μίαν μετανοιαν, εἰδὲν οὕτως εἰς τοὺς χορούς, δεξιὰ καὶ ἀριστερά. εἶτα εἰσέρχονται οἱ ἀδελφοὶ δύο κατὰ τάξιν, καὶ προσκυνοῦσιν καὶ ἀσπάζονται ὅμοιώς. ψάλλομεν δὲ στιχηρὰ ἰδιόμελαι, ἔνας ὃς προσκυνήσωσιν οἱ ἀδελφοί, “δεῦτε πιστοί” καὶ τὰ ἔξης. καὶ μετὰ τὸ προσκυνήσουσι πάντας λέγει ὁ λερεὺς σοφία. καὶ ἀπόλυτις. ἴστεον διτὶ ἢ ἀνὴρ ἡμέρᾳ τύχη ἡ σεβάσμιος αὐτῆ τοπεῖη, εἴτε κυριακῇ εἴτε σαββάτῳ, τυχόν ἡ ὡδὸν ἡ ἤχθνν οὐν ἐσθίομεν, εἰ μὴ μόνον ἔλαιον καὶ οἶνον. δοα διτὶ ταύτην τοῦ σταυροῦ τὴν ηγετείαν περιεκτικὴν ἔχει, καθὼς τινες παραδιδόσαι, τὴν ποιότητα μὲν παραδηλαῦ τῶν βρωμάτων, οὐδὲ δικαὶ τῆς ὄραι.

ib. v. 13. κατὰ τὰς τῶν μηνῶν ἑκάστων ἀρχάς] geminam aquam benedictam praedicant Graeci, maiorem et minorem, μεγάλον καὶ μικρὸν ἄγια. σμόν. illa per vigilio, nec non ipso theophaniorum die in missa conficitur, haec

mensis eiusque principio. illa Christi nomine, haec deiparae benedicitur. illa poenitentibus prohibita, comedentibus vel abominandis quibusque expiandi nec non daemonibus terrendis consecrata; haec privatis aliis usibus communibusque rebus sanctificandis dicata. utriusque benedicenda ritum et officium exhibet Graecorum Euchologium.

ib. v. 16. pro *quinto Iamarii* legendum est *sextum*: eo enim die siebat iste ἄγιος Ιαμάριος. nec huius emendationis alium do auctorem praeter ipsum Codinum, qui c. 8, ubi de festo epiphaniae agit, hagiastum istum ipso die festo epiphaniae peragi diserte scribit; ut taceam libros rituales Graecorum.

ibid. Λυτροῦ codices alli ἐν τῷ πέμπτῳ, nec hi vel illi aberrant: sit enim aqua benedicta tum pervaigiliū theophaniorum vespera, Ianuarī die 5, tum in theophaniorum missa, die 6; de quo disseruimus in Euchologicis.

ib. v. 19. η ἀκολουθία τοῦ ἀγιασμοῦ prolixior est quam quae hic attexatur. post preces hoc pacto sanctificatur ex Euchologio. λαβὼν τὸν τίμιον σταυρὸν ὁ λεγένδος εὐλογεῖ τὰ ὑδατα τὸν τοῖτον, πατάγων καὶ ἀνεγγων αὐτὸν δρῦμον. εἰτα δεσμόζεται ὁ λεγένδος τὸν τίμιον σταυρὸν, ἀσάυτως καὶ πᾶς ὁ λαός. εἰδ' οὕτως φαντίζει πάντα τὸν λαὸν καὶ τὴν μετην μετὰ τοῦ ἀγιασμοῦ. ad Euchologium, benigne lector, permitte te remitti.

ib. v. 23. οὐρανοῖον hic aliter accipiendum puto quam supra c. 7 p. 63 v. 8, ubi de panagia sermo erat. Iunius nimis fabriliter interpretatur σκεῦος instrumentum et κωδώνιον poculum et oenocheum vinarium capedem. quam venustum vero illud? cum participat imperator consecrationem ex poculo. libenter tamen scirem quo animo haec de s. cruce et alia plurima in hoc libro legisset vel vertisset Iunius, tam adeo a Calvinianis institutis abhorreant?

ibid. οὐρανοῖον eius germanam significantiam habes superius positam.

p. 79 v. 13. πάντων αὐτὸς βοῶντων τὸ πολυχρόνιον] vix beneficium conferas Graecis quin tibi confessum ex animo rependant benedictionem. hinc unitatae voces illiae: καὶ τοῦ χρόνου, etiam anno sequenti idem mihi beneficium conferas. ὁ θεὸς γὰρ εὑρὲ τὸ πληρόισην, idem tibi rependat deus. ὁ θεὸς τοῦ απογεωργῆση, in mercedem remittat tibi deus tua peccata. τοῦ χρόνου καὶ τοῦ ἄλλου χρόνου, post primum et secundum annum idem mihi conferas etc.

C A P U T X.

ib. v. 20. Primum Septembbris diem merito recesset, a Septembri aliquidem annum auspicatur Orientalis ecclesia. Gregorius cognomento Figulus Tauromitanus archiepiscopus inductionis sive anni principio, id est kalendas Septembbris, orationem habet qua renovati praesenti die anni rationem profert: Πρωταριοὶ πάλαι μὲν ὁ Ταυρούριος οὐ τοῦ Στρογγύλης ἀρχὴν διὰ τὸν Αὐγούστον Καῖσαρ τὸν Ἀρτάριον ἐργοποέατο κατὰ τὸν Codin. Europalat. de Offic.

Σεπτέμβριον μῆνα, περιφανῆ ποιῆσαι τὴν νίκην βούλομενος μεταμορφεῖ τὸ Ρωμαϊκὸν ἔθος καὶ χαρίζεται τῷ μηνὶ τὰ πρεσβεῖα παθάπερ πρωτόλεια, eadem luce inductionem mutandi consuetudo: ἡ μὲν οὖν, scribit idem Gregorius, παρόστα ἡμέρα πατὰ μὲν τὸ ἰστορικὸς καὶ γενούμενον καὶ τελούμενον ἀρχῇ τῆς χρονικῆς ὑπάρχει ἀνακηλήσεως, ἵδικτα λεγομένη τῇ Ρωμαϊκῶν φωνῇ. οὕτω γὰρ ἐκεῖνοι τὸν ὄρισμὸν ὅρομάσσοντι, tum antiqua Hebraeorum religione in tubarum expiationis et sceptopégiorum festis hoc mense celebratis laudata, subdit: videte quaeo quanta haec, quae exigua videtur, celebritas mysteria continet; utque non sine divino consilio mensis ille September a Latinis sit dictus, non modo quia septimus est, sed etiam quia σεπτέμβριος, hoc est religiosus ac veneratione dignus est. illud vero præterea considerandum, multorum celebritates sanctorum in eundem illum diem, qui initium ac coronidem anni comprehendit, incurrit, qui nobis ad hanc vitam cum virtute traducendam adiutores esse solent. omnium primo memoriam illius in synagoga Christi domini lectionis repetimus; tum sacrosanctam dei matris imaginem veneramur: sed et Iesu Nave et septem incruentorum in Epheso martyrum et sanctarum quadraginta virginum, et Callistae Eudoxis atque Hermogenis non minus sive quam natura germanorum anniversarium agimus diem. præter quos Styliques ille Symeon velut clarissima fax ei celebratili praelucet ab his omnibus quaedam in hoc anni principium redundat; unde et insolitam in eo Graecorum imperator ostentat religionem.

ib. v. 21. μετὰ λιτανεῖας] Suidas λιτανεῖα λιτή, παράκλησις vulgo παρακλήσεις supplicatio inter ambulandum et procedendum facia, περίπατος processio. prius processiones, ad quas tum patriarcha tum imperator convenirent, depingit Theophanes in Marciano: ἐν ταῖς λιταῖς τοῦ Κάμπου πεζὸς ἔξηται πολλὰ τοὺς δεομένους εὐ ποιῶν. ὅθεν τοῦτον ὁ πατριάρχης Ἀνατόλιος καὶ αὐτὸς οὐκ ἔτι φορεῖται πρεσβύτερος πατρὸς τὸ ἔθος ἐλιτανενεν, ἀλλὰ πεζός. idem: ὁ δὲ Ἀλευθερὸς συναγαγάνων ἀτάκτους Ἀλεξανδρεῖς ἐνδημοῦντας ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἐποχούμενος ὅντως. in Iustiniano: γέγονε τὰ πρότερα ἔγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἔξηλθεν ἡ λιτή ἀπὸ τῆς ἀγίας Ἀναστασίας, καθημένους Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ αὐτοῦ ὄχηματι, καὶ τοῦ βασιλέως συλλιτανεύοντος τῷ λαῷ. in eodem: ἦλθεν ὁ ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῶν ἀγίων λειψάνων παθήμενος ἐν ὄχηματι χρυσῷ βασιλικῷ διαλίθῳ. et infra: γεγόνασι τὰ ἔγκαίνια τῆς ἀγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Συντάσι (nunc Galata), καὶ ἔξηλθεν τὰ ἄγια λειψάνα ἐν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο πατριάρχων. Μηνᾶς τοῦ Κωνσταντινούπολεως καὶ Ἀπολλιναρίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐκάθισαν ἀμφότεροι ἐν τῷ βασιλικῷ ὄχηματι, πατέροντες τοὺς γόνατος αὐτῶν τὰ ἄγια λειψάνα. Theophanes idem: τῷ Δεκεπυθίῳ μηνὶ γέγονεν ἔγκαίνια τῆς μεγαλης ἐκκλησίας τὸ δεύτερον, ἡ δὲ πανηγυρὶς τῶν αὐτῶν ἔγκαίνιών γέγονεν εἰς τὸν ἄγιον Πλάτωνα. καὶ ἔξηλθεν ὁ πατριάρχης τῆς ΚΠ μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ βασιλέως, καθεξήμενος ἐν τῷ ὄχηματι καὶ φέρων ἀποστολικὸν σχῆμα καὶ κρατῶν τὸ ἄγιον εὐαγγέλιον. sacras imagines in processionibus ab antiquo delatas sileo. προέρχεσθαι μετὰ σταυριῶν σημείων καὶ σεπτῶν ἐκτύπων Χριστοῦ ἐν πανηγύρεσιν εἴθισται καὶ πομπαῖς, ait Nicetas in Murzuphlo.

ibid. τὸ πορφυροῦ κιόνιον] de qua Nicephorus Callistus 8 32: τὸν σεβάσμιον καὶ θεῖον σταυρὸν ἐπὶ πορφυρῷ Ρωμαϊκῷ ἀνίστα πίστιν ἐν τῷ Φιλαδέλφῳ οὗτοι πιοι εἰσηγένετο. de eadem Origines CP: τὸν δὲ εἰς Φιλαδέλφιον οὗτα σταυρὸν ἀνέστησεν ὁ ἄγιος Κωνσταντίνος ἐπὶ πίστις περισσωμένου, διὰ μήδων καὶ θέλων, πατὰ τὸν σταυρὸν ἤτοι τύπον ὃν εἶδεν ἐν εἰδοῖς οὐδενὶ, καὶ τοῦ πίστης οὐδενὶ τοῦ πορφυροῦ, καὶ ἐποίησε στήλας τῶν νίστων αὐτοῦ, quod ibi e via redeuntes

sese data salute fuerint amplexati, unde et Φιλαδέλφον nomen loco factum est, ad sinistrum fori partem, ex iisdem CP Originibus: ὅτι τὸ καλούμενον Φιλαδέλφιον οἱ νῖοι εἰσὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

p. 80 v. 1. ἐφ' οὐδὲ σταρός θαταῖ] Suidas v. σταρός: ἐπὶ τῷ βρόντῳ τοῦ ρόδου μέρος θαταῖ, ὡς εἶδεν αὐτὸν Κωνσταντίνος, χροσέπιλαστος, ἐν τοῖς ἀκρωτηριανοῖς στρογγύλοις μήλοις, ἐνθα καὶ αὐτὸς καὶ οἱ νῖοι αὐτοῦ καθεωρῶντο χροσεμβάσοι, hoc est statuis deauratis donati.

ibid. ὁ πάλαι φόρος] Simocatta l. 1: περίλαυχρος δὲ οὗτος χώρος τῆς πόλεως, alias vulgo πολητήριον, ubi res quaevis venum exponuntur.

ib. v. 2. ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς] sive oratus ad ecclesiam sive συλλιτανεύων procederet imperator, utroquinque προσλεγον habebat, eamque ipse imperatoriis insignibus, comitantibus aulicis propriis cuique officio vestibus ornatis, populo gratulante et obvia et procedente agebat. imperatorem Nicephorum describit Luitprandus in legatione ἐν προσλεγον ad magnam ecclesiam profectum, imperatricem Ireneum Cedrenus: τῇ δεξιᾳ τοῦ ἀγίου πάσχα ἀπειθούσα ἡ βασιλίσσα ἐπὶ τῇ κατὰ τύπον γενουμένη προσέλεγει τὸν τούς ἀγίους ἀποστόλους· δειλης δὲ προῆλθεν ἐν ὄχηματι χορωφίῃ προσλεγοντι τέσσαροι Ἐπκοι, προστομένη ωπὸ πατρικιῶν, φίλασσα ὑπατείων ἐν τῇ μέσῃ πολλῆν. Leo Grammaticus, vel quivis alius, in Leone Armenio: καὶ προειδὼν ἐν τῇ Χριστοῦ γεννήσει ἐν τῇ ἀνικήσιᾳ εἰσῆλθεν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. φθυσάσθης δὲ καὶ τῆς ἔνορτῆς τῶν φιλέων προῆλθεν δύοις, καὶ εἰσειθῶν οὐ προσεκύνησεν. Cedrenus in Leone Sapiente: οντίθοντος δὲ προσλεγοντων γενουμένης κατὰ ἵματος τῆς πεντηκοστῆς ἐν τῷ ναῷ. Eustathius tandem ad II. 1: πομπῇ, θρίαμφῳ, ὃν προέλενον ἡ κοινὴ γλώσσα κακεῖ, an idem sit προσλεγον quod πρόκεντος, de quo Cedrenus in Iustino 2: αὐθις βασιλεῶς ἐπὶ πρόκεντον, non existimo: προσλεγον enim non riperies nisi pietatis vel ob accepta beneficia tripudiantis vel ad depellenda mala deprecantis gratia suscepimus, πρόκεντον vero nonnumquam ad solam pompam et fastum, immo quandoque ad luxum. Leo Grammaticus in Leone Sapiente: Λεων πρόκεντον εποίησεν τὰ Ιαμανοῦ. οντόντος δὲ Ζαούτζα καὶ παραδηματινοτες καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ζωῆς ἀμα τῷ βασιλεῖ, θορητοὶ δὲ ἡ γενετὴ αὐτοῦ οἱ παρῆν ἔκειστο, αἷς ἐν Βλαζόνωντι ἐν τῇ ἀρχῇ πορφυραρχέρει τέλουστην. sequitur: δόξατος οὐρ τοῦ βασιλεῶς μέταντος ἔκειστο. certe in solita ecclesiae processione non fuisse mortatus, nec secum pellicem duxisset, aut interim eius uxor in oratione diutius perseveraret. Fasti Siculi ιποίχαν Αἰον πρόκεντον (lege πρόκεντος cum aliis) μῆνας έξ. processio ecclesiastico rito peragenda tantum spatum non requirit, de processu principum et magistratum cum dignitatum insignibus Paucirollus in notitiam Orientis c. 22.

p. 79 v. 20. tomo 3 de s. cruce l. 1 c. 26 descripsi nummum, in cuius altera parte visitur Ioannes Palaeologus imperator Cpolitanus ad columnam crucigeram venerabundus et supplicabundus, sine dubio ex hoc more calendarum Septembrium. vide l. c. de s. cruce. de columna porphyretica consule quae scripsimus tom. 1 de s. cruce l. 2 c. 45 ex Nicephoro et Codino in Originibus Cpolitanis. superest hoc itidem aevi haec columna porphyretica. exstat e regione diversiori, inquit Dousa in suo Cpolitano itinerary, vel potius in encyclo Meletii cuiusdam patriarchae Graecanici, vel in satyra, qua lesuitas insectatur, in quo Caesareos oratores hospitari mos est, columna Constantini purpurea, in cuius summitate spondylus aedificatus est, in qua eiusmodi inscriptio appetet:

τὸ θεῖον ἔργον ἐνθάδε φθαρὲν χρόνῳ,
νεοὶ Μαρονῆι εὐσεβῆς αὐτοκράτωρ.

est hic Emmanuel antepenultimo ex imperatoribus Cpolitanis: nam post hunc secutus est Ioannes, qui concilio Florentino interfuit, post istum Constantinus, sub quo Cpolis in Turcicam servitutem venit. huius porphyreticae columnae meminit etiam, eodem ferme quo Dousa modo, Salomou Swigerus, praedicans Noricus, l. 2 sui Hodoeporici c. 37.

Quid acciderit, quando Andronicus senior imperator Cp. cum clero et populo kalendis Septembbris ad columnam porphyreticā supplicabat, docet nos Gregoras ad calcem libri 8, cuius verba reddo.
sub quartam eiusdem diei (nimirum primi Septembbris) horam, sacris imaginibus veteri more una cum imperatore patriarcha et episcopis ad porphyreticam columnam congregatis, cui sacra crux insistit, cum sacri hymni canerentur, porcus alicunde elapsus subito in medium psallentium chorū insiliit, multo coeno inquinatus, et varie huc atque illuc vagatus vix tandem excessit. id prudentioribus confusioneē quandam Christi ecclesiae et factionem significare visum. qualis confusio et factio paulo post secuta est, capta ab Andronico Iuniore Cpoli.

p. 80 v. 2. ἐκεῖς τελομένην ἀκολουθίαν] partem eius habes in Eu-
chologio nostro fol. 810 et in Menaeo 1 Septembbris eius memoriam celebra-
nte his verbis: ἡ δὲ τοῦ ἐμπορημοῦ μνήμη διὰ τὸ συμβῆναι διὰ
τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν γενέσθαι ἐμπορημὸν μέγιστον ἐν Κωνσταντιονό-
λει ἐπὶ λέοντος μεγάλου βασιλέως καὶ πνοποληθῆναι τὸ πλεῖστον μέρος
τῆς πόλεως ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά. Cedrenus de illo incendio in Leone me-
morato.

ib. v. 5. celebrant Graeci hoc festum cum Latinis 8 Septem-
bris. in monasterio Libis sepultus est Andronicus senior, olim impe-
rator, sed biennum ante vitae finem monachus. *cadaver eius in Li-
bis monasterium est perlatum, quod mater eius domina Theodora renova-
rat*, inquit Gregoras extremo l. 9 sue historiae. eadem ferme Can-
tacuzenus l. 40. observa Iunium mala fide μονῆν vertere aedem,
cum sit monasterium: errat interpres, hoc est Iunius, qui aedem red-
dit, inquit ipsemet Meursius.

ib. v. 6. monasterium a Theodora Michaelis Palaeologi uxore repara-
ratum, ubi sibi sepulcrum instauravit filius Andronicus, et inferias novem
diebus (numero mortuis dicato) persolvi mandavit. Gregoras ad l. 9 cal-
cem: τὸ ἐκείνον νεκρὸν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Λιβὸς ἐπικεκλημένην ἀπή-
γυναν, ἦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἀνεκαίνισεν. ἐνθα δῆ καὶ τὸ
πενθός, κατ' ἔθος, ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας τετέλεσται. a Constantino Libe
fuerat prius exterritum Leone Sapiente imperante. Grammaticus Leo:
Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνον τοῦ Λιβὸς ἐν τῇ μονῇ τῇ αὐτοῦ
τῇ οὖσῃ ἐν τῷ Μερδοσαγάρῃ τοῦ τὸ ποιῆσαι τὰ ἔγκαινα καὶ ἀριστῆ-
σαι προσεπλήθη.

ib. v. 7. S. Demetrii martyris, cui cognomentum Myroblyta,
festum celebrant Graeci 26 Octobris. hoc ergo die imperator ad mo-
nasterium in honorem S. Demetrii a Palaeologis aedificatum sese con-
ferebat.

ib. v. 8. πονήν τῶν Παλαιολόγων] a Palaeologis nomen sortitum monasterium opes proventus aedificia ornamenta quaevis, ab eis primum imperii sedem occupantibus debuit acceperisse.

ib. v. 10. natalem S. Chrysostomi obeunt Graeci 13 Novemboris.

ib. v. 15. verti, in praesentatione. sic enim res intelligitur. celebratur a Latinis pariter et Graecis 21 Novembris. monasterii τῆς περιβλέπτου meminit Gregoras l. 7 et Pachymeres l. 5. erat monasterii sanctissimae virginis Mariæ, quam Graeci περιβλέπτου, hoc est spectabilem seu admirandam, vocant. in hoc festum partim exstant partim adhuc in bibliothecis latent multae Graecorum homiliae.

ib. v. 16. de hoc monasterio Cedrenus in Romano Argyro: ἀναφεθεὶς ὁ Ρωμαῖος βασιλεὺς, δάπτεται ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεονομηθεῖσῃ τῆς περιβλέπτου μονῆς. scripserat superius: ὁ δὲ βασιλεὺς Ρωμαῖος τὸν οἰκον τοῦ Τραχονταρύελλου ἔσωνταί εἰς μοναστήριον μετεπενάσσει ἐπ' ὄνοματι τῆς δεσποίνης ἴμων Θεοτόκου. quibus sumptibus et qua magnificientia exstructum Cedrenus prosequitur: ubi situm fuerit, docet Gregoras 7 18. a Nicephoro Botaniate reparatum Zonaras refert ad eius vitæ calcem.

ib. v. 17. festum S. Basillii celebrant Graeci calendis Ianuarii hoc est ipso circumcisionis die.

ib. v. 19. festum occursum seu purificationis nobiscum celebrant Graeci 2 Februarii. Blachernense templum suburbanum erat ad littus maris, conditum a Pulcheria imperatrice. opus enim eius est, inquit Nicephorus 14 2, sacram dei genitricis templum, quod Blachernae dicitur, dignum illa ipsa verbi matre, quod inhabitaret domicilium. cuius divinum tumulum et sepulcrales fascias inventas cum veneratione maxima ibi reposuit. (Cedrenum in Marciano consert Goar.) magna religione templum id Byzantini colunt, inquit idem Nicephorus 18 38: dicitur namque et creditur vestes Mariae virginis et partem quandam admirandæ illius zonae capitisque etiam amiculum in aurea urna ibi assertari. de veste d. virginis reperta vide eundem Nicephor. 15 24.

ib. v. 22. πέργος τοῦ Τρηλῶν.] de palatiis Blachernensis parte, cui nomen Τρηλά, dictum superius.

p. 81 v. 3. πέζευμα esse palati locum quo Imperator πέζεται, manifestat cap. 5. Idemque declarat nota ad p. 29 v. 8.

ib. v. 4. festum S. Georgii martyris celebrant Graeci 23 die Aprilis. Manganensis monasterii meminit Cantacuzenus l. 1 c. 50 et 59 et l. 4 c. 16 et 42 et 45. in quo aliquandiu Cantacuzenus, deposito imperio, vitam monasticam egit. eiusdem aliquoties mentio sit in historia Nicephori Gregorae. in hac processione ad Manganæ dic S. Georgii Constantino Ducae imperatori insidiae structæ sunt, quas tamen ipse feliciter evasit, ut scribit Ioannes Curopalata. monasterium Manganense extruxit Monomachus imperator testibus Cedreno et Curopalata; ubi etiam sepultus est.

ib. v. 5. Cedrenus de Manganis loco: Ιούος Βασιλίου τοῦ βασιλέως καὶ ὁ λγόντων οἶκος τὰ Μάγγαρα καὶ ὁ ἵππος ὁ ριούντων. quas, ut subdit, eo proposito erexit, ne publicos redditus in usus privatos verteret. eam ob rem redditus eis ex agriculturae proventibus con-

stituit idoneos, unde imperatorio convivio pro se et iis qui toto anni cursu invitarentur, sufficientes et iuste parti sumptus suppeditarent. procul itaque erat a custodiendis bellicis instrumentis, ut Xylander et alii sunt opinati; nec ιονγάτω τῶν μαγγάνων, quem cum aliis in Isaacii Comneni Zonaras et Europolates memorat, alius erat quam qui domus huiusc et redditum eius curam haberet. turrim sive propugnaculum ponit extra urbem in Mangonorum planicie Cantacuzenus 3 72, eamque adeo munitam c. 80 et 87 affirmat ut urbem CP vel tueri vel oppugnare posset. monasterium illic loci construxit Monomachus Constantinus, legiturque apud Cedrenum πείμενος ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ γεονογηθεσῃ μονῆ τῶν Μαγγάνων subditurque: καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἀποδεκάτης ἐν τοῖς Μαγγάνοις ταφῆς ἔτυχε τῆς τυχούσης.

p. 81 v. 6. festum Constantini et Helene impp. celebrant Graeci
21 die Maii.

ibid. Constantinum non sanctum modo sed et λαζαρόστολον Graeci praedicant ob propagatam et defensam eius studio fidem. templum SS. Apostolis in utraque Roma aedificasse cunctae loquuntur historiae, et in eorundem limine capsam porphyreticam Romanam eidem in sepulchrum concessam.

ib. v. 8. natalem diem S. Ioannis baptistae obeunt Graeci nobiscum 24 die Iunii. monasterii cui Petra nomen, meminit Cantacuz. 3 35.

ib. v. 9. Petra nomen monasterio. μονὴ προσαγορευομένη Πέτρα, scribit Cantacuzenus 3 35. aedes illa sacra Basilii Macedonis opus est, de quo Cedrenus: καὶ τὸν δύο τοῦ βαπτιστοῦ σηκοὺς ἐν τε τῇ Στροβήλῳ καὶ Μακεδονιαῖς, τοῦ μὲν ἀνωποδόμησε τὸ πλεῖστον, τὸ δὲ ἐν βάθεσσι ἀνήγειρεν. Petram vero ad monasterium, cui nomen imponeat, sitam στροβήλον figuram referre yident qui etiam hodie CP oculis circumlustrant.

P 249 *ib.* v. 12. apud Graecos trigesimus dies Iunii omnibus simul apostolis dicatus est.

ibid. de Apostolorum festo solemnius CP celebrato haec Theophanes: Φῆστος συγγλητικὸς Ρώμης ἀποσταλεῖς πρὸς Ἀναστάσιον διέτινας χρεῖας πολιτικὰς τὰς μνήμας τῶν ἀγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου πανηγυριώτερον ἐπιτελεῖσθαι γέτήσατο. δὲ καὶ κρατεῖ μέχρι καὶ νῦν.

ib. v. 15. festum transfigurationis agunt Graeci 6 Augusti. in monasterio Pantocratoris sepultus est Manuel Comnenus imperator, ut scribit Nicetas ad calcem libri 7 de rebus Emmanuelis.

ib. v. 16. Irenem Andronici senioris uxorem in hoc monasterio sepultam narrat Gregoras 7 16. regnabut in Oriente Francis τὰ τῶν Αττίνων βασίεια ἡ τοῦ παντοκράτορος ὑπῆρχε μονή, scribit idem 4 4. regiam sepulturam dederat prius Manuela Comneni, ut auctor est Niceitas in eius vita. a Basilio Macedone primo constructum et annuo censu fuisse donatum auctor est Cedrenus: ἀνήγειρε δὲ (ναὸν Βασίλειος) καὶ ἐκ παινῆς ἐν ταῖς βασιλεῖσι αὐλαῖς εἰς ὄνομα τοῦ δεσπότου σωτῆρος Χριστοῦ. et infra: καὶ ὅλονς δὲ πολλοὺς θείους ναοὺς ἐντὸς τοῦ παλατίου ἐδομήσατο εἰς ὄνομα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ.

ib. v. 18. die 15 Augusti agunt Latini cum Graecis assumptionem d. virginis. Graeci, ut appareat ex Menaeis et Menologii, vocant hoc festum ποιμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης γῆμαν Θεοτόκου. et hoc titulo extant patrum orationes in hoc festum, ut b. Dama-

sceni et Andreae Cretensis. mortnam ergo volunt 15 die Augusti; adduntque eodem die resurrexisse et animo simul et corpore in caelum assumptam esse. quare post supradictum de *dormitione* titulum subiungunt Menaca: τῷ αὐτῷ μηνὶ πεντεκαθέστη ἡ σεβασμία μετάστασις τῆς ὑπερθόδοξου δεσποτίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀετοφθέντος Μαρίας. eodem ergo die et obiit et ad caelos, reducta in corpus anima, abiit sanctissima dei para. quod etiam Latina ecclesia sentire videtur, quae die 15 Augusti *assumptionem* b. virginis solemni caeremonia celebrat, tametsi de *dormitione*, utrum eodem die an aliquo praecedente acciderit, nihil tradit. Latini quidam martyrologi, ut Ado et Usnardus, *dormitionem*, non *assumptionem* indigitant; cuius causa acriter in illos insurgit Baronius anno redemptoris 48, eosque provocat ad antiquissima Romani martyrologii vestigia, ubi non *dormitio* sed *assumptio* legatur. veniam det magnus Annalium conditor, si quid dixerit pro supradictis martyrologiis. Romanum martyrologium omnium aliorum vetustissimum, saepe a Baronio desideratum sed nusquam repertum, nuper denum studio Heriberti Rosweydi nostri publicatum et Paulo V pontifici maximo inscriptum, hoc, inquam, martyrologium 15 die Augusti hanc inscriptionem praesert, S. Mariae *dormitio*. si ergo martyrologi illi primaevum hoc Romanae ecclesiae martyrologium secuti sunt, quid peccarunt? nec mirum, quia forsitan illis *assumptio* dei parae cum corpore et anima tam liquida non fuit quam nobis est hodie, quia veritas paulatim magis atque magis eruitur et elucidatur, ita ut quod prioribus saeculis obscuriusculum habeatur, id posteris temporibus clara in luce reponatur. accedit quod Rabanus et Notkerus in suis martyrologiis appellatione hodie Latinis consueta utantur: apud utrumque enim leges *assumptio* b. Mariae *genitricis dei*, ut et apud Bedam. quare, ut in semitam revertantur, beatissimam virginem eodem die mortuam sepultam et a mortuis excitatam cum Graecorum Menacis credimus, licet Damascenus resurrectionem tertio denum ab obitu die statuat in oratione de assumptione b. Mariae. tametsi probabilius isti quam alii apud Bedam, qui assumptionem dei parae ad 9 calendas Octobres, hoc est ad 24 diem Septembris, referunt, ita ut inter mortem eius 15 Augusti, quae fuit prima *assumptio*, nempe secundum animam, intercesserint quadraginta dies usque dum anima cum corpore rursus conglutinata resurrexit caelosque petivit. verum haec omni verisimilitudine carent, et adversantur tam Latinæ quam Graecæ ecclesiæ; recteque notat Baronius in martyrologio Romano ad diem 15 Augusti illud de secunda assumptione esse assumendum non a Beda, sed a mala quapiam manu. nec consuetudo Germanorum tricesimum assumptionæ virginis celebrantium quidquam hanc persuasione invat: non enim id faciunt quasi trigesimo denum die rediviva in caelos exaltata fuerit, sed totis illis triginta diebus assumptione in caelum statim a morte facta decantatur. Gracci non agunt

hunc tricesimum, ut patet ex Typico S. Sabae, ex Menaeo in Augusto et Septembri. est devotio Germanica, et exstat in plerisque missalibus et breviariis, in Eystettensi, Ratisponensi, Salisburgensi, Frisingensi, Curiensi; multisque locis, summo mane per triginta illos dies canitur officium de b. virginie, *gaudeamus omnes etc.*, frequenti populo accurrente. et hic Ingolstadii quotidie per triginta dies ex congregationis Academicae fundatione litaniae et aliae cantiones canuntur in templo d. virginis, idemque fit in Mavriciana parochia. et quamvis, ut aliqui obiciunt, a Graecis etiam schismaticis ortum haberet, quod tamen secus est, non ideo improbanda esset haec consuetudo: nam et a schismaticis bonum aliquod institutum proficisci potest. est ergo a Germanis hic mos, qui defunctis tricesimum agere solent; et alicubi si quis honestior mortuus est, non tantum parentant illi tertio septimo et tricesimo die, sed quotidie habitu lugubri ad missam et ad vesperas eunt, et offerunt ad altare quidem pecuniam, ad cenotaphium vero (*auf der baar*) vinum, panes etc. Germani ergo venerationi divae virginis addictissimi etiam per tot dies parentare voluerunt divae virginis, non lugubriter ut mortuae, sed hilariter ut in caelos assumptae: hinc non audiuntur funebria cantica, sed omnia ad laetitiam comparata.

p. 81 v. 21. decollationi S. Ioannis baptistae sacer est dies 29 Augusti tam apud Graecos quam apud Latinos. in hoc festum variae exstant Graecorum patrum homiliae. non pauciores forte adhuc in bibliothecis cum tineis blattisque bellum gerunt.

p. 82 v. 1. secundo die Iulii agunt Graeci anniversariam memoriam depositae in templo Blachernensi *vestis* deiparae virginis sub Leone et Verina impp. vide Menaeum dicto die Iulii. at 31 die Augusti agunt iidem Graeci anniversariam memoriam *depositae zonae* deiparae virginis in templo Chalcopratiorum. vide Menaeum dicto die Augusti et Nicephor. 14 49. sed de quo festo accipiendum quod Codinus scribit? videtur de priore, quandoquidem *depositionem* *venerandae vestis* nominat; et imperator ad Blachernas hoc festo ibat, ubi *vestis* illa reposita. cur ergo Codinus id non recensuit suo loco, hoc est in Iulio? causam dicat qui notam habet: ego mihi ignotam fateor. nisi forte legendum hic τῆς τιμᾶς ζώνης. sed tunc obstat templum Blachernium, ad quod hoc die imperator cum suis palatinis itabat: at *zona* deiparae aservabatur in templo in Chalcoprateis condito, ut testatur Menaeum.

narrat idem Michael europalatam Nicephori generum in τῷ ἀμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχον στεφθῆναι. Michael imperator factus τῷ πρώτῳ ἐτοὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔστεφεν τὸν νέον αὐτοῦ Θεοφύλακτον, ait qui putatur Leo Grammaticus in Regiis mss. qui deinde in aliis certus est, de Armenio Leone scribit: Λέων ὁ Ἀρμένιος ὁ παραβάτης ἐβασιλεύειν ἐτῇ ἑπτὰ μῆνας πέντε στεφθεὶς ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχον. Michael Balbus occiso Leone πρὸς τὸν μέγαν τῆς ἀγίας Σοφίας ναὸν προσέκλυνθεν, inquit Cedrenus, χειοὶ τοῦ πατριάρχον στεφθῆναι βούλομενος. ἦν δὲ αὐτῷ παῖς ἐξ Ἐνδρουσούνης, testatur Grammaticus, ὀνόματι Θεόφιλος, ὃν καὶ ἔστεφεν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Michael filius (cuius manu fuerit ipse coronatus historiae non produnt) Basilium accubitorem adeo solemni ritu coronavit in S. Sophiae ambone ut mirus aequa ac insuetus videatur: de illo nonnihil superiore nota. Leonem F. data corona non evexit ad imperium Basilius: τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς τὸν νέον αὐτοῦ Κωνσταντίνον δι' Εὐθυημόν πατριάρχον. coronam Alexandri cum nepote Constantino solo anno regnantis tacent historiae. Romanus Lecapenus Constantini huius socer τῷ τῆς βασιλείας στέφεται διαδήματι παρὰ Κωνσταντίνον βασιλέως καὶ Νικολάον πατριάρχον. Christophorus Romanus F στέφεται παρὰ Κωνσταντίνον βασιλέως. Romanus iterum ἔστεφεν τὸν νέον αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, Στέφανόν τε καὶ Κωνσταντίνον. Romano filio Constantinus Leonis Sapientis F περιτίθησι διάδημα, scriptore Cedreno, τελέσαντος δὴ τὰς εὐχὰς Θεοφύλακτον τοῦ πατριάρχον. Romanus στέφει τὸν νέον αὐτοῦ Βασίλειον βασιλέα διὰ χειρὸν Πολυενίτου τοῦ πατριάρχον. hic Polyecutus Nicephorum invadente tyrannidē στέφει ἐν τῷ ἀμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. hucusque aequa labori cura de imperatoribus vel patriarchis in unum coniuncta, vel separatim, opera posita, aliorum principum capita coronis impositis ornantibus. caeteros recensendi animum ipsi historici, ob coronationes nonnullorum sequentium, Ioannis Zemiscis, Constantini Porphyrogeniti, Romani Argyri, utriusque Michaelis Paphlagonis et Calaphatae etc. ab ipsis silentio praetermissas, ademerunt.

p. 90 v. 21. ἀξιος] quia prius ἄγιος denuntiatus.

ib. v. 22. μόνος ὁ πατριάρχης] adeo solus imperatores coronat patriarcha ut ab episcopo λιτῶ et simplici nollent illi coronam accipere. videbis quidem Manuelem Comnenum eius vitae l. 1 θῦσαι τὰ ἀναγορευτῆρια θεῷ καὶ ἐπιβατήσαι. at quia sceptrum patriarcha defuncto obtigerat, σκέπτεται, ait Nicetas, περὶ τοῦ τανιάσοντος αὐτὸν ἐπὶ νεῷ κυρίον τῷ αὐτοκρατορικῷ στεφανούματι. vide quae diffusius de suscepta corona adiunguntur. detulit hoc obsequium Theodora Comneno Bulgariae archiepiscopus, verum ceu patriarcham se gerens et nulli patriarchae inferiorem se iactans: ὁ δὲ Βούλγαρος ἀρχιεπίσκοπος τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα, ὡς ἔργον, αὐτόνομος ὡν καὶ μηδενὶ εὐθύνας ὅρειλων διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν ἔξοσον βασιλέα στέφειν. haec logotheta. Cantacuzenos de se narrat 3 27 absente patriarcha Thessalonicae, ubi sumebat imperatoris insignia, τὸν βασιλικὸν πίλον, πρὸ τῆς ἀχράντου καὶ θεομήτορος τῆς εἰκόνος πείμενον ἐπ’ ἐδάφους, αὐτοχειρίᾳ λαβόντα αὐτὸν ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ.

p. 91 v. 6. Iunius etiam σωλέαν et συλέαν adducit, nescio num ex mss codicibus; et interpretatur soleum. rectius soleam, cum rectus sit ὁ σωλέας, primae declinationis, sive a sole hoc nomen derivatum sit (erat enim locus qui dicebatur soleas ad orientem solem, contigus βῆματι seu tabernaculo; ut liquet ex Curopalata c. 17 p. 94 v. 9: μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέαν εὐρίσκει τὸν πατριάρχην

ιστάμενον εἰς τὰ ἄγια θυρα. Cantacuzenus: αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλήνα τὸν πατρούλιον ἐπὶ ταῖς ἵραις πινγκίσιν ἀστηρικότα εὑγίσκει) sive quis σωλέαν a solo seu parimento potius deducere velit, nomine τοῦ σωλέου a solo ad totum illum locum, quem nos in nostris templis chorū vocamus, translato, quod mihi minus fit probabile. erat autem locus iste, ut et ὁ ἄμβων, caeteris templi partibus longe ornatiōr. quare in Originib[us] C[on]politanis resertur σωλέαν a Iustiniano conditum, cum casu trullae seu forniciis comminutus esset, non potuisse a Iustino successore Iustiniani in pristinum splendorem et nitorem restitui. τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν μὴ δυνάμενος ποιῆσαι καθὼς ἡσαν πρότερον, ἐποιήσεν, ὡς ὄγκοι τοῦν, ἀργυρένοντον. Meursio soleas est solium seu thronus. sed aliquid aliud fuisse satis aperte indicat Cyprianata: nam διέρχεσθαι et εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν σωλέαν, qua phraesi utitur Cantacuzenus, aliud quiddam innuunt quam thronum seu solium.

ibid. σωλέας gradus vel locus excelsior, quasi solium dictus, ad sacras βηματος fores ponitur, ex quo Christus pro Christiana communione in populum distribuitur. fores βηματος sacrae sunt, ut sacrorum donorum, evangelii ac ipsius Christi sub sacramento transiti consecratae; βασιλικά nonnumquam dicuntur quod Christo regi ἀπὸ τοῦ ἀγίου βηματος e sacro tribunali τοῖς τὸν σωλέαν ad aliud solium delato viam concedant. et regione est ambo, ad quem gradibus tum ex Orientis tum ex Occidentis parte datur ascensus duplex: hic ἄγιας Θρόνος, alias ὁραῖας πύλας, speciosas portas, retro ambonem positas ac inter vestibulum et ναόν ipsum positas, respicit. de speciosis portis superius. de his cunctis eruditissimus Allatius luculentas dissertationes edidit: nos pro captu quaedam in Euchologicis tradidimus.

ibid. p. 11. στεφθῆναι καὶ αὐτῆν] Gregora 7 8: βασιλικοῖς παρεσή-
μοις οἱ Παραιων Θεομοι τὰς βασιλίδας ἔγινεται κομψιν.

ibid. v. 15. βάτον] nec ramam nec palmam resert hic dictio βάτον, sed sceptrum, non laeve quidem et omni ex parte aequale, sed nodis globisque productionibus interstinctum, rotundum, quasi torno factum, in cuius suprema parte nodus est maior sive flosculus gemmis circumquaque per fila germinantibus emicans. rotundum esse, non ad palmaris rami modum latum, demonstrat vox χριλόθετος hic posita, qua gemmas per gyrum affixas ostentare declaratur. reliqua, ni fuerim prior deceptus, in effigie Helenes Manuels coniugis, in Imperatorio prius, nunc Regio S. Dionysii operum ms in Regia eiusdem nominis abbas reperiendo, visus comprobabit.

ibid. v. 22. ὑπὸ εἴρησθαι] a praeposito ipso, id est ab eunuchorum principe, deducendam iubet typus Euchologicus: εἰρήσθαι η βασιλικα παρα τοῦ πρωποσίτου. Simocatta 4 15: εἴρησθαι τοῖς βασιλικοῖς δορυφοῖς οντισταμένος πορφυρίτας, δην Πρωποσίτοις εἰδιοτοι Πρωπολογιστοισι.

p. 92 v. 1. σωλίαν prius, σωλεῖον hic scribit: alii σωλίαν, σωλίαν etc.

ibid. v. 4. ἀποιθησαι τῷ περιστῆ] haud patriarcha verum imperator imperatricem coronat. Iustinus I. Iosephinae coronav. Alcibiades. Iustinus II. εἶτε γυναικα Σοφίαν ὀνόματι, γυναικα Ιοσιφίναν Alcibiades. Tiberius Iosephineν Aragortian. Phocas Acaciacē τῇ βασιλίσσῃ γραμματοῖς Λιγναῖταν. Ita Theophane, non infilior imperatricibus patriarchas imposuisse coronam, ita monitus a Theophane: ιοτιόδη δὲ Εξι-

φάνεια ἡ Θηγάτης Ἡρακλείου ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου Αὐγούστα.
ὁ Ἡράκλειος ἔγημεν Μαρτίναν καὶ ἀνηγόρευσεν αὐτὴν Αὐγούσταν,
επεφύεσαν ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου. Augustae porro non usque quaque
coronam in ecclesia suscipiebat coniugum vel patriarcharum opera,
ἔστεφθη siquidem Προκοπία Αὐγούστα ἐν τῷ τοικλίνῳ τοῦ Αὐγούστεως.
ibidem Maria Leonis Isauri coniux pari honore insignitur, ex Theophane,
a quo haec cuncta. caeterum Zenobia Basilisci uxor prima στεφθεῖσα
Αὐγούστα apud Cedrenum occurrit in Zenone. Augustae nomine coniugem
honestasse Domitianum principem, senatum eundem honorem Adriani
coniugi detalisse, apud Georgium Syncellum lego.

ibid. οὐχ ὅμοιον τῷ τοῦ βασιλέως] imo adversa pene forma compactum. non enim globosum et tectum, sed planum et apertum, ac latius nonnihil superne imperatricis stemma in Regio ms Sandionysiaci depictum est, eoque memorata Helene, coloribus delineata, velut Cybelē turrita corona redimitur. τυμπάνιον, reor, a forma quam refert, vocat Nicetas Alexii tertii l. 1: προεκάθητο λαμπτὸς διεσκευαμένη, λέθοις τε καὶ μαργάροις διαφανέσι τὸ τυμπάνιον ἀναδέοντα, καὶ τὸν τράχηλον ὄρμισκοις πολυτίμοις διαλαμβάνονται.

p. 92 v. 9. ὁμολογοῦσσα διὰ τῆς προσκυνήσεως] ita Mauricins a Ti-
berio coram patriarcha et senatu coronatus confestim ad pedes eius pro-
cedit et eos exosculatur, apud Sinocattam. Basilius quoque Michaelis
manu iamiam imperii coronam suscepturus βαλὼν τὴν χλωμύδα ἔπεσεν
εἰς τὸν πόδας τοῦ βασιλέως ut refert Leo Grammaticus.

ib. v. 15. εἰ δὲ συμβῇ] si contigerit imperatorem antea esse
coronatum, coronatur imperatrix a proprio marito et imperatore;
eodem modo tunc quando illa in uxorem ducta nuptiarum solennia
celebrat. at si eo quo diximus pacto eveniat, tunc, postquam im-
perator novus suam coniugem et imperatricem coronavit, illa vero,
ut dictum est, honorem et reverentiam habuit, ascendunt simul in
anabathram seu tabulatum, rursusque consistent in suo throno. et
haec interpretatio confirmatur ex l. 1 Ioannis Cantacuzeni, in quo
hanc imperatoris inaugurandi et imperatricis coronandae caeremo-
nia niam iisdem ferme verbis quibus Curopalata describit: ait enim: εἰ
δὲ συμβῇ προεστεμένον εἶναι τὸν βασιλέα ἐπὶ τῆς τῶν γάμων τε-
λετῆς, ὃ βασιλεὺς τὴν ιδίαν ὀσάντως στέψει γυναικα, αὐθίς δὲ
ἀμφότεροι ἐπὶ τὴν ἀναβάθμον ετε. nec illud omittendum, ubi
Curopalata habet σάκκον, ibi apud Cantacuzenum legi πορφύραν,
ut c. 17 ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ σάκκου, Cantacuzenus: περιβάλλε-
ται μανδύαν χρυσοῦν ἐπὶ τὸ διάδημα καὶ τὴν πορφύραν.

P 256 p. 93 v. 7. ψάλλοντιν ἄσματά τινα] Theophylacte Michaelis Europa-
latis filio coronato coram parentibus oī δῆμοι, scribit Leo nuper relatus
vel alius quivis, ἐμέλισαν ποιήματα καθ' ἐκαστον ἥπον πρὸς εὐφημίαν
αὐτῶν, πᾶσαν ἥδονὴν κολακείας παρέχοντα.

ib. v. 10. metaxa] Suidas: σηοικῇ ἡ μέταξά ἔστιν, ἐξ ἣς
εἰώθεισαν τὴν ἐσθῆτα ἔργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἑλληνες Μηδι-
κὴν ἐκάλουν, τὸ δὲ νῦν σηοικὴν ὀνομάζουσι. hinc metaxaricus ne-
gotiator metaxae. scribit Nicephorus 17 32 metaxam deum sub
Iustiniano imperatore Cpolim allatam esse. huc adde ἔξαμιτον vel
ξάμιτον, sammēt. etiam Latini usurparunt. in Chronicō Sclavorum

c. 5: *regina donavit duci samittos plurimos, ita ut omnes milites suos vestiret samittis.* vide Glossarium Graeco-barbarum. Tyrius 13 27: *exanelo cooperatum altissimo.*

p. 93 v. 14. ὁ λόγος ἔτετεται] andeo dubius, si non certus, rationem proferre. forte ut quandam principibus triumphum agentibus (quod erga Heraclium factitatum narrat Theophanes) populus βασιλεὺς καλέσθεις ἐκείνων καὶ λαμπάδας, ἐνθημένων ἐξήρχετο εἰς ὑπαντήσιν, ita demum sericis illis panniculis elatis in sublime morem antiquum novus iste referre videretur. nec abs re dici potest cantorum domesticorum et lectorum choros visus in atrio militibus per cohortes divisis sua signa praeferentibus (ἔκαστος γὰρ τῶν μεγατάνων μετὰ τῆς οἰκείας τάξεως διαποιῶν ἐφιστάμενος, ut alibi ex Niceta in Ioanne rettulimus) ipsos quoque tres memoratas bastas, pro ternis protopsaltarum domesticorum et lectorum turmis, ex utraque τῶν κραυγῶν acie, ut ad singulas velut ad proprium signum se singuli recipenter, vel certe ad solam ostentationem, promere voluisse, candidum vero rubrumque colores ecclesiam velut ad se spectantes sibi vindicasse diximus in superioribus.

ib. v. 15. codex Lauth. pro σεμνοῦ ὕμνου. recte: *cum hymnus inchoatur*, videlicet a cantoribus, qui decantari solet in magno ingressu, hoc est in supplicatione seu solenni processione, in qua, lecto iam evangelio, circunsuntur per templum materia futuri sacrificii, ducto initio a prothesi, ad altare, in quo sacrificium immolabatur. de qua processione legatur Cabasila in Exposit. Missae c. 24.

ibid. duplex εἰσόδος introitus in liturgia, parvus et magnus. primus inducendo ad altare evangeliorum, ante lectionem eorum, libro, secundus deportandis ad idem altare sacris donis, pane nimicu et vino, destinatus est; siisque ea missae parte, quae nobis evangelio lecto dicitur offertorium.

ibid. ὕμνον] hymnus ille Cherubicus est, offertorium rursus Latinis vocandum, quod dum oblatae deferuntur ad altare, cantetur, de quo Allatius, Arcadius, liturgia Chrysostomi et Euchologium.

ib. v. 18. πρόθεσιν] altare Graecorum, ἄγιον βῆμα vulgo dictum, a reliquo templo separant κίγκλιδες cancelli vel etiam solida tabulata, prout in ecclesiis nostris alia septa sacrorum virorum chororum a populo dividunt augustiora septa. in transverso illo tabulato tres portae sunt, media maior, aliae a lateribus minores, medium ἄγια θύρα dicunt Graeci, ἄγια πύλας, ἄγια Θύρας etc. e lateralibus dexteram, ubi διακονικον est, νότιον μέρος, sinistram βόρειον μέρος, nec non προθέσιν vocant. προθέσις demum mensa est ubi sacra dona in missa consecrandā προτίθεται primo proponuntur, et ante missae principium a sacerdote et dincono preparata ad offertorium usque reponuntur. hinc ei quoque προθέσιων nomine.

ibid. τὰ ἄγια] intelligo δῶρα, panem et vinum.

ib. v. 19. μαρδίας regium pallium est, et si mavis chlamys; nisi quod chlamys brevior, et humero dextro fibula vel nodo necteretur, mandyas longior, ad pectus collique radicem anteriorem. totus Phrygianis opera ramis circulisque aureis, in quibus aquilae bicipites eodem auro extuberantes, depictus est.

ib. v. 20. τὸν σταυρόν] virginem nimicu auream, in cuius summitate crux aurea gemmis ornata, vulgo διακυπέντος; de quo superius.

ib. v. 22 νάρθηκα] ferulam. virginem loviorem, quam memorat Simeon Thessalonicensis c. 6 nota tibi relata.

p. 93 v. 22. τάξιν ἐκκλησιαστικήν, ἣν καλοῦσι τοῦ δέ ποτε ordinem ecclesiasticum, quem ipsius vocant. perperam, sed correxit lunius errorem ex alio codice. legendum enim τοῦ δεποτάτου, ut habet Ioannes Cantacuzenus in sua historia l. 1 de bellis inter Andronicum avum et nepotem; ubi ritum inaugurandi imperatoris describit. cod. Bavar. δεποτάτου, recte, si unicum sigma demas. sensus est: imperator tenet tunc (nimis in illa processione) locum deputati. numeratur autem officium deputati a europalata inter officia magnae ecclesiae in catalogo officialium eiusdem aulae, c. 1.

ibid. simulatque summum imperium quivis accipiebat imperator, ait Zosimus, amictus ei sacerdotalis a pontificibus offerebatur, et continuo pontificis maximi titulum usurpabat; tantaque erat inter imperatoria et pontificiam dignitatem connexio ut sine hac illa consistere nequiret, ac in eum subditi conspirare impellerentur audacius, quem patria religione consecratum non contemplarentur; quem vero illa sublatum suspicent, tanta simul anctoritate pollentem venerabantur ut eo quosvis magistratus assererent inferiores, et ex eius nutu voluntateque res publicae privatae, belli pacis, externae domesticae cunctae penderent; quae causa fuit ut inter Christianos imperatores primi, Constantius Constantius Valentinianus Valens et alii ad Gratianum usque, pontificis maximi titulum stolamque non fuerint aversati. hinc illud Ambrosii de Christianis principibus etiam intra Christianae religionis terminos ambitione motis dictum: *vulgo dici quod imperatores sacerdotium magis optaverint quam imperium sacerdotes.* ubi tamen aucta religio umbratiles etiam superstitionis titulos eliminavit e palatio, ac sincera mentis deictio falsas aut vanas repudiavit appellations, inter ultimos ecclesiae ministros locum reperiit ac eorum munus quodpiam in ecclesia obire foit illis in pretio; unde ortum puto ut antiquas chlamydes posteriores imperii successores in mandyas, lectorum pallia, converterent, deputatorum in ecclesia gererent officium, et viam in solenni sacrorum donorum ad altare deportatione clericis et sacerdotibus sternerent; ac demum ecclesia religiosam huiusmodi demissionem compensatura, tas nonnunquam in altaribus accendendi, trisulco cereo benedictionem subditis impertiendi sacrosque sermones ad proceres et populum habendi contulerit eam potestatem, quam ab iniustae vel sacrilegæ usurpationis criminis reor vindicatum nota in huiusc auctoris nostri caput 14 ad p. 76 v. 20. quam si quis condemnandam pervicacius expetat, reos simul agat necesse est Christianissimos reges in primores canonicos a pluribus ecclesiasticis collegiis electos, eosdemque ac supremos alias saeculi principes, qui munium aliquid ecclesiasticorum praesumant ac in privilegiorum partem rem deputent.

p. 94 v. 1. προηγεῖται τῆς εἰσόδου πάσης] praeedit per ingressum totum. inscite. potius praeedit totam supplicationem, primus est in processione. Cantacuzenus ἡγεῖται.

ib. v. 6. forsitan pro ἄλλα legendum ἔπιπλα. sic enim Cantacuzenus: ἔπιπλά τε καὶ σκεύη τῶν θερῶν καὶ αὐτὰ ἀγιώτατα ἐπιφερόμενοι.

ibid. σκέύη δέ τε ἄλλα] in liturgiae ingressu maiore, sacro procedendi ritu, lectores subdiaconi diaconi et sacerdotes ordine progreduntur: pontifex si celebret, nusquam. sed redeentes in sacris valvis excipit. lectores et illis permixti deputati et subdiaconi cereos accensos praeferunt vel flabella, diaconi turibula, penultimus tamen pontificis pallium

decenter complicatum, postremus, qui prior dignitate, panem sacram disco superpositum ac velatum capiti superimpositum, gestant. primus sacerdotum calicem vino mixtum, aliis sacram lanceam, sacram spongiam, stellam, calices vacuos vel pro populi sacris participantis necessitate plenos deferunt. haecque sunt sacra vasa, quae hic tenere leguntur. tractat abunde de istis Euchologium ac Simeonis Thessalonicensis opere de templo et missa nuper a nobis edito.

ib. v. 7. περιελθόντες] a prothesi, de qua supra, ad ecclesiae portam exteriorem, et ab ea ad medias sacrasque altaris fores procedunt.

ib. v. 10. τὸν πατριούχην ἴστιπεπον] dona sacra missamque secum celebrantes, sacerdotes videlicet et ministros, excepturum.

ib. v. 17. οὐδὲ πρωτοψάλτην] recensetur tamen inter ecclesiasticos officiales c. 1.

p. 96 v. 13. ὁπερ καὶ οἱ λέγεται] hoc est, ambas species panis et vini separatum accipit, sacerdotum more, relicta plebe panem vino intinctum, sacerdotis manu, in cochleari λαβέται vocato, in communionem sumente.

ib. v. 17. de antidoro iam supra ad p. 48 v. 20. eleganter describitur a Simeone Thessalonicensi in libello de templo. posthaec sacerdos a prothesi ablatis, diacono quidem disco super caput, sacerdotibus autem mansibus calices tenentibus, ipse gratiis actis et manibus lotis egreditur, quodque vocatur ἀντιδωρον in populum distribuit. quoniam enim episcopus Christum, ut docuimus, exprimit, ipsum et sacrificavit et participavit et sacratus viris imperavit. sanctificationem autem participare opus est populum, quanta quidem a precibus et tremendo sacrificio intellectuali modo fidelibus communicata est. et quoniam per vestes quasdam, ut quae corpus conixerint, sanctificationem accipere oportet, per ἀντιδωρον id sit. est autem sanctificatus panis in prothesi repositus, ex quo medium exectum ad sacrificium offertur. hic postea ut lanceola signatus, et divinis verbis super se factis, loco donorum tremendorum, videlicet iis qui non communicarunt, dispersitur. quod episcopus ubi fecit et populo bene precatus est, finem missas imponit.

ibid. ἀντιδωρον panis benedictus, ἀρι τῶν ἄγιων δώρων, communionis vine in ecclesia sumptus, de quo Balsamon in ean. 2 Antiochenum: ἐπενοήθη, ὡς τοινε, ἵν τοῦ ἀντιδώρου διάδοσις ὅπερ πάντων ἀνάγκην ἔχει καὶ αὐτοὺς τοὺς μὴ δυνατόντος πεπλεύσιν τῶν ἄγιων καὶ κυροποιῶν πατερηπόνων προσακρυτέσσιν μέχρι τέλος τῆς θρίας λεπτοτοις καὶ λεπτοῖς σφραγίζεις λαμπάντες αὐτὸς τοῖς ἀγιασμόν. en eur ἄγιον vocet auctor, quod nimur sumentibus sanctificationem operatur, quia prius sanctificationem accepit, quod ex eius mole oblata fuerit excerpta, quod sacra res attigerit ac precibus liturgicis semper adseruit praesens. ritus quo distribuitur exhibetur in Euchologio.

ib. v. 19. catechumenal] scribitur etiam κατηχουμενεῖα, locus in quo catechumeni rei divinae operam dabant. amplum ac spatiuum suisce oportet.

ibid. nusquam pro catechumenorum mansionibus hic sumenda, sed pro locis verbo dei officiisque ecclesiasticis audiendis ad templorum muros extrectis. tales hodie videamus vel ad templorum naves, ut vocant, superne ac introrsum, vel foris prominentes porticus, in sublime erectas,

ex quibus in omne templi subiectum spatium prospectus habetur. inde viros uxoribus cohabitantes depelli iubet canon 93 Trullanus: ἐκ τῶν ἐν τοῖς σεβασμίοις οἰκους κατηχονμένων ἔξωθενθαι προστάσσομεν, ne vero cum interprete Latino vel aliis loca catechumenis addicta intelligas, abunde docet in eundem canonom Scholiasta Balsamon. ac si sensus allati validius expetas argumentum, accipe, catechumenis sacris mysteriis adstare quondam nefas: en autem ut ἐκ τῶν κατηχονμένων ex his sublimioribus in ecclesiam prospectantibus ambulacris vel aedibus quaedam cum aliis mulier, sacris a Basilio factis, ut Amphilochius in eius vita auctor est, aderat, et diaconum Basilio ministrantem mutuis oculorum nutibus ad lasciviam provocabat, non erat itaque catechumenis sed fidelibus, maxime mulieribus, assignatus in ecclesia locus, quo, ut in mulierum capitibus propter angelos vela poni iubet apostolus, ita propter easdem inde prospectantes vela deinceps suspendi precepit Basilius: βῆλά τε παραχοήμα ἐκέλευσε κορμαδῆναι ἐν τοῖς κατηχονμένοις. an alia fuerint κατηχονμενεῖα, catechumenorum ab his de quibus sermo propriae diversaeque sedes, quidam inquirunt, non abnuo. haec quae adhuc in templo S. Sophiae supersunt, fidelibus, cum sacris interessent, fuisse communia contendō; similiaque nonnullis in ecclesiis mulieribus etiam hodie preces in ecclesia facturis Graecia concedit.

p. 97 v. 1. δεσποίνης] imperatorum et despotarum coniugum appellatio est δέσποινα. de Monomachi pellice ad summum honoris gradum ab amante provecta scribit Zonaras: ἐτείμητο δὲ ἡ γυνὴ σεβαστή, αὐτῇ πρώτῃ τῆς πρώην βασιλίσσης ἀπονεμηθείσης καὶ ἀξίας καὶ μῆσεως, καὶ ἀνομάλεστο δέσποινα. δεσποίνης iterum insignia a Ioannis pellice, more reclamante, usurpata sugillat logotheta: ἐρώτων δὲ θήλεων ἡττάτο, μάλιστα δὲ τῆς ἐξ Ἰταλίας Μαρκεσίνης, ὡς καὶ πέδιλα ὑποδέδεγμα κοκκοβαφῆ καὶ ἐφεστοιδᾶς καὶ χαλινά, ἐπεσθαί τε πλείονας ἡ τῇ δεσποίνῃ. consule Nicetam Manuelis Comneni l. 1.

ib. v. 7. ἀπέρχονται εἰς τὸ παλάτιον] ducto nimirum triumpho, nulliusque pompae praetermissis apparatu, quem describit Simocatta 8 10, Nicetas in Man. Comn. l. 3 et 5. triumphalis ingressus et processus coniugi Leontiae a Phoca delatos honores describit citatus Simocatta: ὑπῆν δὲ τῷ τυράννῳ γύναιον, Λεοντίᾳ ὄνομα αὐτῷ· ταύτῃ στέφανον βασιλειον περιτίθησιν. ἐπει δὲ καὶ πομπαῖς εἴδισται τοῖς αὐτοκράτοροις τὰς ὅμοιόγονς ἀναγορεύειν, ἐπιφανῶς τιμήσας τὸ ἔθος ὁ τύραννος τὴν Λεοντίαν βασιλίσσαν ἡξιον θριαμβεύειν. Irenes Leonis viduae triumphum splendidissimum commendat Cedrenus in filii Constantini vita.

ib. v. 8. πάντες πεζῆ] Cantacuzenum tamen imperatorem recenter coronatum equites omnes secuti sunt, l. 3 27: μετὰ δὲ τὴν εὐφημίαν ἔφιππος γενομένος ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἐπομένων ἐφίπποις, ὅσοι ἦσαν.

ib. v. 12. προ σχαιώματα lego χαιώματα. et τούβια sen τούβια omnino retinenda sunt, nec mutanda in τουφια. inepte lumen parvos tubos seu tubulos interpretatur. idem circa χαιώματα iterum arabizat.

p. 98. v. 5. imago S. Georgii in palatio erat circa sacellum P 257 virginis Nicopoeiae, ut ex supra dictis constat, c. 11, et hoc libro c. 6.

ibid. Cantacuzenus Thessalonicae, ut modo relatum est, cum suis πρὸς τὸν ναὸν τοῦ μεγαλουμάρτυρος ἐγένετο Γεωργίου τοῦ Παλαιοκαστρίτον προσαγορευομένον, καὶ τὴν προσκύνησιν ἀπεδίδον, ut felici-

bus eius auspiciis coronam sumpsisse videretur, subditur, quod hic tacuit Codinus, imperatorem officia dignitatesque coronationis ritu peracto contulisse: καὶ τοι τοῖς ἐν τῆς Λατινικῆς στρατιᾶς τὴν χαβαλαρίων περούσῃ τιμήν, πάντα ἐπ' αὐτοῖς τὰ εἰδησέντα ποάττων. idem praestitit accepta corona Ioannes Andronici filius: ἐν τῇ ἑορτῇ δὲ καὶ τῶν τῆς στρατιῶν πάλιν ὀλίγων ἀξιωμάτων πόντες ἔτυχον, ὡς ἂν ἔκαστος παρὰ βασιλίδος καὶ πατριόρογον καὶ τῆς βουλῆς ἄξιος ἐκρίθη, subiungit dignitates quae cuique collatae: at illae nihil ad rem. ita l. eiusdem c. 36.

ib. v. 7. κεχυμένα] non fusilia, sed abaque numero sparsa et coarctatim effusa.

ib. v. 9. ἀρχοντόποντα] procerum filios seu iuvenes proceres, et cum Cantacuzeno ἐπ' εὐγενείᾳ λαμπρούσιον νέον hic interpretor. prout Cedrenus κομητόποντα iuvenes comites scripsit in Constantini Romanī Lecapeni genere. ἀρχοντοπούλους cohortem ita dictam in Alexii exercitu fuisse docet Anna filia l. 7. at hi ἀρχοντόποντοι nomine, non forsitan ἀρχοντόποντα sanguinis nobilitate. ἐκτεξάντος λογάδας καὶ αὐτοῖς τοὺς ἀρχοντοπούλους λεγομένους. et infra: πίπτονται τῶν ἀρχοντοπούλων ἀσέλ τριακόσιοι.

ib. v. 22. ἐν γένος τις τοῦ βασιλέως] Cantacuzenus mensae suae ministros fecit easce uxoris fratres l. 3 c. 27: ἐπιτίθεν δὲ τὸς τὰ βασιλεῖα ἀπαιτεῖν ἀμα βασιλίδι τῇ γαμιτῇ λαμπρῷ εἰσιάτῳ, πάντων παρισταμένων κατὰ τὰ νενομιμένα βασιλέαν. ὑπηρετοῦντο δὲ αὐτοῖς πρὸς τὴν ἑστίασιν οἱ τε τῆς βασιλίδος ἀδελφοὶ Ἰωάννης καὶ Μαυρήνης καὶ δ τοῦ βασιλέως ἀνεψιὸς ὁ Ἀγγελος Ἰωάννης.

p. 99 v. 4. omnino legendum ἐν τῇ εὐώχησι, non ἐν τῇ εὐλογίᾳ, quia εὐλόγησις nihil penitus ad rem facit, at multum εὐώχησις. dicit enim imperatorem inter epulandum ferre coronam suam, si prius coronatus fuerit, et sedere in loco eminentiore, hoc est in anabathra seu tabulato editiore, prout die coronationis sedere consuevit. Iunius prorsus flagitiose: sciendum ferre imperatorem coronam suam in benedictione, si propisa est; sic autem sedere in anabathra, ut ante dictum est in coronatione. perperam plane.

ib. v. 15. δουκαῖται] haec circa imperatorem ad honoris insignia etiam in acie delatae, vidit eas Alexius in adverso Bryennii exercitu erectas, mox eversis et capto imperatoris equo quem comitabantur, praeconis voce tyrannum et hostem interiisse proclamat. Anna l. 10: ὅρῃ δὲ πατήρ τὸν ἵπποκόδον τοῦ Βρευνίου ἐππον ἐπιανθούσενον τῇ τε ἀλογῷ ἱεροτίδι μηνοδιημένον καὶ κατάζωσα τὰ φαίλαρα ἔχοντα, καὶ δὴ καὶ τοὺς κατέχοντας τὰς ἐξ ἕδους τοῖς βασιλεῖοι παραπεμπούμενας δουκαῖτας ἐκεῖθεν αὐτῷ παραθέοντας. et infra: καταβάλλει μὲν τὸν ἵπποκόδον, συναγωγέται δὲ καὶ τὰς δουκαῖτας, καὶ λάθη ἐπικεῖσι τοῦ στρατιώματος. ἐν τῷ ἀκυρών δὲ καταστάσ τὸν τε γενοπαλαρον ἔκεινον ἐππον ἤξεπιψε καὶ τὰς παρὰ ἐκάτερα τοῦ βασιλικοῦ σώματος στρατοπέδας δουκαῖτας.

Porro imperatores in sua inauguratione etiam alios, si occasio offerretur, dignitatibus honestabant novisque titulis condecorabant: nam cum Ioannes Andronici junioris filius coronaretur, omnes ferme proceres, ut quemque imperatrix patriarcha et concilium esse dignum iudicarat, dignitates adepti sunt. et Isacius quidem Asanes panhypersebastus declaralus est, Apocaucus magnus dux, Chunus magnus stra-

topedarcha. Andronicus Palaeologus Apocauci gener etiam ipse magnus stratopedarcha designatur, Gabalas protosebastus, et ita alii omnes, eorum suffragiis de quibus supra diximus. patriarcha quia gradum permutare non poterat, habitu se augustiorem fecit, et in subscriptionibus colore caeruleo est usus; flammeumque seu tegmen capitinis, quod antea patriarchas, si de monachis non essent, album ferre mos erat, ipse auro illustravit, servatoris nostri et illibatae eius genitricis dei parae ac Ioannis baptistae depictis in eo iconibus. Cantacuzenus 3 36. ita ad ambitionem tegendam argumenta pietatis imagines assumi debuerunt.

Ambitionisior adhuc Bulgariae archiepiscopus, qui teste Georgio Logotheta in Chronico τὸ βασιλικὸν περιτέθησι σχῆμα καὶ διάδημα, ὡς ἔρασκεν αὐτόνομος ὃν καὶ μιδενὶ εὐθύνας ὀφείλων διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν ἔξουσίαν βασιλέα στέρειν. vide novellam 131 Iustiniani imperatoris.

Cum Ioannes Cantacuzenus Didymotichi imperator initiatetur, ipsemet primo vestem imperatoriam induit, deinde in conspectu omnium pedes crepidis purpureis exornat; quarum dexteram ei sanguine proximi, sinistram ex conducticiis Latinis nobilitate et splendore generis primi inducunt. imperialem tiaram ante immaculatae virginis dei matris imaginem humi positam manu sua tollens ipse capiti suo imponit. Cantacuz. 3 27. ubi observa morem ponendi humi coronam, ut insinuetur humilitas, et ante imaginem b. virginis, ut ostendatur imperatoris in sanctos pietas.

Iterum coronatus est idem Cantacuzenus Adrianopoli, prout ipsemet his verbis exponit 3 92: iam vero placuit etiam imperatorum more coronari, quandoquidem et patriarcha Hierosolymorum et episcopi complures coram adessent. cumque mandasset artificibus ut coronam et aliis ut alia ad eam celebritatem caeremoniamque accommodata conficerent, paratis omnibus a Lazaro patriarcha Hierosolymitano, mense Maio, quando Constantini magni et Helenae matris eius, apostolis comparandorum, memoria colitur, corona induitur. coronat autem et ipse, ut mos tenebat, Irenen coniugem suam; omniaque solitis ritibus, quam maxime fieri potuit, peracta sunt. nam et argentea atque aurea numismata spargebantur, convivia poculorumque invitationes ad dies plurimos frequenterabantur. tertio demum coronatus est Cpoli in Blachernis dei parae virginis templo, prout ipse fuse exponit 4 4.

Ad finem huius capituli de coronatione imperatoris accipe ex Petro Damiano l. 1 ep. 17 hunc morem in coronatione observari consuetum, quem a Codino omissum mirarer, nisi scirem ei non fuisse propositum omnia in literas referre. ita ergo Damianus: *apud*

P 258 *Græcos haec teneri consuetudo perhibetur, ut cum imperator quis in dignitate creatur, mox ut imperialibus fuerit infulis redimitus, coronae simul ac sceptri gloria decoratus, cum denique procerum vallatur obsequiis, cum excipitur modulantibus psallentium choris, quidam sibi praestato sit obvius, qui videlicet una manu vasculum plenum mortuorum*

*ostibis ac pulveribus offerat, in alia vero stupam limi subtiliter pexam ac pilis pensilibus molliter demolitam, cui protinus ignis adhibetur, et repente in ictu oculi flamma subito vorante consumitur, ut in altero debat considerare quod est, in altero valeat videre quod habet, in cineribus siquidem se cinerem recognoscit; in stappa iam colligit in die iudicii quam subito mundus ardebit; quatenus, dum se simulac sua tam vana, tam flocci pendenda considerat, de imperialis culminis ascenso fastigio nullatenus insolescat; et dum possessor atque possessio subiacere communi omnium casui non ambigitur, iam quasi de singulari dignitatis apice, qui ad summa proiectus est, non infletur. pulchrum ergo mundanae condicionis ordinem homo consideret, et dum suis usibus omnia cernit attributis, non sibi sed suo referat gratias conditori; lenocinantem mundi gloriam sub iudicii sui calcibus deprimat, viorem carnis aridum iam pulverem credat, diem suae vocationis tanquam speculum suis obtutibus anteponat, districtum ultimae discussionis iudicium contremiscat, quatenus, dum nunc creatoris sui legibus subditur, qui inter creaturas, quae terrenae sunt, videtur insignis, in caelesti quoque gloria veraciter sit sublimis. et huc tendebat quoque acacia, quam imperator altera manu ferre solebat, de qua iam saepius dictum. est autem akacia ad verbum *innocentia* et *Acacius Innocentius*, ut suo loco notavimus.*

C A P U T XIII.

p. 100 v. 1. τὰ οἰκεῖα] dignoscantur c. 4 huius operis.

ib. v. 4. διβολέα πέδιλα duplicitis coloris calceamenta. vel hinc appetat vocabulum διβολέα spectare ad dupliceum colorem. (haec c. 3. GOAR.) ex voce πέδιλα natum est πεδούλιον, et Latinis quoque pedulis. interpres Iuvenalis Sat 1: *pedules novos in braccis, quos pedornes dicunt.*

ib. v. 8. ὑπόφηρον] proprio qui ad aliquod munus electus est et deputatus, nondum tamen impositum habet vel a superiori commissum. sic electus ad episcopatum, nondum tamen ordinatus, ὑπόφηρος est. Euchologium: προσφέρεται δὲ ὑπόφηρος (ita legit) ὑπὸ τῶν κληρικῶν αὐτοῦ, ut consecretur.

ib. v. 15. ἀσπάζεται πόδα] vide dicta in nota ad. p. 92 v. 9.

ib. v. 17. καμάρας μικρὰς τέσσαρας] despotae corona solus circulus est frontem ambiens, quem gemini hemicycli superne in crucem acti exornant. radix unius in fronte est et in occipite, supra utramque aurem alterius: ita quattuor fornices exsurgunt: καμάρα enim hemicycli pars est media. imperii Francorum successor delphinus coronam gestat duabus istiusmodi hemicyclis in crucem transversis insignem et καμάρας μικρὰς τέσσαρας ἔχοντας. consule Marcum Vulsonium in scientia Heroica.

ib. v. 19. ἔμπροσθεν μόνον] hemicycli nimirum partem medium circulo in fronte prominentem.

ib. v. 20. stemmatogyrium, a stemmate scilicet et gyris, quibus constabat. Iunius *gyratam coronam* vocat.

ibid. coronariae cuiusvis machinae circulus planus solet esse basis, quae κύκλος vel γῦρος nuncupanda. circulus ille eodem opere confatus, parque conspiciendo in imperatoris praeclariori stemmate, στέμματογνώμον est, quasi nudus, solo semifornice adiuncto, stemmatis circulus: στέμμα vero praecipuum est imperatoris insigne. infera eius ora στέμματογνώμον vallatur. parte fronti superposita germinant semicirculi duo, i.e. ima quam in supera parte, qua declinant ad latus, coniunctiores. στέμματογνώμον aequae ac prominentes semicirculi ex metallo fabrilique opere videntur confecti; velantque pileum, at non supra aures, vel spatio quo dissident ab invicem, ubi pileus, sicut et ipsi cum circulo inferiore, lapillis gemmisque coruscat. paene me fugerat explicanda pilei forma rotunda, verum ad latera nonnihil latior, ob conspectum lapidem in eius vertice insignem adeo ut verticis decus omne quantumvis exiguum ab illo moderni Graeci στέμμα denominated, quasi fuerit στέμματος ipsius στέμμα. percipe ex istis logothetae verba: τὰ μὲν ἐνθάδια πεδίλα απεβάλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθον ὑπερκαθηται κόκκινος, ἢ βασιλικὴ σύμβολα. Cantacuzeni quoque 3: εἰσιών τοῦ οἰκισκον τὴν ὅραν ἐπι μαρμάρων οὖσαν τὴν φλιάν ἡμοσμένην συμβέβημε τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον τῷ μαρμάρῳ προσαρραχθῆναι.

p. 101 v. 7. τὰ γὰρ παλαιὰ ἔτεται] nec immerito: vix enim sub favillis exignius ardebat primaevi decoris igniculus, despotaque Sebasteriori et utroque Caesari praelato, nonnisi nominis et insignium erat huic postremo dignitas. insignia vero haec ultimis temporibus adeo rara supererant ut vere apud Nicetam Isaachii Angeli l. 2 Conradus Caesar expobret, εἰς μόνον τὸ μῆτοις πόλλους ὄμοιχωμαν ὑπόδημα τοῦ ποδὸς τὸ τῶν Καισάρων παράσημον καταλήξαι. vetustiora Caesarum insignia legimus apud Theophanem: τοὺς νίοντος αὐτοῦ Χριστοφόρου καὶ Νικηφόρου προεβάλετο Καισαρεῖς, τοῦ πατεράρχου ποιήσαντος εὐχήν, καὶ τοῦ βασιλέως ἐπιστέντος αὐτοῖς τάς τε χλαινας καὶ τὰ Καισαρίνια περιφέραται. ὡσαύτως καὶ Νικήταν τὸν ἔσχατον ἀδελφὸν αὐτῶν ποιήσας νωρελίσσουμον, ἐπέθηκεν αὐτῷ χλαιναν χρυσῆν καὶ τὸν στέφανον. καὶ οὕτω προηλθόν εἴποντες βασιλεῖς ὑπατείαν, τοιμέσια καὶ σιμεία καὶ νομίσματα καινούργια, ἔως τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Nobilissimi, de quo locutus est Theophanes, antiquata iam erat Codini tempore memoria. ad Caesarem redeat sermo, quem imperatori assedisse refert Theophanes: Βασιλίσκον τὸν Ἀρματίον νιὸν προβάλλεται ὁ Ζήνων Καισαρας· καὶ συνεπάθειεν αὐτῷ ἐν τῷ σένος, καὶ ἐτίμα τοὺς ἡμέρους σὺν τῷ βασιλεῖ, eo quod in Circo perageretur eius promotio, ἐν τῷ σήνω, in sessione, alibi κάθισμα τοῦ ἵπποδρομίου vocato c. 17 nota ad p. 90 v. 20. Bardam Caesarem creatum nummos in populum sparsisse scribit Leo Grammaticus in Michaelē Theophilī: προβάλλεται Μιχαὴλ Βάρδαν θεῖον αὐτοῦ Καισαρα, ὃς ἐπὶ ἀρμάτως ἐποχῆθεις ἔδωκεν ὑπατεῖαν τῇ μέσῃ. scribitur idem συγκαθεσθεῖς τῷ βασιλεῖ, ac pertransiens a caeteris assurgentibus praecipuo honore cultus. Βάρδας δὲ τοῦ Καισαρος ἐν τῇ πυρελεύσαι διερχομένον μετὰ σκαραμαγγίου ὁξέως, εἰς τὸ ὀρολόγιον καθεξόμενος Ασαμανὸς οὐκ ἐπηγέρθη τιμῆσαι αὐτὸν· τοῦτον ἰδὼν ὁ Καισαρ ἐθνμώ θη μαν.

ib. v. 8. de Manuele et Ioanne uxoris suae fratribus ipse met Cantacuzenus 45. ibidem de filii suis idem. Manuel Asanes aliquoties etiam a Cantacuzeno appellatur despota.

ib. v. 10. διὰ τὸν ἡρακλέα] quia color ille ἡρακλέος subvividis, de quo c. 3, Caesaris est insigne, περιβάλον, dicebant illi Bardae Caesari apud Leonem citatum, τὸν χρυσοπέρσικὸν οὐν γιτωνίσκον. ὅξεν modo dixit: at ille color ἡρακλέος inter caeruleum et vitidem medius est. Nicetas γραμμάτων scribit Isaaci Angeli l. 1: ἡρακλέαν παρὰ τῶν βαρβάρων αἱ κατοῖναι πᾶσαι καὶ τὰ χρυσοῦφῆ δῶντα τοῦ Καίσαρος, τὰ μέτα τῶν γερανίων χρωμάτων σεσημειωμένα.

ib. v. 12. εἰς τὸν ἀντῶν οἴκον] miror ad proprias domos, non ad ecclesiam, preces pro imposta dignitate, quo fausta reipublicae felisque evaderet, suscepturos Caesarem et sebastocratora deductos auctorem scripsisse. tanta namque religione imposta sibi munia subibant aulici CP, ut illa nonnisi prævia episcopi vel patriarchæ benedictione auspicarentur. hinc euhologicae orationes ἐπὶ προσεισίαι Καίσαρος, νωρελισίουν, κορονοπαλάτουν, ac ἐπὶ προσεγγῆ ἀρχόντων ἤτοι πατριάρκων, alia. hinc iterum video apud Cedrenum in Constantino Leonis F patricii dignitate proiectum quandam confestim κατελθόντα, ὡς ἔθος, λαβεῖν εὐχήν. sed et superiores magistratus aliis subditis nullam conferebant potestatem quin eam cruce facta committerent, inde τὸν σφραγίζω verbi novam percipies significantiam, qua tibi saecularis magistratus cruce facta designatur institutio. Blastares τοῦ στοιχείου K c. 32: τοὺς συνηγόρους οἳς ηὔπειρος τοῦ βασιλίως Λέοντος τοὺς ἐν πολιτικοῖς τεταγμένους δικαστηρίοις καὶ ὑπὸ πριμακηρίοις ὄντας καὶ ὑπὸ κοσμιῶν ἀρχόντων σφραγίζουντος, eadem quoque voce monasterii praefecti denotat institutionem Germani patriarchæ decretum Iuris GR l. 3 p. 234: τοὺς ἡγουμένους δὲ οὓς ὁ μητροπολίτης προεχειρίσατο εἰς τὰ μοναστήρια, ἔξοταί σοι παραστεῖται, καὶ ἀνθετούσους αρχαγίσι, εἰ μή πως ἀρεστοί σοι δουκῶν οἱ προσωριναὶ σμένοι. ἡγουμένον σφραγίδα legis p. αἱρ. tum sparsim in eodem opere.

C A P U T XIV.

ib. v. 16. Τίτulus Iunii est περὶ χειροτονίας. est autem chirotoniae vocabulum, ut et τὸ χειροτονεῖν et χειροτονεῖσθαι, homonymum, significans interdum ipsam designationem electionem et renuntiationem, aliquando consecrationem ordinationem initiationem et sacrau inaugurationem. quare videndum quem sensum hoc vel illo loco dictiones istae ferant. errat ergo Iunius, cum ista verba Codini c. 20, χειροτονεῖται δὲ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ Ἡραλτίας, sic reddit: designatur vero patriarcha a metropolitano Heracleæ. inno consecratur, ordinatur, et ut sic dicam, inauguratur: nam designatio seu electio patriarchæ Cpolitani non erat episcopi Heracleensis. aut si et huius, nonnisi ut partis unius, quandoquidem ad patriarchæ electionem plures conveniebant, ut docet nos hic Codinus. ab Heracleensi episcopo patriarcham consecrari consuevit testis est etiam Zonaras in imperio Constantini filii Leonis fol. 156, qui Heracleensis cum imperatorem offendisset, Polyeuctum patriarcham

consecravit episcopus Caesariensis. ὁς παρὰ τοῦ Καισαρείας κειμοτόνητο. ubi male interpres Wolsius: *a Caesariensi episcopo electus. non electus sed consecratus est*: iam antea enim fuerat electus, καὶ προεχειρίσθη πατριάρχης Πολύευκτος μοναχός. male etiam Crusius in historia patriarchica Malaxi l. 2 Turcograeciae p. 131: ζητειροτόνησεν αὐτὸν ὁ Ἡρακλείας πατριάρχην. declaravit ipsum Heracleensis patriarcham. imo consecravit, ordinavit, iniitavit. pulchre Zonaras ad can. 1 Apost.: νῦν μὲν χειροτονία παλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἑρασθαι λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν καὶ τοῦ ἀγίου πνεύματος ἐπίκλησις ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν κεῖσα σύλογοντα τὸν χειροτονούμενον· πάλαι δὲ καὶ αὐτὴ η ψῆφος χειροτονία ἀνόμαστο.

Errat iterum Iunius cum verba ista, ἐν δὲ τῷ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας παιων ἔρχεται μὲν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἀγίαν Σοφίαν, more Calviniano detorquet in solam (veluti ministri alicuius) designationem, ita vertens: *quo autem eligendus est tempore*. minime vero, sed *quo tempore ordinandus et consecrandus est patriarcha; seu tempore ordinationis et consecrationis appetente, venit imperator ad sanctam Sophiam.*

p. 102 v. 4. Cantacuzenus 4 37: *divina S. spiritus gratia invocata, tres in patriarcham eligunt, Philotheum Heraclaei, Macarium Philadelphiae episcopos, et privatum adhuc Nicolaum Cabasilam; electorumque nomina imperatori scripta mittunt, qui Philotheum maluit; et is non diu post, legitimis omnibus servatis, patriarcha consecratus ecclesiam aliquamdiu administravit. olim imperator arbitratu suo, solius, sine episcoporum suffragiis, patriarcham designabat; quod contra canones factum esse satetur Cantacuzenus 4 37, ubi episcopis postatem facit ut more veteri tres nominent, ex quibus ipse postea eum qui magis arriserit caeteris preeferat.*

Postquam Graeci a communione sedis apostolicae seiuinci omnem potestatem, etiam ecclesiasticam, in suos imperatores transtulerunt, non desuerunt certe imperatores partibus sibi delatis, sed qua potestate patriarchas ponebant, eadem eosdem iterum deponebant, et si liberet, depositos reponebant. omnia historiorum volumina plena sunt exemplis, praecipue Cedreni Zonarae Glycae Constantini Manassae, Nicephori Gregorae, Cantacuzeni; Turcasque suos successores ipsis factis suis edocuerunt quomodo ipsi itidem cum patriarchis agere deberent. certe Mahometes sultanus, qui Cpolim sub suum iugum misit, vix alio ritu Gennadium Scholarium creavit quam hic a Codino describatur: *nam suis manibus δηκανίκιον seu δικανίκιον, pastorale pedum, magni pretii dedit, baculum nempe argenteum inauratum, artificiose factum. dedit et equum bovum et certam aureorum summam; his verbis additis: quod faustum ac felix sit, esto patriarcha; et utere nostra amicitia in quibus rebus voles, habens omnia iura privilegiaque, sicuti superiores ante te patriarchae habuerunt. habe quoque templum sanctorum apostolorum*

*domiciliū, loco. ita id tunc accepit, et patriarchicam ibi sedem collo- P 260
cavit, ut est in historia politica l. 1 Turcograec. p. 15. verum haec
benevolentia sultanorum in patriarchas non diu duravit. nam sub
isto ipso Mahomete patriarchae novem exstiterunt, et praeter Gen-
narium, qui sponte cessit, vix illus fuit quem calumniatores de
solio non deicerint vel deiciendum per Bassas Turcicos curarint,
introducto etiam duorum milium florenorum bescesio, quod patriarcha
recens electus pendebat, et annuo tributo totidem milium, cui *char-
ratio* nomen erat.*

*Postea etiam usque ad haec nostra tempora vix unquam pax schis-
maticis cum schismatico patriarcha fuit. semper suppnullarunt aemula-
tiones invidiae et occultae machinae ad huius vel illius exitium; ut mihi
videatur non sine consilio divino edita esse in Turcograecia historia
politica et ecclesiastica seu patriarchica rerum Cpolitanarum, ex qua
perspicue elucet schismaticos non modo cum supremo catholicae ec-
clesiae capite per caritatem coniunctos non esse, quod per se liquet,
sed nec inter se, cum sub gravissima infidelium servitute mutuo sese
miris cuniculis infestent, et modo hunc modo illum in patriarchalem
thronum Turcarum ope sublevent. valet nimurum hic illud: qui poterit,
plus urget.*

*Phranzes Chronicci 3 19 sermē accuratius morem declarandi pa-
triarcham ab imperatore describit quam Codinus.*

p. 102 v. 7. ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τούτων] ad trium electorum tertium in
patriarcham nominandum non ita coartata imperatoris libertas, quin omis-
sis episcoporum suffragiis eum quem vellet, consuetudine permittente, de-
signare potuerit. Blastares τοῦ Κατοχίου c. 32: τῶν γὰρ καρόνων
τῶν τὰς ἐπισκόπων ψήφους τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐπισκόποις ἀνατίθι-
των, ἀσχοντι δὲ μηδενὶ τούτων ἔχειν κοινωνίην καίσαρος, οἱ βα-
σιλεῖς καὶ τῆς ψῆφου τῶν ἐπισκόπων χωρὶς καὶ πατριάρχας καὶ ἐpi-
σκόπος προβλέπονται. διὰ γοῦν τούτο, ὡς τοις, ἐπὶ τῷ βασιλεῖ Μ-
Ζαχὴρ τοῦ Δούκα ὁ μητροπολίτης Λευκός Σίδης τὰ τῆς βασιλείας φύ-
νται καὶ ὁ Νεοκαπασείας τὰ τῆς πόλεως ἀντραγάντω, καὶ ἵστημα
ὁ Κρήτης Νήσων τὴν τε ἀπογαμήν καὶ τὰς τοῦ δημοσίου ἀπίστους
ἐργάζονται δοκιμάσας. sane operas episcoporum aequae ac electionem impera-
toris dispositioni subjectas adulante supra modum calamo scribit Blasta-
res. de CP patriarcharum electione et inauguratione docte praeclareque
illusterrimus episcopus Vabrensis eo praeuale digne ἀρχιεπίσκοπο. do-
trinā electione facienda accuratiorem habet narrationem p. 481 et sqq.

ib. v. 15. μῆτρα nonnunquam vadimodium dictum, aliquando prin-
cipis mandatum sive rescriptum, hic eiusdem codicillos, breve, nobis
breves, πιττάκιον proprio vel ψήφῳ significant. datis enim regiis diplo-
matibus collatas dignitates firmabant imperatores. Anna Alexiadæ 2:
Ἐδιδιν γάρ την χονσοφούλλου τάξιον ἢ προσήκη καταπιμψίτων
αὐτῷ, ὁ τὴν τοῦ Καισαρος ἀξίαν τούτῳ ἐχαρίζετο etc.

p. 103 v. 2. Θρόνον ἡγεμόνον] honor et color qualis Caesaris patri-
archae tribuitur; ac eam forsitan ob rem eius proclamationi se Caesar sub-
trahit, vido dicenda ad v. 15 et sqq.

ib. v. 6. ἀναταρταὶ ἀντόρτοι] mutuo nec non aequali honore se
colunt imperator et patriarcha; dumque sibi invicem assurgunt, pari aere

excellere dignitate profitentur. Cantacuzenus 1 5: οὐκ ἔθος βασιλεῦσιν ἔξαντασθαι λιώταις.

ib. v. 8. ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων τις] aliud in aula CP dignitas, aliud officium, dignitatem voco, qua obtenta solus honor acquiritur, officium, quod ministeriis in principis vel publici bonum impenditur. quid praestitit imperio sebastocrator panhybersebastus Sebastus et tot alii, de quibus auctor saepius οὐκ ἐνεργεῖται vel ἀνεπίγνωστον scripsit, nisi ut delatos honores admirerent, rogis acceptis corrodere aerarium, vani nonimis appellatione gauderent? hos proprie ἀξιώματα et ἀξιωματικούs dictos reperies, alios ὄφωμικάλιδας vel ἄρχοντας. Zonaras in Basilio et Constantino: παρεγωγήθησαν ἔχειν δὲ ἀν ἐκαστος ἐξ ἑκείνου τυχαννοῦντος ἐλῆσθαι, εἴτε ἐν ἀξίαις ἢν εἴτε ἐν ἀρχαῖς εἴτε μέντοι ἐν πτήσεσι. annua stipendia sive pensiones viris in dignitate constitutis colligo ex Comnenae l. 3 loco subobscuro, quo Germanorum imperatori ab Alexio promittuntur pacti iam inter eos acti ratione δόγαι τῶν δοθέντων εἶκοι ἀξιωμάτων virorum viginti dignitatibus praecellentium stipendia.

ib. v. 15. τοῦ πατριάρχον δικανίου] nusquam sceptra, sed pastorales baculos sive peda gerunt ecclesiae pastores. δικανία vocant Graeci, eo quod et ipsi iustitiam in subditos exercent. πατερίσσαν benignius vocant hodierni. doctius ἀρχιερατικὴν δάβδον posuit Euchologium: εἰτα δίδωσιν αὐτῷ δὲ ἀρχιερεὺς ἀρχιερατικὴν δάβδον, λίγον οὐτω πρὸς αὐτὸν· λίβε τὴν δάβδον, ἵνα ποιμάνης τὸ ἐμπροσθέν σου ποιμάνιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς μὲν εὐπειθέσιν, ἕστω αὐτοῖς ὅποι σου βασιτρία καὶ ὑποστηριγμός, τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι καὶ εὐτραπήλοις χρῆσον αὐτῇ δάβδῳ ἐπιστυπτικῇ, δάβδῳ παιδεύσεως.

ib. v. 21. πολυχρονίζονται] ex hac consuetudine, ut recens instituto patriarchae πολυχρόνιον occinatur, de Copronymo narrat Theophanes: ἀνῆλθεν Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἀμβωτι, προστὸν Κωνσταντίνον μοναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλαιον, καὶ ἐπενέψαντος ἑφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ "Κωνσταντίνῳ οἰνομενικῷ πατριάρχῃ πολλὰ τὰ ἔτη."

p. 104 v. 5. ἀπέρχεται ἐππότης] restituto in thronum, aequa ac primum instituto, Isaiae patriarchae parem honorem exhibuit iunior Andronicus, teste Cantacuzeno l. 1 c. ult.: καὶ πατριάρχῃ Ἡσαΐᾳ δὶ' αὐτὸν ἐγκλεισθέντω, ὃσον τε δὲ οὐ παιδὸς ἐδίδον εὐχαριστήσας, καὶ εἰς τὸ πατριάρχειον ἐφ' ἵππον βασιλικᾶς κενοσμημένον ἀγαγών, ἐπανῆκεν αὐθίς εἰς τὰ βασιλεῖα. Gennadium patriarcham recenter consecratum Mohammetus nomine secundus, primus Cpolis sibi subiectae infidelie tyrannus, μετακαλεσάμενος ἔνδον τῶν βασιλεῶν αὐτοῦ λίδαις χροὶ δέδωκεν αὐτῷ δικανίουν (ita corruptius profertur) πολλοῦ ἀξιον, ἡτοι δάβδον ἀργυρᾶν, περιπεχοντασμένην, ὁραίαν, καὶ ἵππον ἀγαθόν, καὶ μέρος χενσίων ex Chronicō Cp.

p. 104 v. 19. Iunius haec non vertit, sed penitus evertit. sciendum est quod alii sacerdotes summi electionem facientes obsignant bis. patriarcha designatur solum, quia ab imperatore facta designatio pro minore sigillo ducitur. corrigere. sciendum est autem alios sacerdotes summos (hoc est episcopos, archiepiscopos etc.) eligi per duplex sigillum; hoc est per duplicitia suffragia seu vota obsignata, seu per duplex scrutinium. τὴν μὲν πρώτην σφραγίδα καλοῦσι μικράν. primum sigillum vocant minus. primum sigillum, hoc est, ut iam plerique vocant, primum scrutinium, vocant minus. at vero patriarcham (Cpolitum) per unum duntaxat sigillum, hoc est uno scrutinio, eligunt, eo quod πρόβλησις seu renuntiatio ab imperatore facta suppletat

vicem minoris sigilli. quod ait Ianins, primum illud sigillum sen
scrutinium vocari *nominationem* vel *praesentationem*, secundum vero
collutionem sive *collaturam*, id minime dixisset, si ex iure didicis-
set quidnam ius nominandi, quid ius praesentandi et quid ius con-
ferendi esset. nec hoc omittendum, in Turcogracia τὴν πολίτην P 261
καὶ δευτέραν σφραγίδα vocari τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον μήνυμα,
p. 108.

p. 104 v. 20. electionem deputationemque ad officium quodpiam, ut et
germanam in illud institutionem, vocant ecclesiastici σφραγίδα, seu crucis
signo vel fieri solitam vel firmatam. illa πρώτη καὶ μικρά σφραγίς, haec
δευτέρα καὶ μεγάλη. quia vero non cruce signat imperator patriarcham,
minor siquidem a maiori benedicitur, eius electio virtute par est πρώτη
σφραγίδι, nomen nihilominus non adipiscitur.

p. 105 v. 4. eodem modo quo patriarcha Cpolitanus tresque
caeteri patriarchae, eligebat archiepiscopos Achridis; quae quia
patria Iustiniani imperatoris erat, ab eodem prima Iustiniana vocata
est, magnis aucta privilegiis, qua ecclesiasticis qua politicis; quam
ad archiepiscopatum evexit, eique subiecit omnes provinciales epi-
scopos dioecesos, Dacie et Mysiae secundae, Dardaniae, Praeval-
litanae et secundae Macedoniae. Gregoras l. 2: olim Iustinianus
imperator eam provinciam ex qua oriundus erat cum aliis multis rebus
ornarat, tum primam Iustinianam appellaverat, atque etiam perpetua
libertate donarat, eo tamen excepto, ne eius archiepiscopi Romanorum
imperatores inungerent; quae praerogativa legibus aliis est concessa etc.
regia sedes eorum (Bulgarorum) deinceps urbs ea esse ceepit quam
Iustinianus imperator archiepiscopatus honore primaenque, ut diximus,
Iustinianae nomine ornavit. post appellatione gentis illius vulgata
locus ipse Bulgaria dictus est, et Bulgariae metropolis prima Iusti-
niana. vide Novellam 11 Iustiniani et ad eam scholia Cuiacii, et
Novellam 131. alia Iustiniana nomine secunda fuit in Cypro insula,
patria Theodorae uxoris, ut est apud Nicephorum 17 25 et 16 37,
quoniam Procopius l. 4 de aedificiis Iustiniani affirmat Ulpianum,
Dardaniae oppidum, secundam Iustinianam appellatum esse. ter-
tia Iustiniana non est Chalcedon, ut incepit vertit Iunius, sed Car-
thago in Africa: neque enim Καρχηδών, ut in sua quoque edi-
tione habet Iunius, est Chalcedon, sed Carthago; quae Iustiniana
